THOMÆ GATAKERI
LONDINATIS,

~~B.5.38~~ 2.27.33

DE

NOVI INSTRUMENTI

STYLO DISSERTATIO.

QVA VIRI DOCTISSIMI
SEBASTIANI PFOCHENII,
DE LINGVÆ GRÆCÆ NOVI
TESTAMENTI PURITATE;
IN QUA HEBRAISMIS, QUÆ
vulgo finguntur, qam plurimis larva detrahi dicitur;
DIATRIBE
AD EXAMEN REVOCATUR:

BIBL. CANT. ACAD.

Scriptorumqe qâ sacrorum, qâ profanorum, loca aliqam-multa, obiter
explicantur atqe illustrantur.

CUM INDICIBUS NECESSARIIS.

LONDINI,
Typis T. HARPERII, Impensis L. SADLERI Bibliopolæ, commorantis in vico vulgo vocato LITTLE BRITAINE, apud quem prostant venales. AN. DOM. 1648.

1565:97

Lectori Candido.

H*Abes hîc tertium, & qidem prioribus duobus longè ampliorem, ociî per valetudinem infirmam dudum interdicti, qem in illorum altero pollicitus sum, fœtum.* Cinni, *sive* κυκεῶνος, *(id enim nominis inscribere libuit)* libros sex *penes me confectos habueram. in qibus eorum, qæ vel in codicibus sacris legendis, vel in aliorum scriptis evolvendis, avt adnotaram, avt animadverteram, segetem satis amplam, tanqam in* [a] Lancem Saturam *sev* [b] εἰρεσιώνην *aliqam convectam, conjectumqe, immiseram, & in publicum emittere in animo habueram. Huic avtem tanqam* avctarium *sive* mantisam (* *&* mercem *forsan ipsa superasset* mantisa) dissertationem *hanc subjungere statueram. Verum opus istud, postqam partem bene magnam qadantenus absolveram, e manibus excussit Senatus apud nos supremi edictum, qo Theologorum qos de re Ecclesiasticâ constituendâ consultum accersebat, conventui ut interessem, evocabar. Huic deinceps per bienium integrum, & qod excurrit, operam, an opellam, dicam? qam possim, præsentiam saltem, qà per ætatem, valetudinemqe licuit, assiduam sedulus exhibere dum adnitor; opus hoc interim affectum, atqe imperfectum, inter chartas promiscuas, neglectim prorsus habitum jacuit. At per morbum nuperum, cum & Conventui adeundo, & muneri pastoritio publicitus obeundo, abstentus agerem; ad opus, tam diu intermissum, reversus, postqam tum eis qæ affecta, magis hactenus qam effecta, nedum perfecta prorsus fuerant, manum novissimam admoveram, tum & ea qæ supererant (nec*

[a] De *lance saturâ* videantur Casavbon. de satyr. Rom. c. 4. et Hejnf. de Satyr. Horat.

[b] De *Eiresione* ex Sophocl. Polyid. Porphyr. de abstinent. l. 2. & Clem. Storm. l. 4.

* *mantisa obsonis vincit* Lucil. Vide Scalig. ad Fest.

exigua aut contemnenda pars ea) pertexueram; mutato consilio, qod Cinno, avctarii *sive* mantissæ *loco, adjiciendum destinaveram, id* promulsidis, *sive* anticœnii *vice, qia generalia magis continere visum, in antecessum dare, satius existimabam. Id autem si eruditis ad gustum facere intellexero, etiam* Cinni *integri propinandi aliqando, ubi facultas fuerit, animum dabit. Tu, lector, istis interim, qa hîc habes, fruere; & à veritatis tramite sicubi devium deprehenderis; memineris, & me, & te etiam ipsum, hominem esse; qi* errore immunis nullus existat: Sed & nominis qidem Christiani professorem utrumqe, cujus munus sit, & fratrem errantem amicè monere; & monentem, avre pronâ, animo prompto, avscultare. Tu autem hac in parte si officio tuo non defueris, nec me meo defore spondeo, &, cum Deo bono, etiam spero. Hoc certè utrumqe votum est, eritqe perpetim,*

* 1. Reg. 8. 46. Eccles. 7. 20. Ἁμαρτάνει τι καὶ σοφοῦ σοφώτερος. Æschyl. Ἀνθρώπινον τὸ ἁμαρτάνειν Greg. Naz. de bapt. Ἔδει τι καὶ ἁμαρτάνειν ἀνθρώπους ὄντας. Idem de pace. Τὸ ἀναμάρτητον κρεῖττον ἢ καθ' ἡμᾶς. Idem ad Cledon. Ep. 2. Τὸ γὰρ μηδὲν ἁμαρτεῖν ὄντως ὑπὲρ ἄνθρωπον, καὶ μόνου θεοῦ. idem in Patr.

Tui, in Servatore

communi,

T. G.

CAPUT.

CAPUT I.

Scripti occasio. Diatribes Psocheniana encomium liberale. Linguæ matrices, qæ primitus fuerint, incertum. Latina, earum nulla: aliarum lingvarum cinnus: Græca, Æolica maximè, maximam partem, tradux. In Maroniana ecloga prima versuum primorum voculæ natalibus suis reddita. μελέτη meditatio. *Avena à siccitate dicta.* Αὔη ψυχὴ *Heraclito. Ab H. Stephano dissensus. Composita spiritum mutantia.* Σχοῖνος funis & finis. *Hymnus 16.6. & Amos 7.17. illustrati. Funiculis antiqitus terræ dimensæ & distributæ.* Σχοῖνος *mensuræ nomen. Ea omnibus non eadem. Meursius & Etymologus de isto notati.*

DUm amici rogatu, cujus curæ fideiqe reculas suas bonus ille senex morti jam proximus commiserat, viri gravissimi, & cum eruditione non vulgari, tum canitie qoqe venerandâ insignis, D. Gvalteri Traversii bibliothecam, bonis avtoribus liberaliter instructam, excutio; incidi in *D. Sebastiani Psochenii Vedderavi* libellum, qi diatriben habebat *de lingva Græca Novi Testamenti puritate*; mole qidem havd grandem, sed literis bonis gravidam, qæqe pavcis schedis utilia ac observatione digna visa est complecti non pavca. Itaqe qam primum ei operæ me subduxeram, avidus admodum percurri strictim; legentemqe magnâ me voluptate affecit, cum tot sacræ Scripturæ periochas adverterem ex avtorum exterorum scriptis tam luculenter illustratos. Eundem verò, e biliopolio havd ita multo post comparatum, dum per otium jam accuratiùs evolvo, offendi nonnulla, in qibus seqius sensisse virum doctissimum existimem. De qibus & ipse qid sentiam, si liberè indicavero, havd gravatim, spero, ille laturus est,

— *Et hanc veniam petimusqe damusqe vicissim.*

Ex his primum est qod *Sect.* 12. *Cardinales lingvas, qæ nullâ primâ mediante divinitus hominibus sunt datæ, Græcam, Latinam, Germanicam, Illyricam, &c.* statuit. At hoc, nec de reliqis tribus constat, avt con-

 stare

ſtare etiam poteſt. Qum ut veriſſimè V. cl. Jo. Buxtorfius *de ling. Hebr. conſervat. & propagat. qæſt. 5. ſect. 39. Plurimæ linguæ in confuſione Babylonica ortæ ignorantur, & vel planè interciderint, vel ita inſigniter mutatæ ſint, ut nec veſtigia, nec memoria illarum remanſerint*. De *lingua verò latinâ* conſtat contrà planè. Ea enim, cum ex Sabinâ Oſcâqe multa habet, tum Græcæ maximâ ex parte originem ſuam debet. Aſtipulantur huic ſententiæ viri undeqaqe doctiſſimi lingvarumqe harum peritiſſimi. Ex antiqioribus, Dionyſius Halicarnaſſ. *antiqit. Roman. l.* 1. Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν, μὲν οὔτ' ἄκρως βάρβαρον, οὔδ' ἀπηρτισμένως ἑλλάδα φθέγγονται, μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν, ἡ πλείων Αἰολίς. τοῦτο μόνον ἀπολαύσαντες ἐκ τῶν πολλῶν ἐπιμιξιῶν, τὸ μὴ πᾶσι τοῖς φθόγγοις ὀρθοεπεῖν. *Romani ſermone nec prorſus barbaro, nec exqiſitè Græco utuntur, ſed qodam ex utroqe mixto, cujus major pars eſt Æolica. Atqe ex commercio multiplici hoc ſolum repertarunt, qod non omnia vocabula rectè efferant.* Qod Euſtathius in *Odyſſ. α.* Λέξεις Ἑλληνικαὶ πολλαὶ τοῖς ἐκεῖ ἐπεπόλασαν, καὶ μάλιστα Δώριαι ἐναπέμειναν καὶ χρόνῳ ὕστερον ἀπηγριώθησαν τὰ ἑλληνικὰ ὀνόματα, κατώνοπα γεγονότα καὶ βαρβαρικά. *Dictiones multæ Græcanicæ ad Italos emerſerunt; & Doricæ maximè apud illos perſtiterunt: etiamſi temporis progreſſu Græcanica illa nomina à nativâ deſciverint ſpecie, dum decurtantur & ritu barbaro enunciantur.* Fabius *inſtitut.* l. 1. c. 5. *Verba aut Latina, aut peregrina ſunt: peregrina porrò ex omnibus prope dixerim, gentibus, ut homines, ut inſtituta etiam multa, venerunt.* Ita *lingvarum cinnum*, qod noſtræ qidam vitio vertunt, ſuam qoqe, Latinam nempe, Fabius ipſe agnoſcit. Tum, *Plurima*, inqit, *Gallica valuerunt*. Mox, *poſt Punica & Hiſpanica*, qædam adjecta, *ſed hæc*, inqit, *diviſio mea ad Græcum ſermonem præcipuè pertinet: nam & maximâ ex parte Romanus inde converſus eſt: & confeſſis qoqe Græcis utimur verbis, ubi noſtra deſunt.* Et ibid c. 6. *Vocabula Latina plurima ſunt ex Græcis orta; præcipuèqe Æolicâ ratione, cui eſt ſermo noſter ſimillimus, declinata.* Ter. Varro *de ling. Lat. l. 9. Adventitia pleraqe habemus Græca. Evander enim qi venit è Græciâ in Palatium, Arcas fuit.* Idem *l.* 4.

Verrius, an Feſtus: *Olim lingua Græcia fuit eadem cum Latinâ, parum pro prolatione mutata.* Svidas deniqe in Νάβα. φαίνεται δὲ ἐν πολλοῖς μὴ διεστῶσα τῆς ἑλλάδος φωνῆς ἡ Ῥωμαϊκή. E recentioribus, Jul. Scaliger in *de plant.* l. 1. *Univerſa pene lingua noſtra originem Graiis ipſis debemus.* Joſ. Scaliger *in Feſt. Verum eſt, eandem pene cum veteri Græcâ veterem Latinam linguam fuiſſe.* Dan. Heinſius *de Satyr Horat. ex eâ linguâ* (Græcam dicit) *unde plurima Romani uſu ſua fecerunt.* Hugo Grotius

de

de satisfact. Christi, c. 8. Est veterum Latinorum lingua tota, Græca depravatio. Jo. Mevrsius *in mantisâ ad Luxum Romanum, c. 12. Veterem linguam Latinam esse Græcæ traducem, jam non ignotum est vel mediocritèr eruditis.* Jo. Vossius *in præf. ad lib. de Vitiis Serm. Lingua Latina, tota pene fluxit ex Græca: si exceperis ea, quæ vel ex primigeniâ linguâ retinuit, vel à vicinis Celtis accepit.* Lavr. Ramirez. *Pentecontarch. c. 6. A Græca defluxit lingua Latina.* Conradus Gesnerus *in Mithridate; Latini innumera rerum vocabula à Græcis mutuati sunt.* Hieron. Megiserus *præfat. Polyglot. Latini à Græcis complures voces mutuantur.*

Cæterũ ut missâ testiũ testimoniorumqe avtoritate, in rem ipsã præsentem deveniamus; periculum facere volenti, istud hâc ratione mox patescet. Sumas qemcunqe volueris avtorem Latinum; vix lineam aliqam deprehendes, in qâ voces plusculæ non occurrant, qæ Græcam originem non redoleant tantum, sed palam præferant. Unus nobis pro omnibus inpræsentiarum Maro sufficiet. Is *Bucolica* sic orditur.

Tityre, tu patulæ recubans sub tegmine fagi,
Sylvestrem tenui musam meditaris avenâ.
Nos patriæ fines, nos dulcia linqimus arva;
Nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbrâ
Formosam resonare doces Amaryllida sylvas.

De *Tityro* & *Amaryllide*, qia propria sunt nomina, nihil dico. *tu* est Doricum τύ: *patulus*, à *pateo*: *pateo*, πετάω. *recubo, cubo*, κύπτω. ὑπὸ *sub*: ut ὑπὲρ *super*. στέγω, *tego*: & inde *tegmen*. φηγὸς, Dorice φαγὸς, *fagus*. ὕλη, *sylva, sylvestris*. τείνω, *tendo, extendo, tenuis*. μῦσα, *musa*. μελετῶ, *meditor*. ut *sedeo, sella*. Servius. nam μελέτη, *meditatio*.

Μελέτη τὸ πᾶν, *Periandri est Corinthii,*
Meditationem esse qi totum putat. Avson. *lud. 7. sap.*

Et rursus:

Μελέτη τὸ πᾶν, *qi dixi; & dictum probo,*
Meditationem id esse totum qod geras.

αὖος, *siccus, aridus*. Itaque Homero Odyss. σ. tria illa ξύλων *lignorum epitheta*, κάγκανα, αὖα, περίκηλα, ταυτὸν ἐπὶ τῷ ἀποξηράνθαι δηλοῦν, *idem plane pollere*, monet Evstathius. Inde Heraclito αὔη ψυχὴ, *anima sicca & sobria*; de qâ alibi diximus. Ab αὖος αὔω verbum, & αὐαίνω, *exicco, arefacio*. Solon. Eleg. 2.

Αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα.
At noxa exiccat germina enascentia.

Neqe possum assentiri Lexicographorum principi, qi contra codicum

 fidem

fidem & matricis ipsius affectum, αὔω & αὐαίνω, cum spiritu aspero scribendum censet; eo qod ἀφαύω & ἀφαναίνω in compositis habeantur. Siqidem usus in nonnullis obtinuit, ut composita spiritum mutent; qod in αὐτόπλι@, αὐτοπλιώτης, aliisque patet. Potiusque videtur, ut primigenii proles, qod ut compositi simplex, spiritum sequatur. Ab αὐαίνω itaqe αὐαλέ@ *siccus*, αὐδεῖα, & λ in ν redeunte, αὐαίνα; unde, ab ariditate potius qam, ut Grammaticum vulgus, ab aviditate, sic dicta, *avena. avena*, inqam, ut *cicuta*, ambitus latioris vox, nec ad speciem singularem restricta. νῶϊ, *nos*. πατρία, γῆ, scil. *patria*. σχοῖν@, *funis*, & *finis*, ut σφενδόνη, *funda*. Funibus enim terram dimetiebantur, & fines sive terminos constituebant. Inde locutiones illæ, Hymn. 16. v. 6. *Funiculi acciderunt mihi in locis amœnissimis.* Et Amosi c. 7. v. 17. *Funiculis dimitietur terra tua.* Inde in Glossario, *Arvipendium*, σχοῖν@ γεωμετρικός. Etymologus: σχοῖνος μέτρον ἐστὶ γεωμετρικόν. — ἐκ γὰρ τοῦ σχοίνου, τὸ μετρεῖν ἀγρούς, καὶ τὰ μετρούμενα τῶν χωρίων σχοινίσματα ἔλεγον. Sed & certam terræ portionem, sive mensuram, σχοῖν@ designat; qem Herodotus l. 2. affirmat *stadia sexaginta* continere; Plinius l. 5. c. 10. non *qadraginta*, ut Mevrsius, *animadv. l.* 4. c. 4. sed *triginta*: qod est dimidio minus qam qod Herodotus, qi *parasangæ* totidem tribuit. At Hilarius *in Hymn.* 138. qod adhuc multo minus est, *milliario* nostro respondere vult, qod *octo* duntaxat *stadiis* constat. Cæterum *schœnos* & *parasangas*, etiam alios alia mensura determinasse, monet Plinius idem, *l.* 6. *c.* 26. Malè tamen Etymologus, qi *Schœnum* cum *Parasangâ* confundit. Pejus, qod *Parasangam Persicum stadiis triginta, Ægyptiacum sexaginta*, definit: ex qo errato priori medicinam facere Mevrsius frustrà conatur. qum contra planè Herodotus *Ægyptios* ajat, *qi minimam habent terræ portionem, ulnis metiri; qi plus pavlò, stadiis; qi multum, parasangis; qi plurimum schœnis. Parasangam* autem (qem, nisi qo Ægyptii utantur?) *Stadiis* 30. *schœnum* 60. constare. Nec moratur hîc me, qod Vir. Cl. Fr. Junius, *Orat. de ling. Hebr. parasangarum* esse *Persis spatium* 30. *stadiorum*, *qod Parasch-angarus, i. eqestris tabellarius, ab angariâ sive statione unâ ad alteram decurrebat: qam duplicatam in* 60 *stadia iidem Schennin vocarint.* Ut σχοῖν@ dimensorius originem Persicam, an Hebraicam potius, habeat. qicqid enim de vocabuli hujus ortu primo fuerit, funium usus in limitibus designandis ac delineandis nulli, opinor, negabitur.

Sed hæc obiter, ad Maronem revertamur. γλυκύς, δυλκύς, *dulcis*, ut γνόφ@, δνόφ@ Doricè. Et γῆ, δᾶ, Canin. λείπω, *liqo, linqo*, ut ἵππ@, *eqvus*; unde *Epona*, & λείχω *lingo*. ἀρῶ, *aro, arvum*. φεύγω, φυγῶ, *fugio*.

λιαίνω

λεαίνω, levio, levis, lenitus, lenius. Vox lenior fit, [illegible] *lentior.* Senec. *de ira, l.3.c.13.* Gellius *l.1.c.26.* Plutarchus *lente &* [illegible]*niter.* [illegible] *in, ὄμβρος, umbra,* si Jos. Scaligero credimus. *μορφή, forma,* [illegible] *κῦδος decus;* & inde *formosus:* non à *formo* calido ,ut ineptè nonnulli. Quanquam & *formus* est Græcum *θερμός. σείω, σόνος, sonus,* ut *σηκ*[illegible]*o, σηκὸς, septum. δοκέω, doceo.* Vides e vocabulis 24 ex qibus [illegible] versus isti consiunt, vix unum aliqod superesse, qod non natales Græcos apertè præferat. Frustra ergo inter primigenias lingvas Latina Pfochenio collocatur.

CAPUT II.

Linguæ Græcæ svavitas. Dictionis sonum qod attinet: nec Latinam huic prorsus imparem videri. Fabii de hac censura discussa. Bivocales, qa dicuntur, pingviores crassioresqe à Romanis rejecta. De V consonâ critici à Fabio diversi. Ejus sonus genuinus; nec F Latini, nec φ Græci, sed digammi Æolici, W nostri. F Latinum non est φ Græcum. Illo Græci carent, hoc Latini. De hoc etiam à Fabio dissensus. De Z sono censuræ variantes. Y sonus qalis, nec Latinis ignotus. Consonarum commissiones & collisiones Græcis duriores & difficiliores qam Latinis in vocum initiis: freqentiores etiam in mediis & extremis. A Turnebo, & Meursio in nonnullis discessum Epiphanius emendatus. Aspirata Græcis crebriora. Ciceronis locus expensus. in Cartaginis, triumpi, pulcri, orci, lurconis natales & scripturam rectam inqiritur. Aspirationis in his ratio nulla. L litera qalis, qam solent Latinis. Græca lingua an sermonis svavitate & gratiâ alias superet. Varia doctorum hac in parte censura. Peculiares sua qedam lingua cuiqe præ aliis elegantia. Utilitatis & commoditatis, non svavitatis ratio habita in Græcâ ad mentem divinam scripto promulgandam eligendâ.

DEinde qod *Sect. 16.* asseritur; *sine dubio hanc unam ex pluribus cavssam fuisse, cur Deus linguâ istâ voluerit doctrinam Evangelii longè svavissimam & jucundissimam inter gentes propagari; qia scil. omnium aliarum lingvarum ea svavissima & jucundissima sit.* Nec de antecedente si qis litem velit intendere, qod hic tam fidenter affirmatur, avtor facilè probatum dederit. De conseqente vero mihi nec vero simile videtur, Sed de utroqe sejunctim videbitur:

bitur. Ac primo qidem de linguæ hujus ſvavitate, qâ reliqis universis palmam præripuiſſe avtori noſtro cenſetur.

Habet reverâ hîc, fateor, Lingvam Latinam qod attinet, σύμψηφον καὶ σύμμαχον, M. Fabium Qintilianum, Oratorem nobiliſſimum, eumqe Latinum; ut nec judicii ratione cenſendo parum idoneus, nec affectus, qi judicium tranſverſum agat, reſpectu, ſuſpectus jure habeatur. Is de ſono ſi qæſtis inſtituatur, *Sermonem Græcum Latino jucundiorem, Græco Latinum duriorem* pronunciat, *Inſtitut. Orat. l.* 12. *c.* 10. Nolim eqidem eum viro tanto, in cavſâ præſertim iſtiuſmodi, cui rite dijudicandæ plura tanto, atqe ampliora illa, ſuppetebant adminicula, in certamen lubens deſcendere. Illud tamen monere, haud abs re fuerit, qod uſus vitæ nos edocet qotidianus. Qemadmodum alterâ ex parte venire ſæpe compertum eſt, ut propenſiores in ſua ſuoſqe affectus à recto cenſendi tramite abducant; ſic ex alterâ parte etiam id, nec rarò, contingit, exterorum admiratione effaſcinatos, ita affici mortales, ut ſuis qoqe iniqiores evadant. Scil.

Ξένον θαυμάζειν μᾶλλον ἀνθρώπων ἔθος.

nec eſt inſolens rerum domeſticarum faſtidium, ut Cicero, *de finib.* l. 1. dum *vile habetur, qod domi eſt*, ut Senec. *de benef. l.* 3. *c.* 3. vel *qicqid intra pomærium naſcitur*, ut Varro. Deniqe vitioſum affectum hunc Fabius ipſe, l. 1. c. 10. agnovit, *alienis*, inqit, *favemus. Ideoqe cum* κυρταύχενα *mirati ſumus*, incurvi cervicum *vix à riſu defendimus.* Ea innuit à gente ſuâ in ſuis deridiculo habita, qæ in Græcis non probarent tantummodo, ſed applavderent ac ſuſpicerent. Et rurſus l. 8. c. 3. *Multa ex Græco formata nova, & plurima à Sergio Flavio, qorum dura qædam admodum videntur: qæ cur tantopere aſpernemur, nihil video, niſi qd iniqi judices adverſus nos ſumus.* Sed & in eis, qæ liti huic definiendæ attulit vir præſtantiſſimus, nonnullis; ex ſeculi noſtri ſcriptoribus, non diverſa tantum, ſed adverſa ſentientes habere, ſuis locis demonſtrabitur. Liceat ergo, veniam ſaltem præfatis, de linguæ utriuſqe ſvavitate pavca diſſerere, ne prærogativam hac in parte alteri ademptam, ad alteram transferri, prorſus nimis patiamur.

Atqe hic illud primo loco pro Latina præſcribi poterit, qod ſonis illis pingvioribus (diphthongos alii, alii bivocales, in qibus & Voſſius l. 1. c. 21. nevtri commode ſatis, qod alibi oſtendimus, nuncupant) αι & οι, qibus Græci πλατειάζουσιν ἄγαν, & ε etiam, qod enormius vaſtiuſqe qiddam ſonat, Latini prorſus ferè careant. Qam bellè ſcil. avribus occinunt Heſiodia illa,

ἄγα-

—— *ἀσατοί τι φαπῖτε, Ρητοί τ' ἀῤῥητοί τε.*

Cujusmodi in eâ linguâ occurrant necesse est non pavca; *sonumqe pinguem* dare nec Fabius ipse, l. 1. c. 4. diffitetur. Ista enim etiamsi Latini prisci admiserant, unde *Mousaj, Cojraj, Ojsus, Jovre* dicebant, pro eo qod *Musæ, Curæ, Usus, Jure*, nunc dicitur; ætas tamen posterior, comptior præsertim politiorqe ea, qâ in mundum hunc carne vestitus humanâ prodiit mundi ipsius conditor, dato πλατυασμοῖς illis repudio, horum loco substituit, qibus tenuiorem pavlo leniorenqe sonum cum darent, avres teneriores delicatioresqe minus offenderentur. Qod & in multis factitatum, pronum est repertu, qæ a Græcis mutua Latini sumpsere. Sic enim qod Græcis κραιπάλη, Latinis est *crapula*; qod βασκαίνω, illis, his *fascino*; φαιός, *fuscus*; κλαίνω, *leo*, unde *deleo*, & *lenio*; χαμαί, *humi*, λαιός, λαιFός Æolicè *lævus*; ut λεῖος, λεῖFος Æol. *levis*; μοιχός, *mœchus*; κοῖλον, *cœlum*, κοιλαίνω, *cœlo*; κοινή, *cœna*; ποινή, *pœna*; κοινόν. *cœnum*; κοινῶ, *qino*, *inqino*; οἶνος, Æol. Fοῖνος, *vinum*; σχοῖνος, *funis*, *finis*; φοινίκεος, *puniceus*; κλύω, *lavo*; βοῦς, *bos*; βούλομαι, *volo*; ὑλέω, Æol. Fυλέω, *valeo*; οὐαί, *væ*; οὖρον, *urina*; οὔρια & οὔρινα, *urina ova*.

Nam qod *Æolicarum literarum vis, qæ in V illâ, qatervum & servum dicunt, sermonem duriorem facere* Fabio videtur. Hanc saltem in parte dissentientes prorsus habet, Criticorum seculi nostri par nobile, Justum Lipsium ac Joannem Vossium, qi uterqe huic literæ, ille *in dialogo de recta pronunciatione ling. Lat, c.* 12. hic, *de arte Grammaticâ, l.* 1. *c.* 18. *sonum udum, natantem, mollicellum* attribuunt. Prior ille etiam suam de eâ dissertationem his verbis clavdit: *Illud mearum avrium judicium non celo; svaviorem literam hac duplici natam non videri post literas natas.* Certe qi rebus qibusqe nomina primitus imponebant, si cum Fabio sensissent, nevtiqam illi in vocabulo *svavitatis* indice, cujus tam insvavis avribusqe ingratus sonus existeret, literam eam iterato posuissent.

Cæterum, qem literæ huic pleriqe nunc dierum dant sonum, qidam etiam (& è nostris, Oxonienses plurimum) B Græco, contra omnem antiqitatem, prout Checus noster jam olim palam fecit in disceptatione eâ de re cum Gardinero habitâ; neutrius est genuinus, sed est F Latini peculiaris. Perperam enim & hanc pronunciant nostri, qasi esset Græcorum Φ: cui Latini, qod respondeat, non habent; sicut nec Græci, qod F Latino. Aliud enim digamma Æolicum, (sive F erecti, sive inversi Ⅎ ei figura) sonabat; idqe ipsum plane, qod W nostrum, prout alibi demonstravimus. Patet hoc ex eo, qod de Cicerone Fabius l. 1. c. 4. refert ex

Oratione

Oratione pro Fundano; ubi testem Græcum ridet, quod primam ejus nominis literam dicere non posset. *Phundanium* sc. proferebat, cum *Fundanium* (qod *Vundanium* nostri pleriqe scriberent) debuisset. Is enim est planè F Romani sonus, qo V consonum efferunt pleriqe nostrum, in *Vitis*, Wine, *Vallis*, Wale, *Vitulina*, Veale, &c. Huic avtem qod *horridum planè* Fabius, *nec humanum* dat *sonum*; et hîc Criticos non ignobiles habet diversum sentientes. Imò *convitium, non judicium, vere appellandum*, censet Lipsius. Sonum certè hujus *molliorem dilutioremqe*, qam qi est Græcorum Φ, cum Lipsio juxta (Prisciano etiam in partes advocato) censet, inculcatqe subinde Vossius *art. l.*1. *c.* 15. & 24. & 26. Accedit qod Terentianus præ F Latinâ *hirtam*, qasi ab aspiratione insitâ asperiorem illâ, pronunciat Græcorum Φ. Qam tamen inter *jucundissimas* illas, qibus *carere* ait *linguam Latinam*, recensere Fabium, nonnulli sunt opinati.

Verum falli eos constat, inde in fraudem inductos, qod *Zephyrum* & *Zopyrum* in exemplis Fabianis legebant. At duarum ille tantummodo, non & tertiæ meminerat. *Jucundissimas*, inqit, *ex literis non habemus; vocalem alteram, alteram consonantem qibus nulla apud illos dulcius spirant.* Addit, *horum in locum tristes & horridas à Latinis substitui, qibus Græcia careat.* Literas, qas desiderat, consonantem Z esse, vocalem Y, ex voce *Zephyrus* satis claret. Atqi nec Z, cui jucunditatis & dulcedinis lavdem tam amplam tribuit, ab asperitate omni immunis deprehendetur, si eam (pro duplici namqe habetur) in elementa sua dissolverimus; vel Dorum ritu, in σ & δ, ex qibus constare affirmat Dionysius Halicarnassensis; vel Æolum more in δ & σ, è qibus componi vult, Velio citante Verrius; qi Z à D incipere ait, ut X à C. Sive enim cum illis, μελίσδω & πλεονάσδω, sive cum istis Δσεὺς & αἰνισδω protulerimus, avt svaviter admodum sonabunt illa; et hæc (opinor) multo minus, ad Fabium etiam ipsum delatâ censurâ, qi l. 12. c. 11. *syllabas in* d *innixas asperius sonare*, jam pronunciavit. Martianus certè Capella avtor est, *de nupt. Philolog. l.*2.*c.*8. literam hanc idcirco Appium Clavdium detestatum, qod *dentes mortui*, dum exprimitur, *imitatur*. Verum è *duplicibus svavissimam* esse Dionysius Halicarn. affirmat. Et ut qod verum est fatear, prout nostri enunciant, nec avt adeò insvavis est, avt etiam duplex esse videtur: cum sonum ab S leviter declinantem, & leniorem paulò etiam attribuant. Qod patere poterit *ex verbis* illis cum nominibus cognatis unà commissis, to apprize, qasi *appretiare*, & to set a price, *pretium constituere*, (aliter enim price pro *pretio*, aliter prize pro *bravio* & exaramus,

& efferimus) **to advise**, *consulere*, & **to give advice**. *consilium dare*, **to devise**, *excogitare*, & **a device**, *excogitamentum*. siqidem in illis τῶ Z in istis τῶ ſ sonus avditur; etiamsi illa per *ſ*, ista per *c*, perperam utraqe, pingamus. Cæterum Latini literam hanc literâ, uti mihi videtur, non minus ſvavi, molliore sane, non raro permutant, dum pro μεῖζον, *majus*, pro ζευγνύω, *jungo*, pro ζυγὸς *jugum*, dicunt. Mollius certè sonare *y* nostrum quod est plane j Latinum qam z, vix fore puto qenqam, qi inficias ire sustineat. ut *tristem horridam*, qe in hujus locū substitutam, qamnam Fabius voluerit, ego neqeam ariolari. Y autem qod attinet, primò dissidet hic à Fabio artis rhetoricæ magister insignis, avtisqe planè subactissimæ, Dionysius Halicarnassus, qi εὐφωνίας ratione sedem inter vocales ultimam ferè huic tribuit, dum tribus illis α η ω subjungit ὅτι πνίγεται, καὶ στενὸς ἐκπίπτει ὁ ἦχος, *eo qod, inqit, factâ contractione non contemnenda suffocatur, & angustior excidit sonus*. At ejusdem sive vocalis, sive consonæ potestatem (nam scapo tantum abscisso figuram retinebant) Latinis prorsus defuisse, vix est ut Fabio, licet id jurato etiam, credamus. Υ scil. vocalem, & V consonantem, nunc crassius & pinguius, nunc exilius tenuiusqe, nunc medio etiam inter utrumqe sono vocalem efferri solitam, non est qod diffiteamur; idqe multis disceptant viri magni, Jul. Scaliger, *de cauſ. ling. Lat. l.* 1. *cap*. 8. & Jo. Vossius, *artis Gram*. l. 1. c. 12. At nullo horum modo enunciatum, exhibuisse, qod υ Græco plane responderet, id vero à ratione omni alienum prorsus videtur; nec ab eis admitti poterit, qos in *Cui* & pituitavi idem sonare, qod υ in υἱὸς affirmantes alibi adduximus. Qin nec qid *triste horridumve* sonet U Latinum, ego quidem intelligo. Nam de consonæ ſvavitate Lipsius qid senserit ac censuerit, est superius indicatum. Interim Y Græco asperitatis notam aliqam aspergit, qod indictione inchoandâ constanter aspiratur. Qod Latinis rarius fit, qi *udus, unus, urceus*, dicunt, licet ab ὕδος, ἕνος ὕρχη, descendant: nisi forte, qo soni asperitatem ex parte saltem leniant, qam non integram tollunt, ut in χαμαὶ *humi*, χθαμαλὸς, *humilis*, χυμὸς, *humor*, & similibus.

Cæterum de *M mugiente*, qem cum N *tinniente* componit Fabius; qorum illud Latina, Græca istud freqentius clavdit: deqe *syllabis in B literam & D innixis*; qarum asperitatem veteres mollire tentâverint, *aversa* pro *abversis* (malè vulgò, *aversis* legunt) dicendo, (qo modo scil. *avfero*, & *avfugio*, pro *abfero*, & *abfugio* dixere) sed & in propositione illâ τῶ *B absonam & ipsam*, *S subjiciendo*; qod videre est in *abscedo, abstineo, abstemius*. Ut nihil aliud adjiciam, regeri potest; consonarum conflictus, idqe in ipsis vocabulorum initiis, duriores multo, crebrioresqe

briores qe eos, apud Græcos, qam apud Latinos, si rem rite qis putare voluerit, facile iri deprehensum. Hujusmodi sunt β & δ, in βδέω, βδελυκτός; δ & μ, in δμώς, δμωὶς, δμῆσις, δμητὸς; δ & ν, in δνόφος, δνοφόεις, δνοφερός, θ & λ, in θλάω, θλίβω, θ & ρ, in θραύω, θρέμμα, θρῆνος, θρὶξ, θρόνος, θρύλλον; κ & μ, in κμέλεθρα, si Herodiano fides, κμητὰ, si Hesychio; κ & σ, in ξέω, ξύω, ξηρὸς, ξίφος, ξὺν, qod Attici qoqe toties τῦ σὺν loco usurpant; κ & τ, in κτάω, κτείνω, κτῆνος; μ & ν, in μνᾶ, μνήμη; π & σ, in ψαύω, ψάλλω, ψεῦδος, ψιλὸς, ψωλὸς; π & τ, in πτίσσω, πτύσσω, πτύον, πταίω, πτωχὸς, πτόρθος; σ & β, in σβέννυμι, σβέσις, σβεστὴρ; σ & θ, in σθένω, σθένος, σθένελος; σ & μ, in σμάραγδος, σμερδαλέος, σμικρὸς, σμῆνος, σμήχω, σμύχω, σμύρνη, σμῶδιγξ; σ & φ, in σφάλλω, σφαδάζω, σφενδόνη, σφίγξ, σφύζω, σφοδρός; σ & χ, in σχάω, σχεδὸν, σχίζω, σχόλιον, σχοῖνος: σ & κ & λ, in σκλῆμι, σκλῆμα, σκληρός; σ & κ & ν, in σκνιπὸς; σ & τ & λ, in στλεγγὶς, στλεγγίζω; σ & φ & ρ, in σφραγίζω, σφριγάω; χ & θ, in χθὲς, χθὼν, χθαμαλὸς, χ & λ, in χλαῖνα, χλαμὺς, χλιδὴ, χλώρης, χλωρός; χ & ν, in χναύω, χνοῦς; χ & ρ, in χραύω, χρεία, χρίω, χρόνος, χρυσὸς, χρώς; aliisque ejusmodi, ὅσα φύλλα καθ' ὕλην.

Atqi consonantium concursiones & concussiones istas, qæ vocum exitus primos præsertim ubi occupant, cum prolationem necesse est reddant difficiliorem, tum & stridores strepitusqe duriores sæpenumero, diriores etiam qandoqe cient, sermo Latinus, maximam partem, nec admittit, nec agnoscit, Qin & in eis, qæ è Græco sermone deduxere, asperitatem illam variis modis Latini emollitum iverunt. nunc consonantium commissuris illis recisis prorsus ac rejectis; ut in ξηράω, areo, ξηρὸς, Doricè ξαρὸς, aridus, ξυράζω, Doricè ξυράσδω, rado. nunc vocalibus, qæ consonarũ collisum asperum illum solverent, interjectis; ut in μνᾶ, mina, μνάομαι, moneo μέμνημαι, memini: metathesi etiam qandoqe facta; ut in βδέω, pedo; β in π, ut βαβαὶ, papæ (nisi sit à πέρδω, ρ extrito, ut in λέκτρον, lectus, μετρέω metior) σφὼ, vos, σφετερὸς, vester, σφετέρην πατρὶς ὑμετέρησι, Hesiod. σφὴξ, Vespa, ut λύκος, lupus, φάτης, vates; ψαρὸς, Æolicè σπαρὸς, passer; nunc, consonantium alterâ sublatâ, ut in βδέσις, & βδέσμα, visim, βδέσαι, visire, an vesire, unde Lucilio, —visire minutim; μνήμων, memor, ψύλλα, Æolicè σπύλλα, pulex; πτίσσω piso, pinso; πτερὸν, Æolicè πτεννὸν, penna; πτύω, πτύσις tussis; ταλῶ, τλῆμι, tolo, tulo, tolero, τλητὸν, Dorice τλατὸν, latum; σφάλλω, fallo, σφάλλομαι, labo & labor; ut ἄμφω, ambo, ὄμφαλος, umbilicus; χλαῖνα, lena; σφυρὸν sura; πτέρνη, perna; nunc in rejectarum locum, qæ mollius leniusqe spirarẽt, substitutis ut in σχίζω, fido, findo, prout χύω, χύζω unde χύδην, fudo, fundo; item σχίζω, scido, scindo; σχοῖνος, Æolicè σφοῖνος fœnis, finis, & funis, item juncus. Quibus adjici poterant innumera alia, qæ paginas integras implerent.

In

In mediis itidem dictionibus conſonarum commiſſiones duriores obſerves nonnullas, qas aures Latinæ reſpuunt. Qod genus in ἄχθος, ἀχθεὶς, προχθεὶς, ἀράχνη, βλῆχνον, σπλάγχνον, (aliiſqe ejuſmodi, de qibus denuò videndi locus mox dabitur) ſed & in compoſitis illis προσπταίω πρόσπτημι, προσπτύω, προσπτύσσω, προσψαύω, προσψηφίζεσθαι, & προσψιθυρίζεσθαι, cum ſimilibus. Et mihi certè durius multo ſonare videntur ſyllabæ illæ Græcis in γ & τ innixæ; cujus prioris modi habentur in ἴγδη, λίγδην, λίγδην, μίγδην, βρύγδην, ῥάγδην, poſterioris in ἄτλας, ὄτλος, ἀτμὴν, ἀτμὸς, πίτμος, πότμος, ἐρετμὸς, ἔτνος, πίτνω, φάτνη, in Latio verò, avt illius avt hujus etiam, vix ullæ reperiuntur; qam qæ (ut *abdo*, *abdomen*, *advenio*, *adverſus*) in B & D Latinis. ex qo genere nec apud Græcos deeſſe docent illa, λάμβδα, λάβδα, ῥάβδος, λάβδακος, γράβδην, κίβδα, κρύβδα, κρύβδην, ὄβδην, unde ἦλθεν ἐς ὄβδην, in epigrammate, & his ſimilia.

Deniqe terminationes itidem apud Græcos aſperiores offendas, qas Latini vel ignorant prorſus, vel rarentius uſurpent. Ejuſmodi ſunt qæ paſſim in eâ lingva occurrũt, σάρξ, φάρυγξ, λάρυγξ, πλάστιγξ, σμῶδιγξ, ἴυγξ, λύγξ, σπύγξ, λίκιγξ, φριβιλίκιγξ, ἄψ, λαίλαψ, φλέψ, ἶψ, θρὶψ, κνὶψ, λὶψ, κόνιψ, αἴγιλιψ, ὄψ, ὦψ, αἴθιοψ, ἔλλοψ, μέροψ, κέκροψ, πέλοψ, κύκλωψ, κάνωψ, &c. tum in ξ exeuntia, non nomina tantum, ſed & adverbia complura qibus nullus in Latio locus, λάξ, πύξ, πλὶξ, πὶξ, πρίειξ, ἄπειξ. Duplices avtem iſtas ξ & ψ (qarum tam ampla in clauſulis apud Græcos ſeges) minus ſvaves eſſe Dionyſius ipſe agnoſcit.

Qam multis avtem, qæ è Græciâ mediâ in ſolum Latiale transferre Romanis eſt viſum, culturam aliqam deprehendas adhibitam, qâ ſoni agreſtioris nativa in eis qoqe mitigaretur aſperitas? hinc ἀράχνη, *aranea*, αἰσκλήπιος *Æſculapius*, κόκλωψ, *cocles*, ἀστράγαλος, *taxillus*, *talus*, μασχάλη *axilla*, *ala*, ut *maxilla*, *mala*, πάσσαλος & πάτταλος *paxillus*, *palus*, ἀσπάλαξ, *talpa*, ἀλώπηξ, Æolicè Ϝαλώπηξ, *vulpes*, αὔξω, *avgeo*, ἄγω, ἄξω, *occo*, κύστις, *cutis*, πυστόν, *putum*, unde *purum putum*, πόσθη, *pusa*, unde προπόσθιον *præputium*, non à præputando, ut vulgus Grammaticum putat, ὑστέρα, *uterus*, βρύζω, Doricè βρώσδω, *rodo*, ἐρετμὸς, *remus*, ὀρόδαμνος, ῥόδαμνος, *ramus*, φλογμὸς, *flamma*, ῥωχμὸς, *rima*, ὑάκινθος, *vaccinium*.

Nec abnuerim tamen antiqitatis ultimæ Latinos, anteqam à Græci ſermonis (unde Latinæ dictionis partem maximam defluxiſſe ſupra docuimus) more moduloqe longius abſceſſerant, è durioribus commiſſuris illis retinuiſſe non pavcas, cum *ſfunem*, *ſfundam*, *ſfungum*, ſed & *ſtlembum*, *ſtlites*, *ſtlocum*, *ſtritavum*, & ſimilia dicerent: qod cum ex vetuſtis monumentis, tum & ex ſcriptoribus fidei haud dubiæ ſatis conſtat.

verum ætas insecuta, qo ab incunabulis suis illis primis remotior, eo lingvæ suæ expoliendæ studiosior, sonis tonisqe eis minus gratis offensa, pavlatim abjecit, Græcisq; à qibus majores sui primitus acceperant, usurpandas reliqit. Qando Græci recentiores ex adverso stribliginis (sive Aristophaneo vocabulo στριβιλικιγξ nuncupare libuerit) istius retinendæ ambitiosi, in Latinis, qas usurpant, vocibus Græce exprimendis, commissionibus istiusmodi, contra Romanum, qi puriori seculo invaluerat, ritum moremqe abutuntur. Inde σφέκλη, pro vini fæce, apud Trallianum & Nicolaum, quod frustra Turnebus advers. l. 18. c. 18. erroris arguit, & Mevrsius emendatum ivit; est enim σφέκλη *fæcula*: sicut apud etymologum, τάβλα *tabula*, σύβλη *subula*, φίβλη *fibula*, σφίδη χορδή, & σφίδες, χορδαὶ μαγειρικαὶ teste Hesychio, pro *fidibus* sive *fidiculis*. Inde συμψέλλιον pro *subsellio*; Epiphanius heres. 58. ἐπὶ συμψελλίοις δύσαυλες qod ἐπισυμψελλίοις vitiosè junctim legitur: qibus accenseri possunt seqioris ævi illa, τζάγκος pro ἄγκυς, τζάγγρα pro *sagittâ*, τζαγλάτωρ pro *sagittario*, & τζέστος pro κέστος *cestus*, & τζίκνα pro κόνις, *cinis*, & alia ejusdem furfuris infinita.

Illud est insuper observatu non indignum, aspirata apud Græcos crebriora esse multo, qam Latinis. siquidem universis illi, sicut ab Y, ita & à P exorsis, spiritum asperum præfigunt; unde literam caninam illam, ex se asperam satis, aspiratione additâ asperiorem etiam efficiunt. Nec valebit hic qicqam exceptio illa, siqis objecerit Latinos in mediâ qoqe dictione aspirationem qandoqe admittere, ut in *veho*, *traho*, *vehemens*, *prehendo*; & in verbis compositis, quorum simplicia sunt ab *h* inchoata, *habeo*, *halo*, *hæreo*, *hisco*, *&c.* etenim potest altera ex parte regeri. 1. rarentur admodum in vocibus simplicibus id fieri. 2. è verbis pavcissima esse in qibus *h* initialis sit. 3. nec in horum compositis perpetim obtinere, ut litera illa retineatur; etiamsi enim ab *habeo*, *exhibeo*, & *perhibeo* servata dicatur; at *debeo*, non *dehibeo*, *diribeo*, non *dihibeo*, avt *dishibeo*, (sicut ab *emo*, *dirimo*) *præbeo*, non *præhibeo*, ab eodem verbo literâ eadem extritâ dicimus: sicut & ab *hisco*, *dehisco* qidem, non itidem *fathisco*, sed *fatisco*, licet qasi *fatim hisco* sit. 4. qædam ex his asperius Græcis, à qibus sumpta sint, sonare: est enim *veho*, nihil aliud qam ὀχῶ Græcum, sive Fοχῶ Æolum, qod & Caninius observavit, *traho* inde compositum, qasi *traveho*, ut *mavelim*, *malim*. 5. P Græcum ubicunqe in mediâ dictione geminū occurrit, alterū saltē spiritu asperiore signari. 6. contineri spiritus asperi illius vim & potestatem in Græcorum literis tribus, Θ Φ X: qæ proinde ubicunqe obviam fiunt, sive in initiis præfixæ, sive in mediis vocibus intersitæ, syllabam eam, qam constituunt, flatu suo afficiunt,

afficiunt; & in mediis qidem syllabis, nunc exeuntibus, nunc ineuntibus, nunc & utrisqe simul (qod in verbis primæ ac secundæ flexionis oristis passivis prioribus, participiisqe inde deductis, videre est) creberrimæ occurrunt. At apud Latinos, qod istis respondeat nihil est. Etiamsi Græca qedam qo exprimant, literis *C P T* spiritus asperi notam indicem qandoqe subjiciant; ut in *Chalcus, Chia, Chryse, Philtrum, Phœnix, Philosophus, Thalamus, Theatrum, Thermæ*, & similibus; qorum numerum justum inire haud ita difficile foret. Nam qod *in Oratore* de se Cicero, *Cum scirem*, inqit, *ita majores locutos esse ut nusqam, nisi in vocali aspiratione uterentur, loqebar sic, ut pulcros, Cetegos, triumpos, Kartaginem dicerem; aliqando, idqe sero, convicio avrium cum extorta mihi veritas esset, usum loqeudi populo concessi, scientiam mihi reservavi*; verbis eis qid voluerit Orator, si avt nescium planè, autnon satis assecutum me profitear, eo minus dispudeat, qia virum clarissimum & in rebus hisce versatissimum, *tanqam in crepusculo constitutum videre, nec videre se, Delioqe rem istam egere natatore*; ingenue agnoscentem deprehendo, *artis Gram*.l.1.c.24. Tentemus tamen, si dabitur forte, mentem Tullianam expiscari. Ecqid est ergo, qod *avrium convicio extortum* sibi vir dicendi peritissimus profitetur? istud enim est, opinor, de qo maximè ambigitur. Ego verò existimo, *avrium convicio extortā* sibi innuere, non veritatis confessionem; qasi serò tandem agnovisset eam, qam prius adhibuerat pronunciandi rationem rectam minus avt legitimam esse; sed *veritatem* (qod verbis disertis ait) ipsam, h. e. veram ac genuinam illam vocabulorum istorum pronunciationem, qam juxta normam à majoribus suis observatam, constanter prius usurpaverat. Cum enim populi, qi diversum loqendi seqebatur ritum, sermone freqentiori, qasi *convicio qotidiano* avres obtunderentur, eô tandem redactum se, profiteri videtur, ut veram rectamqe, cui prius assveverat ipse, prolationem sibi eripi, & qasi per vim qandam *extorqeri* pateretur. Ut pari modo tum *extortam* sibi perhibeat *veritatem*, qo à Cæsare negat *extorqeri* posse *humanitatē*, *in Orat. pro Ligario*; qoqe *ab hominibus* per Epicuri dogmata, *verborum notiones*, an *cognitiones, qibus imbuti sint, extorqeri* conqeritur, *de Finib*.l.2. Hanc oratoris mentē esse, ex eis colligo, qæ subjungit, *usum se loquendi* (qod praxin spectat) *populo concessisse, scientiam* (qod veritatis est) *sibi retinuisse* hoc est, si ego rectè capio, in sermone communi ad populi morē se accōmodasse, hoc solo contentum, qod rite pronunciandi rationem veram, ab illorum ritu diversam, compertam sibi cognitamqe, etiamsi eâ jam non uteretur, haberet. Ita idem planè fuerit, ac siqis hodiè apud nos diceret, etiamsi

norit

norit literas *C* & *T* eundem in Latinis vocabulis qibusqe sonum olim obtinuisse, eodemqe modo esse pronunciandas; tam *C* ante vocales *E* & *I* in *Cera*, *Cirrus*, qam ante *a* & *o* in *Carus*, *Corus*; tamqe *T* in secundâ vocis *titio*, qam in primâ; avrium tamen convicio assiduo, a *C* in illis, *T* istis, ut *S* proferentibus, superatum, usum, vitiosum qem norit, populo concedere, veræ pronunciationis scientiam sibimetipsi retinere.

Firmari poterit hoc ulterius ex vocabulis illis ipsis, horum saltem aliqibus, qorum prolationem nuperam atqe vulgarem à priscâ pristinâqe suâ diversam, secutum jam se profitetur. Qatuor tantum recenset, *pulcros*, *Cetegos*, *triumpos*, *Kartaginem*: qorum duo sunt propria nomina, familiæ alterum, alterum urbis: duo reliqa communia, sive, ut vulgus Grammaticum, appellativa sunt; de qibus ratio certa magis. Nam de *Cetegos* ambigi potest, *Chetegos* an *Cethegos* vulgo dictum voluerit, qia nominis ratio in abdito delitescit. *Carthago* verò cur potius qam *Cartago* dici debeat, ratio justa vix ulla dabitur. Pœnis, qorum lingva est Syriacæ propago, fuit קרתא חדא Νεάπολις, *Urbs nova*. Inde Græcis corruptè, literâ tertiâ extritâ, Καρχηδών; & Latinis corruptius adhuc, (restitutâ tamen, qam illi eliserant, literâ) *Cartago*. *Cartago*, inqam, potius qam *Carthago*, si Grammaticam seqimur lingvæ Syriacæ normam, qia *Tav* post *Sheva* istiusmodi Hebræis Syrisqe lenius sonat; sed nec si Caninii rationem seqimur, qi ita vult à Græco nomen Latinum traductum, ut per metathesin pro Καρχηδὼν Καρδηχὼν primò tum *Carthago* dicatur, *t* literæ aspirandi cavssa ulla fuerit, cum δ tenui, non χ aspiratæ respondeat, dum δ in *t* sicut in ἔνδον *intus*, σπυρὶς σπυρίδα *sporta*, χ in *g* transit, prout in ἄγχω *ango*, χαλβάνη *galbanum* & similibus. Verum in istis analogia minus liqido se prodit; in reliqis duobus clarè satis elucescit. *Triumpus* enim, an *triumphus*, est Græcis θρίαμβος. Ubi, ut de α in *u*, demutatâ (qod neutiqam est insolens, unde ἀγκύλος, *uncus*, ἄρκτος, *ursus*, ἴαω, Æolicè, ἴαϜω, *juvo*, ταλάω, *tulo*, *tuli*, μάλα, *multum*, μάχαιρα, *mucro*, κραιπάλη *crapula*, στραγγαλῶ, *strangulo*, & similia) nihil dicam, qia ad rem præsentem nihil facit; in syllabâ primâ aspirationem, sicut in multis aliis sustulit Latinitas: inde λήθω, λαθῶ, *lateo*, πάσχω, παθῶ, *patior*, ποθῶ, *peto*, & per metathesin etiam *opto*, θίγω θιγγάνω, *tago*, *tango*, ἄρθρον, artus, articulus; θυμαίνω, *tumeo*, θώμιγξ, *tomex*, aliqe innumera: in novissimâ verò aspirationem, qum in Græco nulla haberetur, infercum ire qæ cogeret, avt svaderet etiam, ratio nulla suppetebat: qin nec ullum permutationis istiusmodi succurit exemplum, qâ β litera unqam in φ vel in *ph* transeat, at in p purum, citra aspirationem, β versum creberrime occurrit; ut

in

in βαβαὶ, *papa*, βόσκω, *pasco*, πύξος, *buxus*, βυθὸς, *puteus*, κύββα, *cuppa*, κυβὴ, *caput*, βάλλω, βλέω, *pello*, βληχὼν, *pulegium*, στίβω, *stipo*, ταρβέω, *torpeo*. Sed nec frequenter minus in *v*; unde ὄροβος, *ervum*, βιῶ, Æolicè βιϝῶ, *vivo*, βίοτος, *vita*, βία, *vis*, βιάω, βιάζω, *violo* βόλω, *volo*, βαδίζω, *vado*, βόσκομαι, *vescor*, βιβαιῶ, *voveo*: & in *f*; unde βρέμω *fremo*, βάλλω *fello*, βλύω, *fluo*, βολὴ, βλῆμα, *fulmen*, βυθὸς, βένθος, *fundum*. Ut suspicari qis non sine cavsa possit, *triumfos*, non *triumpos*, scripsisse & dixisse solitum Ciceronem: *triumphos* verò, sive morem Romanum, qi nisi Φ Græcorum exprimendo *ph* nunqã adhibebant, cur diceret sive vocabuli originem, sive derivationis ritum perpetuum respiciamus, præter usum qi apud populum jam invaluerat, aliud nihil suppetebat. Nec celabo tamen, qod argutè satis hîc l. 8. Priscianus. cum *in pho verbum nullũ Latinum terminaret*, ἀπὸ τοῦ θριαμβεύω *triumpho* fastum, *aspiratione à primâ ad postremam syllabam translatâ*, qo modo Ionice κύθρα pro χύτρα, ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα dicitur: *ad cujus imitationem Latini* pro θρίαμβος *triumphus* per *transmutationem aspirationis* protulerint; ideò tamen *b in p conversâ*, qia *b aspirari non potest*. Cæterum nec in traductionibus è Græco exemplum datur; nec pariant, qæ dantur; qum demutatio literarum istic aliusmodi sit; eaqe Latinis insolens: nec deniqe tam qid sit factum qæritur, qam qid faciendum, ratio & analogia poscat.

Restat vox *pulcros*; de qâ analogia qid poscat, dubitandi locus non datur. *Pulcrum* siqidem, sive *polcrum*, qo modo antiqitus efferebant, eadem ratione, à *poliendo*, qa *à sepeliendo sepulcrum*, deformatur. Vel si à supinis potius deducere, cum Vossio *analog.* l. 2. c. 32. libuerit, eodẽ erit modo à *politum*, *polcrum*, qo à *fultum*, *fulcrum*, à *sepultum sepulcrum*, à *lutum lucrum*, à *lavatum lavacrum*, à *simulatum simulacrum*: nec in *pulcrum* igitur magis, qam in his omnibus, aliisqe notæ ejusdem innumeris, aspiratio jure ullo desideratur. Qin & *sepulcra* sine aspiratione prolatum, Cicero ipse eodem in loco & testatur, & probat. Nec me moratur hîc Servius, qui ad Georg. l. 3. Reboo *est Græcum verbum. Nam apud Latinos nullum verbum est, qod ante finalem habet* o; *excepto* inchoo: *qod tamen majores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant* incoho. *tria enim habebant nomina, in qibus* c *literam seqeretur aspiratio*, Sepulchrum, Orchus, Pulcher: *è qibus* pulcher *tantum hodiè recipit aspirationem*. Nam de *sepulcro*, analogia qid postulet, & Cicero ipse monuerit, supra vidimus: nec potest ratio justa dari, qare in isto magis qam in reliqis supra adductis, aspiratio istiusmodi interseratur. De *Orco* diversa sen-

sisse

ſiſſe & cenſuiſſe Grammaticos monet ipſe ad *Georg.*l. 1. Probum enim *Orchum* legere; Cornutum aſpirationem addendam vetare. Mitto Verrium, qi, Feſto teſte, veteres ait *Vrgum* (male codices excuſi *Vragum*) qaſi ab *urgendo*, dixiſſe. preſertim qum ſine exemplo gratis affirmatum hoc, Feſtus ipſe adnotarit. At Cæſar *Scaliger* à Servio diverſus, *de cauſſ. ling. Lat.l.*1.*c.*22. *Aſpirationem multis detraximus. ajunt remanſiſſe in tribus*, Orchus Pulcher, Lurcho. de numero cum Servio convenit; de vocum unaâ diſſentitur. Tum, Orchus, inqit, *tota Græca fuerat, & tranſlata aſpiratione à vocali ad conſonantem* ὅρκος. De origine Græcâ havd contenderim: de aſpiratione tranſlatâ, eſt cur meritò ampliandum exiſtimem: qum ab ὕρχη, Ionicè ὕρκη, *orcam* & *urceum*, *ab* ἕλκος, *alcus*, *ab* ἑρκίζω *erciſco* & *erciſcor*, ſine tranſlatione ullâ ejuſmodi legam. Cæterum an ab ὅρκος *Orcus* deſcenderit, qod pro conceſſo ſumitur, havd conſtat. Favet huic ſententiæ, qod ex Celſo Servius ad Georg.l.1. *jurisjurandi Deum Orcum exiſtere.* Et de Stygiæ qidem paludis aqis Homerus *Od. ε.* –ὅστε μέγιστος

Ορκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι.

Et Maro *Æn.l.6.* –*Stygiamqe paludem,*

Dii cujus jurare timent & fallere numen,

at de Orco gemina nuſqam, opinor, legas. qerendum ergò unde hoc habuerit Celſus, *Orcum eſſe jurisjusrandi Deum*. Id verò mihi ab Heſiodo havſiſſe videtur, qi in Deorum proſapia deſcribendâ Erin refert, inter reliqam ſobolem numeroſam ſatis genuiſſe, Ορκον, ὃς δὴ πλεῖστον ἐπιχθονίους ἀνθρώπους. Πημαίνει, ὅτε κέν τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ. Cæterum ambigi poteſt, an Ορκος iſte Latinorum *Orcus* ſit, cui provinciam eam nuſqam adſcribi legimus. Itaqe aliô hîc à patre abit Joſephus filius, & ipſe forſan à veritate, patre, quem deſerit, havd minus. Orcum, inqit, *in conjectaneis ad Varronem, Romani ſine dubio à Græcis acceperunt.* Nam ὄρκον *vocabant conditorium mortuorum.* Menandrum advocat, qi ſcripſerit, ὑπὸ τοῦ ζήλου σε πολυτελῆ νεκρόν.

Εἰς τὸ ἴσον ὄρκον τοῦ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελεῖ.

Hunc ergo ſi ſeqimur, in neutrâ ſyllabâ aſpirationi locus ullus futurus eſt. Verum Scaligero refragatur, etiamſi refragari neget ſe, vir Cl. Caſavbonus ad *Svetonii Avguſtum*: & verſum Comici alterum his corruptum eſſe avtumat. reſcribi poſtulat. Εἰς τὸ ἴσον ὄρχον τοῦ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελής. ὄρχον avtem vult eſſe *foveam in qâ conduntur mortui*, *qaſi* ὁ ὑχὸς *ab* ὀρύσσω dictum; & *inde* potius *Orcum.* Verum *ſibi videri*, Orcum, *ſive* Horcum, *qo modo veteres ſcripſiſſe avtor eſt Marius Victorinus, eſſe Græcorum*

ὄρκο

ἕρκος. etenim *e* & *o* esse *literas permutabiles.* et sunt reverâ, sic enim ab ἐμῶ, & Æolicè Fεμῶ fit *vomo*, ab ἐλαία, ἔλαιον, *olea*, *oleum*, à θέρω, *torreo*, à θερμὸς, *formus*, ab ὀρὸς, *serum*, ab ἑλίζω, *volvo*. accedit qod ὀρχάτην Hesychius ἑρκτὴν, δωματιεῖον, φραγμὸν exponat; & μάνδραν, Jo. Callierges *in schol. ad Theocr.* προβάτων ὀρχάτην, *ovium septum*: qo etiam *Orci* nominis rationem à Varrone datam refert Turnebus adverf. l. 20. c. 37. sed & ὄρχον esse βόθρον, εἰς ὃν ἐντίθεται τὸ φυτὸν, *foveam in qā depangitur planta ut pullulet*, tradit idem Theocr. Schol. atqe eâ ratione, ἀπὸ τοῦ ὀρχάτου distingvi, qi sit φυτῶν στίχος, sive ἐπίστιχος φυτεία, *arborū sive plantarū ordine certo depactarū series.* Verū idē hoc utroqe vocabulo designari docet Evstathius. Hesychio verò etiam ὄρχος, κῆπος. unde & Latinam *horti* vocem descendisse Scaligero visum est. ὄρχος, *hortus*, ut μόσχος, *mustus*. de qa voce Charisius *institut. Gram.* l. 1. Graccus & ortus *sine aspiratione dici debere Varro ait: sed consuetudo & Gracchos & hortos cum aspiratione usurpavit.* Dato igitur pro *mortuorum conditorio*, ὄρχον, à Menandro positum; & Latinorum *Orcum* inde deductum, aspiratam literam *c* poscere analogia videretur, etiamsi eam rarius admittant Latini. Verum de emendatione alterâ Grotius ut Scaligero assentiatur; at de priore cum Stobæo dissentit. apud hunc enim, & ex eodem Grotium, non ὄρχον, sed ὄγκον legitur. Menander Perinthiâ,

> Εἰς τὸν ἴσον ὄγκον, τῷ σφόδρ' ἔρχετ' εὐτελής.
> *In molem eandem cum summo vilis venit.*

Et est elegans ἀντανάκλασις in voce ista, qæ et corporis *molem* & *fastum* qoqe designat. ὄγκον certè codices Stobæani, qi soli credo Menandri reliqias istas nobis conservarunt, constanter præferunt. ut cum de vocabuli usu isto nihil certi habeamus, ab origine incerta petita Scripturæ ratio, incertos nos necessariò sit dimissura. Mihi in istis ampliandi licentiam datam velim, donec certius aliqid exhibitum fuerit. nec spreverim tamen avt Casavboni ἕρκος, avt Hesychii ὀρχάτην, qam & ἑρκτὴν dici monet, qum εἱρκτὴν pro orco usurpatam offendam, Petri ep. 1. c. 3. v. 19. Verum Orci favcibus erepti tandem ad *Lurconem*, Orcum alterum, transeamus. *Lurcho*, inqit ὁ πάνυ, *contra analogiam aspiratum fuit.* nam ut mucco à muccis, & bucco à buccis, ita lurco, à lura, *ob ingluviem. sed ratio significationis potior fuit, ob sonitum voratoris.* de etymo consentiunt Festus, Fr. Junius, alii pleriqe. Nonius à verbo nomen mavult. de aspiratione paria qui sentiat, neminem hactenus deprehendi. Restat vox tertia, qam & Cicero Serviusqe inter eas, recensent, qæ vulgò aspirabantur. De hac sic vir summus, *at qare* pulcher

aspiretur ratio declarat: fuit enim Græcum πολύχεις i.e. fortis: *igitur Romani, qi omnia ponerent in fortitudine, eum demum bonum & formosum putarunt, qi esset fortis,* eadem fere habet & *de subtil. exerc.* 300. S. 3. Verum in notationibus eruendis viro, licet alias incomparabili, minus feliciter cessit: in hac avtem à veritate qam longissimè recessit. Mitto qærere πολύχεις ubi pro *forti* unqam sit usurpatum: Luce meridianâ clarius est *Pulcri* nomen in solo ac sermone Latiali, non advenam, sed indigenam esse, uti est superius comprobatum. *Pulcher*, utiqe vox est eâ analogia efformata, qâ *volucer, alacer,* ἄσπαρις, *acer, acris,* ἄκρος, ἀκριβὴς, prout ἄγρος, *ager, acer, acernus,* ἄκαστος, *acer,* & *acus, aceris, aceratus,* ἄχυρον, in qibus aspirata litera nulla; licet novissima etiam à Græco aspirato descendat. Nulla itaqe ratio hactenus comparet, qare in *pulcer,* avt *pulcrum, c* litera aspirationem habeat adjectam; qum nec analogia id reqirat ulla, nec insvavior avt minus avribus gratus sonus in istis qam in tot eisdem analogis, qæ sunt superius recensita, citra aspirationem ullam prolatis deprehendatur.

Illud interim ex Cicerone constat, qod & Servius adfirmat, præter usum Romanum fuisse in suis consonæ ulli aspirationem subjicere. Proinde *incohare,* non *inchoare,* licet à χάος foret tractû, dicendum pertendebant Verrius Flaccus, qi Avgusti ævo vixerat & Tranqillus; qod ex Diomede discimus, operis Grammat. l. 1. Etiamsi avtem studio atqe exemplo lingvæ Atticæ, Gellius *l. 2. c. 2. Veteres* Latinos refert, *plerisqe vocibus verborum firmandis roborandisqe, ut sonus earum esset viridior vegetiorqe,* h *literam, sive spiritum magis, inserere:* Sic lachrymas, sepulchrum, &c. dixisse. At certè qi aspirationes ejusmodi, Græci ritus æmuli, apud Latinos usurpabant, deridiculo fuisse habitos, ex Catulli, qo in Arium qendam lusit, (extar adhuc) Epigrammatio, monet & Fabius ipse l. 1. c. 5. Et Latini ipsi in deductitiis X Græci (qod ח Hebræorum ferè sonabat, unde Νῶχος, Χάμ, πάσχα, pro נוח חם פסח) asperitatem nimiam haud sustinentes, vel tollebant prorsus, ut in ἀράχνη, *aranea,* ἔχθος, *odium,* ῥωχμὸς, *rima,* χλαῖνα, *lena,* vel leniebant saltem, nunc aspiratione simplici contenti, ut in χάω, χάσκω, *hio, hisco,* χελιδὼν, *hirundo,* χεὶς, *hir,* (unde Lucilio, citante de finib. l. 2. Tullio, *hir, siphon cui nil dempsit*) χεῖμα, *hiems,* ὀχῶ, *veho,* aliisqe qæ supra exhibuimus; nunc tenuem aliqam substituentes, vel eam, cujus vim inclusam jam habebat, unde ἡ χοὴ, Doricè ἁ χοὰ, *aqa,* ἀχυρὸν, *acus, aceris,* ἀχλὺς, *caligo,* αὐχμώω, *muceo,* λόγχη, *lancea,* λόχος, *locus,* μασχάλη, *axilla,* σπλάχνς, *siccus,* σχίζω, σχίσδω, Doricè, *scido, scindo,* ὄρχη, *orca, urceus,* χάω, Æolicè χάFω

χάϜω, *vaco*, χάϜ⊙, Æol. χάϜ⊙, *cavus*, ut οἶς, *ovis*, ὤον, ovum; vel aliam qamlibet, qæ insvavius nihil sonaret; modò *g* affinem, eamqe vel solam, ut in ἄγχω, *ango*, ἄχνυμαι, *angor*, λόγχη, *longus*, *longurio*, χαλβάνη, *galbanum*, χάρις, χάριτα, *gratia*, βλήχων, *pulegium*, vel *v* subjectâ, qo plenius sonaret, unde ἔχω, *qeo*, ἔχις, *angvis*, ἔγχελυ, *angvilla*, ὄνυξ, ὄνυχος, *ungvis*, *ungula*, modo *v* solitariam, unde βραχὺς, *brevis*, μαλάχη, *malva*, modo *f* ut in χεῖν⊙, *funis* & *finis*, χέω, χύζω, χύσθω, Dor. χύτις, *fudo*, *fundo*, *futo*, unde *confuto*, *refuto*, (Titinnius apud Nonium, *coqus magnum ahenum, quando fervit, pauxillâ confutat truâ*) & *futilis*, χολὴ, *fel*, χλό⊙, *flos*, χλώεις, *Flora*, (*Chloris eram, qæ Flora vocor*, Naso *Fast. l. 5.*) modo *j*, unde ὀμιχέω, *mejo*, (*mejere vis iterum?* Martial. l. 3. ep. 78.) βλήχων, *pulejum*, Ciceroni, qod *pulegium*, Plinio, χοῖν⊙, *juncus*; qandoqe, sed rarius, etiam *s*; unde ἔγχ⊙, *ensis*; & *t*; unde μόχον, *mustum*. et hac qidem aliqando etiam aspiratâ, sed qæ mitius tamen qam illa altera spiraret; unde Καρχηδὼν, *Carthago*; qod priscis tamen (Cicerone ipso id testante) *Cartago*, dicebatur.

Qin nec illud præteriri debuit, literam *l*, qæ ἡδύνειν τὴν ἀκοὴν, esseqe *semivocalium omnium svavissima*, Halicarnassensi censetur, Latinos in mutuatitiis, freqenter admodum substituere; nunc loco τοῦ γ, in σιγάω, *sileo*; nunc τοῦ δ, in δαὴρ, Æolicè δαϜὴρ, *levir*, δάκρυμα, *lacruma*, Ὀδυσσεὺς, *Ulisses*, Πολυδεύκης, *Pollux*, qasi *Poldux*; nunc τοῦ ζ, in ἄζω, *halo*, βιάζω, *violo*, ὄζω, ὀδωδὴ, *oleo*, *odor*: nunc τοῦ κ, in κόνις, *lens*, *lendis*; nunc τοῦ μ, in δόκιμ⊙, *docilis*, ξυρήσιμ⊙, *rasilis*, μόρσιμ⊙, *mortalis*, nam μόρ⊙, *mors*, ut μῆν⊙, *mens*; τοῦ ν, verò creberrimè, in ἀμείνων, *melior*, νύμφη, *lympha*, unde νυμφόληπτ⊙, *lymphaticus*, κώνωψ, *culex*, σκύνιον, *cilium*, unde ἐπισκύνιον, *supercilium*, πνεύμων, πλεύμων, *pulmo*, ἴον, *viola*, τειχίον, *trichila*: sed nec τοῦ ρ, minùs crebro, ut in κιῤῥὸς, *gilvus*, λείριον, *lilium*, κρίβαν⊙, *clibanus*, φᾶρ⊙, *pallium*, ἔρις, *lis*, γαργαρεὼν, *gurgulio*, φύρω, *fullo*, βρύζω, βρύζω, *bullio*, ἀστὴρ, ἀστέρα, *stella*, σπινθὴρ, σπινθῆρες, *scintilla*. In diminutis verò nulla istâ apud illos frequentior occurrit. Sic enim eis *culter*, *cultrum*, *cultellus*, *cultellum*, *flagrum*, *flagellum*, *scalprum*, *scalpellum*, *scamnum*, *scabellum*, *offa*, *ofella*, *mamma*, *mamilla*, *equs*, *equlus*, & *equleus*, *hinnus*, *hinnulus*, & *hinnuleus*, *parvus*, *parvulus*, *puer*, *puera*, *puerulus*, *puerula*, *puellus*, *puella*, *pulcer*, *pulcellus*, *miser misellus*, *niger*, *nigellus*, *pulex*, *pulicellus*, *cuneus*, *cuniculus*, *culeus*, *culullus*, *cutis*, *cuticula*, *fidis*, *fidicula*, *vinum*, *villum*, *unus*, *ullus*, & alia ἀναρίθμητα. qum Græci ad formam eam exprimendam literâ caninâ illa omnium asperimâ plurimum abutantur. inde enim illis παιδάριον, ὠάριον, ὀψάριον, οἰνάριον, λογάριον, κοσμάριον, χιτω-

νάριον, ψυχάριον, aliaqe ὀνόματος ejusdem, qæ nec recenseri qeant. at horum qorundam, (neqe enim universa diminuunt) præter superius recensita, *asellum*, *verbulum*, *dictiunculam*, *tuniculam*, *animulam* dicunt Latini. Istis proinde universis æqa lance perpensis, non tam facile patietur δεινότερός τις linguæ Latinæ ὑπερασπιστὴς, svavitatis prærogativam ei linguæ præreptam, ad dictionem Græcam delatum iri. sed nec Gallus forsitan qispiam, qorum linguâ nulla, opinor, confragosas illas consonantium commissiones collisiones qe religiosius devitat, svavitatis palmam, si cum suâ simul in arenam descenderit, Græcæ concedere ἀκονιτὶ sustinuerit.

Atqe ista qidem vocum ipsarum sonum ac tinnitum(ut ita dixerim) merum spectant: in qo non sine certamine sanè justo, difficiliqe eo, in qo sudet satis, illud concessum iri sibi, Pfochenius sperare potuit, avt debuit; qod pro concesso tamen sumpsit. Cæterum dictionis sensum mentemqe (qod animæ spiritusqe ei vicem habet) si examini subjecerimus, longè à Pfochenio hîc abibunt viri summi, lingvarum qe peritissimi. Siqidem primò de Hebraica pronunciat V. Cl. Fr. Junius, esse *omnium lingvarum principem*, *omniumqe jucundissimam*. Tum Tho. Erpenius, esse *eandem doctorum unanimi consensu*, *omnibus svavitatis & majestatis numeris absolutissimam*. Qin & Arabicam idem cum Græcâ pariter ac Latinâ hoc ipso nomine committit; nec dubitat, qi *præjudicio seposito si institnatur examen, pro Arabicâ statuendum fore; & tum Græcorum χάριτας, cum Arabum collatas*, ἀχάριτας, *tum & ingratas Latinorum gratias, haud rarò deprehensum iri*. qod & de Hebraicâ Junius Erpenio prior censuerat: qam cum eisdem illis componens ipse; *loquendi formulas*, inqit, *& phrases huic lingvæ peculiares, qi æqâ judicii lance examinabit, frigidæ illi, insulsæ, atqe inelegantes Græcorum & Latinorum, etiam nobilissimæ videbuntur elegantiæ*. Verum istud illi viderunt; nec is ego sum, qi præstandi onus avsim in me suscipere, qicqid hac in parte heroes illi pronunciaverint. Nec tam barbara avt impolita mihi videtur ulla lingva, qin elegantias sibi peculiares habere possit, qæ aliâ etiam politiore ac comtiore haud satis commode explicentur. De istis autem qomodocumqe se res habuerit, duram certè difficilemqe nimis provinciam sibi imposuit Pfochenius, cum *lingvarum omnium*, (qarum haud pavcarum mecum pariter ignarum credo) *Græcam svavissimam esse*, probandi, necessitatem ratione hac interdixit ipse sibi.

Tum

Tum *svavitatis* nomine *Deum lingvam Græcam delegisse, qâ lætum illud salutis æternæ nuncium mundo voluerit propalatum,* nulla prorsus ratione tam fidenter statuitur. Et aliô planè contendit ex Cicerone *pro Archiâ* subjunctum testimonium; qod non *svavissimam,* sed tunc temporis *receptissimam* fuisse probat; ut si alia, qæ minùs illâ svavis extiterat, Evangelii primitùs promulgandi tempore paritèr obtinuisset, hanc potiùs ei muneri Deus fuerit assignaturus, & emolumenti publici magis qam oblectamenti, habiturus rationem. Qod eo magis credere par est; qia Apostolus ipse palam profitetur, ὐκ ἐν πειθοῖς λόγοις, i. πιθανοῖς, (si sincera ea vox) sive ἐν πειθοῖ λόγων, (ut ex Evsebio in *præparationis Evangelicæ* initio Beza) Evangelium se prædicasse; nec *svadæ medullam* illam, avt florem Atticum sectatum; qi Evangelicæ prædicationis vel vim masculam enervare posset, vel ejusdem existimationem imminutum ire videretur; cum dictionis svavitate potiùs allecti mortales, qam spiritus sancti virtute præpotente ad fidem Christianam suscipiendam attracti fuisse censerentur.

CAPUT. III.

Græci sermonis ubertas. Ciceronis judicium ab affectu profectum videri. Hebraicæ paupertatem perperam concludi, à radicum numero; à variis vocis ejusdem significatis, avt adversis etiam. Esajas c.59. v.15. explicatus. יחר *seorsim.* צוה *interdicere.* Μίλι, *acetum.* γλυκεῖα, *fel.* καλλίας, *simia.* φαῦλος, *&* εὐήθης, *quam disparata designent. Esaj. c. 59. v. 9. explicatur.* Ubertatem *à Synonymorum quorundam varietate minus certò colligi. Visus, Leonis, avri appellationes complures Hebræis. Nulla non lingva in nonnullis aliâ qavis locupletior. Nostra in qibusdam Latinâ & Græcâ.* Panem pinsere, *vix Latinum. Cælius Curio notatus. Diomedes emaculatus. Pomponius restitutus. Erasmi dictio castigata. Scaligeri elogium, intēperies, locutio minus propria.* Panis *pro frumēto,* Frumētum *pro pane.* ἄρτος 1 Cor.10.17. *qo modo reddendus. Iovis nomina*

mina Græca frustrâ in hoc argumento à Psochenio adducta. Dei itidem Hebraica ab aliis. Sabaoth *non est nomen Dei.* יהוה *appellativum etiam. Deut.6.4.* אחד *non est nomen Dei. Wemesius & Reuchlinus notati* Unus *per* Solo. *Iob* 31. 15. *& Zech.* 14.9. *Nec* פחד *Gen.* 31. 42. 53. *expenditur. Nec* אף הדא *4 Reg.* 2.14. *Nec* הוא *Esai.* 42.8. *&c. Pro-vocabulum per verbo substantivo usurpatum. Nec* שם *Lev.* 24. 11. *nec* שכינה *Exod.* 29. 45. *nec* פלאי *Iudg.* 13. 15. *Nec* Hu Peloni Almoni. *nec* Palmoni. *Dan.*8.13. *De Dei nominibus absconditis exercitatoris figmentum. Capnionis item de uno qandeqe futuro.*

TErtiò, de *sermonis Græci ubertate* nolo ἀμφισβητεῖν, &. ἐρίζειν multo minùs: mihi omnium, qæ apud nos in usu sunt, (de ignotis enim qis sanus qicqam statuerit?) lingvarum uberrima ac copiosissima videtur. Ægréqe inducor, ut Ciceroni subscribam sic pronuncianti de suâ, *lib. de Fin.* I. *Ita sentio, & sæpe disserui, Latinam lingvam, non modo non inopem, sed locupletiorem etiam esse, qam Græcam.* Et de eodem argumento l. 3. *Sæpe diximus, & qidem cum aliqâ qerelâ, non Græcorum modò, sed etiam eorum, qi se Græcos magis qam nostros haberi volunt, nos non modò non vinci à Græcis verborum copiâ, sed esse in eâ etiam superiores.* Nam qod *Tuscul. l*,2. in contrariam mentem protulisse videtur; *Hæc duo* (*laborem* utiqe & *dolorem*) *Græci illi, qorum copiosior est lingva qam nostra, uno nomine appellant*; ironice potuit dictum esse. Affectus forsan homini Latino imposuerit. M. Fronto, homo Latinus & ipse, Gellio Noct. Attic. l. 2. c. 26. referente, *Non inficias*, inqit, *imus, qin lingva Græca prolixior fusiorqe sit, qam nostra.* Nec vero accedo facilis Cl. V. Thomæ Erpenio fidenter affirmanti, *Inopem fore lingvam Græcam, si cum Arabicâ conferatur.*

De Hebræâ, cujus tam pavca extant, qis certi qicqam definierit? Hinc illæ tam adversâ fronte in se invicem arietantes de hâc lingvâ sententiæ; de qibus videri poterunt Petrus Lizetus in *Dialog. de Sacr. lib. in vulg. eloq. non vertend.* & Dan. Chamierus *de Canon. Version.* l. 11. c. 2. S. 9. Alii enim hanc lingvam, verborum qidem inopem

inopem valdè, ſed ſenſibus copem admodum uberemqe exiſtere, contendunt. Id eo argumento evinci volunt; qod radices in hâc lingvâ numero ſatis exili, prout rem ipſi ſupputant, comprehendantur. tum qod vocabulum unum, ſive radix una, ſignificationes ſæpenumero plures obtineat. Verum iſta planè nec navci ſunt. Radicum enim numerum qod attinet; dato lingvæ cujuſpiam, Græcæ puta vel Latinæ, tantundem duntaxat extare, partim hiſtoricè, partim didacticè ſcriptum, qantum è lingvâ Hebraicâ purâ jam ſupereſt; ſatis probabile eſt, thematum, ſive radicum, cenſum haud valdè diſparem utrobiqe iri deprehenſum. Imò, ne longiùs abeamus, inſtituatur collatio inter veteris inſtrumenti verſionem Græcam, aut Latinam certam aliqam, ejuſdemqe contextum Hebraicum, thematumqe primitivorum utrobiqe numerus ineatur; haud multo radicum Hebraicarum, ſi hanc ſuperet ſaltem, ſuperaturam vel Græcorum vel Latinorum ſummam exiſtimem. certè haud multum intra numerum bis millenarium ſubſiſtunt themata Hebraica, vel prima, vel qorum natales primi in occulto deliteſcunt prorſus, ut pro primis haberi debeant.

De ſignificatu verò, qod ſubjicitur, multiplici; cuinam lingvæ non eſt iſtud cum Hebraicâ commune? Græca vis? qam varia ſignificant iſta, è multis pavca? ἄγω, *ago, eo, habeo, duco, traho, veho, adduco, abduco, educo, impello, rapio, æſtimo, rego, inſtituo, pendo, frango.* βάω *loqor, incedo, abeo, ineo, conſcendo, impono, conſiſto.* ἅπτω & ἅπτομαι *necto, accendo, incendo, tango, tento, aggredior, guſto, eſito.* ἄρχω, *incipio, impero.* ἡγοῦμαι, *exiſtimo, ducatum præbeo.* qod utrumqe & *duco* Latinis. ἵστημι, *ſtatuo, erigo, conſtituo, inſtituo, ſiſto, appendo.* καρπὸς *fructus, ſemen, emolumentum, corporis pars, manus utiqe cum cubito commiſſura.* φοῖνιξ, *Pœnus, rubidus, palma, inſtrumenti muſici, medicamenti genus.* è Latinis havd pavciora adducere liceret; & ex aliis itidem lingvis; ſi vel opus id, vel operæ pretium eſſet.

At contraria etiam idem vocabulum qandoqe deſignat. ברכ & *benedicere & execrari.* סכל & *prudentem & ſtultem eſſe.* יחד *ſimul*; qod paſſim occurrit; & יחד *ſeorſim*; qod pavcis animadverſum; Eſdr. c. 4. v. 3. & Job c. 34. v. 29. Concedo pavca qædam iſtiuſmodi deprehendi. qanqam horum qod primo poſitum eſt loco, τὸ εὐφημισμὸν in ſignificatu altero uſurpari videtur; qo modo εὐμενίδες *Furiæ* Græcis dicuntur, & ἡ λαιὰ *læva* εὐώνυμος eiſdem nuncupatur. Et Attici, teſte, apud Photium *cod.* 279. Helladio, *Chreſtimath.* l. 4. *acetum*

μέλι

μέλι *mel* vocant, cum ſit à mellis ſapore maximè alienum; et *fel* ſive *bilem*, γλυκεῖαν *dulcem*, cum ſit amariſſimum: et *ſimiam* καλλίαν, qaſi *pulcram*, cum ſit turpiſſima; ut ex Dinarcho Svidas docet. Sed & idem iſtud in lingvis nihilo minus aliis offenditur, ἀγάζομαι & *ſuſpicio* ſignificat, & *ſuccenſeo*; & *cum veneratione colo*, & *invideo*; & *admiror*, & *indignor*. ἄγος & *ſacrum* & *ſcelus*. ſicut & Latinis, *Avri ſacra fames*. Oſtendit itidem Plutarchus *de poetis legendis, reg.* 7. ex Homero; Verbum ἀλύειν ſignificare nunc δάκνεσθαι καὶ ἀπορεῖσθαι, *angi & perplexum eſſe*; nunc γαυριᾶν καὶ χαίρειν, *exultare & gaudere*: Ex Evripide & Sophocle, verbum θοάζειν, modo κινεῖσθαι *moveri*, & *concitari*, modo καθίζεσθαι καὶ θαάσσειν: *conſidere* & *quieſcere*. τὸ φαῦλον obſervat Euſtathius *ad IL* ω nunc κακὸν ſignificare, unde φαῦλοι σύμμαχοι Demoſtheni; nunc ἀγαθὸν (ſive ut Heſychius, καλὸν) unde φαῦλος Hercules Evripidi: nunc ἐπὶ μεγέθους, de *magnitudine*, unde φαῦλον στόμα, *os patulum*; nunc ἐπὶ σμικρότητος, de *parvitate* uſurpari, unde φαύλη ἐλαία, *oliva exigua*; nunc ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ καὶ μετρίου pro *ſimplici* ac *mediocri* ſumi; qo modo & Platonem uſurpaſſe avtor eſt Laertius. Sed & τὸ εὔηθες monet Thucydidis Scholiaſtes, ἀντὶ τοῦ ἁπλοῦ καὶ ἀπονήρου, ἐπὶ καλοῦ, pro *ſimplici, candido*, ac *malitia atqe improbitatis omnis experte*, *in bonam partem* ſumi; in Thucydidis illis *L*. 3. Καὶ τὸ εὔηθες, οὗ τὸ γενναῖον πλεῖστον μετέχει, καταγελασθὲν ἠφανίσθη· τὸ δὲ ἀντιτετάχθαι ἀλλήλοις τῇ γνώμῃ ἀπίστως, ἐπὶ πολὺ διήνεγκεν. hoc eſt qod Eſajas c. 59. v. 15. *veritas ſublata eſt, & qi à malo abſtinet*, משתולל *facit ut pro mente capto habeatur, deridendum ſe propinet*, (ut poſt Abrahamum & Solomonem Junius; qod Thucydides καταγελασθὲν) vel *ſpoliandum ſe præbet, in prædam ſemet exponit*, ut poſt Chaldæum interpretem Piſcator, qod Thucydides ἠφανίσθη. & Salvian, *de provident. Divin. l.* 5. *In hoc ſcelus res devoluta eſt, ut niſi qis malus fuerit, ſalvus eſſe non poſſit*; qum tamen τὸ εὔηθες uſitatiſſimè pro *ſtulto* ac *fatuo* ſumi conſveverit. Galenus, *in comment.* 3. *ad Hippocr. prognoſt. S.* 7. Εὐήθεις ἄνθρωποι, λέγονται μὲν καὶ οἱ κακοήθεις ἐν ὑποκρίσει τινὶ, καθάπερ ὁ πίθηκος καλλίας. λέγονται δὲ καὶ οἱ ἐπαινετὸν ἔχοντες τὸ ἦθος. ἀλλὰ τοῦ μὲν προτέρου παμπόλλη χρῆσίς ἐστι παρὰ τοῖς Ἕλλησι. τοῦ δὲ δευτέρου σπανιωτέρα. περιδύσαι, nunc *induere*, nunc contra & *exuere*, ſignificat: qod ex Hyperide Pollux *L*. 7. *c*. 12. ex Avtore innominato Svidas, obſervarunt. στέγω præterqam, qod *tegere*, unde στέγος *tectum*; & *ſuſtinere* unde πάντα στέγει charitas dicitur. Corinth. ep. 1. *c*. 13. *v*. 7. nunc *continere* ſignificat, **to keepe in**; unde στεγανὸν *ſtagnum*,

ſtagnum, qod *aqam continet* ne effluat; nunc *arcere*, **to keepe out**, unde calceus vel ocrea ὑδὼρ στέγειν, *aqam arcere* dicitur ne influat. Latinis pariter, *interdico*, nunc *præcipiendi*, nunc *probibendi* ſignificationem habet. ſicut, & צוה ſive צוה Hebræis. Devter. c.2.v.37. & Eſaj. c.5.v. 6. Cicero *pro Cæcinâ*; *Prætor interdixit, ut unde dejectus eſſet, eo reſtitueretur.* et inde Plavto *Aſinar.* 3. 1. *interdicta* pro mandatis:

Neqeon' ego te interdictis facere manſvetam meis?

Elevo nunc *minuendi* & *deprimendi*. Cicero, *de orat.* l.2 *Qod frangit adverſarium, qod impedit, qod elevat.* nunc *magnifaciendi* & *extollendi. Perſius* ſat. 1. ——— *non ſiqid turbida Roma*

Elevet. ——— i. *altum faciat lavdando.* Schol. vet. qæ Cornuto tribuuntur. Et in proprio ſignificatu, Plavtus alicubi;

Capedum lapidem hunc, atq; eleva. Conficio, nunc *conſummare*, nunc *conſumere*, nunc ad exitum perducere atqe perficere, nunc exitio atqe internecioni dare ſignificat. *Infractum* animum pro *invicto* & *erecto* dicimus: at Cicero pro *fracto*, ſive *valde fracto* uſurpavit. Orat. *poſt redit. Non modò non infracto animo erat, ſed etiam confirmato, & renovato. Incoctum*, pro *non cocto, crudo, immaturo.* Plavt. *Milit.* 2. 2.

Qicqid eſt, incoctum non expromit; benè coctum dabit.

Et *incoctum* conſilium, qod *immaturum* Svetan. l.2.c.8. at *incoctum, benè, probè excoctum* Perſio ſat. 2.

——— *incoctum generoſo pectus honeſto.*

qo modo Maroni *Georg.* l. 3.

——— *Tyrios incocta rubores*

Vellera. ——— Tamqe Perſio eidem, *ſat.* 1. *ſacer locus*, pro *ſacroſancto* & non temerando; qam Maroni *Æn.* l. 3. *ſacra fames*, pro *ſceleſta* & execrabili, dicitur. Qin & in Anglicâ noſtrâ, **to let**, & *permittere*, & *impedire*; **to cleave**, & *fatiſcere*, & *cohærere* denotat, **overſight**, tam ἐπισκοπεῖν, ſive *curam ſedulam*, qam & παρόραμα, ſive *neglectum ſupinum* deſignat. Nihil ergò iſtinc emergit, qod lingvæ ſanctæ inopiam pauperiemve evincat..

Cæterum ex adverſâ parte, alii lingvam hanc uberrimam & locupletiſſimam eſſe contendunt: qum tot in eâ vocabula deprehendantur, qæ rem unam eandemqe ferè ſignificent. Inſtant nonnulli in verbis illis, qæ *videndi*, ſive *aſpiciendi* ſignificatum obtinent. ראה un- Græcis ὁράω, חזה, פנה, שקף, נבט, שגח, שור, שזף, שעה, שבר.

Habes

Habes 10 vocabula idem ferè designantia. Septem apud Hebræos *auri* vocabula sunt, inqit Hieronymus *ad Principiam de Hymno* 45. ea sic enumerat Drusius, *observ.* l. 4. c. 15. 1. זהב 2. פז sive אופז 3. חרוץ 4. כתם 5. אופיר 6. בצר 7. סגור primum & secundum habetur Jobi c. 28. v. 17. qartũ ibidẽ v. 16. septimũ ibidẽ v. 15. qintũ & sextũ ibidẽ c. 22. v. 24. tertiũ Paræm. c. 8. v. 10. Qanqam פז sive אופז regionis nomen esse; (qo modo & אופיר Annal. l. 2. c. 8. v. 18. & c. 9. v. 10.) כתם lapillum sive gemmam designare, Salmasio ad Solinum probetur magis. Qin & *Leonis* nomina septem observant; qibus & ætates distingvi volunt. 1. גור σκυμνός, *catulus*. Genes. c. 49. v. 9. 2. כפיר λεοντίσκος, *leunculus*; ut *leno lenonculus*. Drus. Ezek. c. 19. v. 2, 3. 3. ארי & אריה *leo adultus*, à ראה ab oculorum fulgore Lejfild. ut λέων à λάω *video*; qia leo est ὀξυδερκέστατος. Jun. analogia eadem, qâ ארבה *locusta* a רבה Livel. alii ab ארה *discerpere*; qi prædari jam ceperit. Brughton: vel a ירא qod *qicunqe eum viderit, timore corripitur*. Schindler. Esai c. 11. v. 7. & c. 38. v. 13. 4. לביא à לב *leo cordatus*, & *animosus*. qia ferarum animosissima hæc. Hist Reg. l. 2. c. 17. v. 10. Drus. Numb. c. 23. v. 24. 5. ליש λίς, *leo annosus, veteranus*, Paræm. c. 30. v. 30. 6. שחל *leo immanis*. Job. c. 28. v. 8. 7. שחץ *leo superbus, fastuosus incessu*. Ibid. horum pars magna simul congesta reperitur. Jobi. c. 4. v. 10, 11. & c. 28 v. 8. item Nahum c. 2. v. 11, 12. vide Drus. observ. l. 10. c. 4, 5. Camius sic distingvit. אריה est commune, ut *homo*; גור ut *infans*; כפיר ut *juvenis*; לבי ut *vir mas*; ליש *vir adultus*, ætatis perfectæ. Opulenta satis proculdubio lingva hæc. verum nulla est lingva adeò inops & egena, qin in particularibus qibusdam, etiam alioqi se locupletiorem, non provocare tantùm, sed & superare possit. Lingva nostra, qantumvis pavpercula compluribus habeatur; at in nonnullis etiam luxuriari videtur, nec cum Latinâ solummodo, sed & cum Græcâ liberè fidenterqe satis in certamen posse descendere. Ex. gr. In eduliorum qorundam apparandi ratione variâ ac multiplici designandâ, qanta nobis sermonis ubertas, ubi penuriâ insigni dictio Latia laborat? qam enim ampla nostris vocabulorum seges, cum dicimus, **seeth broth, stewe prunes, poch egs, coddel apples, bake bread**: qæ omnia per varietatis parilis inopiam, communi ac generali unâ *coqendi* voculâ Latini exprimere coguntur; qum & *juscula*, & *pruna*, & *ova*, & *poma*, & *panes* qoqe *coqere* dicunt. Errant enim, qi *panem pinsere* Latinum esse putant. In his est Cœlius Curio, grandis illius, qo Rob. Ste-

phani

phani labores invasit, *Thesavri Latini*, sive *Fori Romani*, compilator, qi *Pinsere*, etiam pro *panem facere* sumi tradit. adducto Pomponii Comici vetusti testimonio, qi dixerit,

Neq; molis molui, neqe palmis pinsui.

Verum in codices ille depravatos incidit, qibus in fravdem est inductus. Et qidem apud Diomedem *l.* 2. editionis Badianæ sic legitur. at apud Priscianum *l.* 10. ex Probo vera comparet lectio,

Neqe molis molui, neqe (*neve*, Vossius, qo senarius constet) *pilis pinsui.*

Palmis sive manibus, sed et pedibus qandoqe, plantisqe, massa ea (qam nos pastam dicimus, Latini peculiariter qo exprimant, vix reperiunt) subigitur, panesqe efformantur; *pilis*, sive pistillis farra frumentave pinsuntur. à pinsendo *pistillum* & inde *pilum*, ut *qassillus*, *qalus*, *paxillus palus*, *vexillum velum*. Proinde nec dictionis puritati consuluit satis magnus ille Desiderius, qum Diogenis ex Athenæi *l.* 3. de *placentâ* illud, ἄρτον esse καλῶς πεπεσμένον, *panem bene pistum* vertit. melius Dalechampius, *scitè*; Casavbonus, *probe*; *confectum*, uterqe, reddit. sed nec *pinsere*, avt *conficere*, avt *coqere denotat*; neither to make, nor to bake. *Pisere* siqidem, sive *pinsere*, est Græcorum πτίσσειν, In pistrino avtem pinsuntur farra, uti prodeat farina, unde panes confiant, in furno, qo sint esui, demum coqendi, Qin nec ad sermonis proprietatem astrinxit se Desiderio magno vir major ille, & patre etiam summo in nonnullis longe superior, cum in *prolegomenis ad Canones Isagogicos*, (in qibus adversus Theologos qosdam tam eruditione qam & pietate verendos, sub *Catharorum ac Prophetarum*, nominibus, per animi inpotentiam, calamum strinxit acerbius) dum de *mundi Natalibus* disserit, eos qi ad *Æqinoctium Vernum* referunt; refellendo, αὐτόχθονα aliqem alium eis fingendum ait, *qi Adamo panem pinseret, depseret, coqeret*. coquntur siqidem panes; at nec pinsuntur, nec depsuntur etiam. molitur pinsiturve granum ipsum, qodcunqe fuerit; subigitur depsiturve farina aqâ liqoreve qovis macerata. panibus, qi nondum sunt, nevtrum hoc competit. nisi si metonymicè, *panis* nomine frumentum, pani conficiendo natum aptum destinatumqe, intelligi placuerit. sic enim in sacris, *panis* qandoqe pro frumento usurpatur, Gen. c. 47. v. 15, 16. Hymn. 104. v. 15. Eccl. c. 11. v. 1. & Esajæ c. 28. v. 28. sicut & vice versâ, *triticum*, sive *frumentum* pro pane, Thren. c. 2. v. 12. & Zach. c. 9. v. 17. Sed hæc obiter, & qasi in transcursu sint animadversa. Græci ipsi pariter

& κρέα ὀπτᾶν, & ἰχθῦς ὀπτᾶν, & ἄρτυς ὀπτᾶν, unde ἀρτόπτης nomen ; promiscùe dicunt, at nos distinctius, nec sine varietate qadam idoneâ venustâqe, **rost flesh, broyl fish, bake bread.** Itaqe qod Diocles helluo ille apud Athenæum *l.*8. percontanti, gonger uter an lupus, piscis esset præstantior, respondit, Ὁ μὲν ἑφθὸς, ὁ δ᾽ ὀπτός. nostri commodissimè, nec eleganter minus qam Græcus ille, sic efferrent, **the one boyled, the other broyled. rosted**, enim omninò non diceremus. Deniqe (plura ne adjiciam) tam panis substantiam in genere, qam & massas singulas inde confectas & efformatas, Græci pariter ac Latini comuni ἄρτου *panisqe* appellatione comprehendunt. inde Luc. c. 11. v. 5. τρεῖς ἄρτοι, *tres panes.* qod nobis αὐτολεξεὶ esset, **three breads.** & Cor. ep. 1. c. 10. v. 17. εἷς ἄρτος. *unus panis.* qod vulgò vertunt paniter, **one bread.** verum nos distinctius elegantiusqe, **bread** illam, has **loaves,** dicimus. itaqe rectè reddunt apud Evangelistam, **three loaves**: rectiusqe apud Apostolum redderent, **one loafe.** de qo alibi disseruimus. Proinde ineptum planè fuerit, ex vocularum pavcarum qarundam copiâ avt inopiâ de lingvæ cujusqam totius ratione velle statuere. perinde enim is foret, ac si qis ex fundi uinus & alterius vel feracitate vel sterilitate, de regionis integræ alicujus conditione pronunciaret. atqi apud nos in provinciis eis etiam qæ sterilitatis nomine notantur, soli pingvioris laciniæ qandoqe occurrunt, qæ nec feracissimarum qæ habentur, parti ulli assurgant. unde de agro, in qo dego Surrejensi dicterium vulgare, 7 *unicam esse eam e panno hirto confectam, sed qa limba serico prætexta sit.* Et in lingvâ qavis, egentissimâ etiam, offendi poterunt qæ affluentiæ insignioris specimina exhibeant non contemnenda.

De Dei interim nominibus, qod utrinqe objicitur. nec ad rem ipsam satis facit, qod à Pfochenio de Ζεὺς, Δεὺς, Δὶς, Δὴν, Δὰν, Ζῆν, Ζὰν, Ζὴς, Ζὰς; adducitur; cum hæc pleraqe sint avt dialecti varii, avt efformationis meræ variationes. nec magis pro diversis, qæ lingvæ fæcunditatem indicent, vocabulis habenda, qam συρίζω, & συρίσδω, συρίσσω & συρίττω Græcis; *volucer* & *volucris* Latinis; **a stone, & steane & stane** nostris, qod pro variis regionibus variè profertur. nec verò sunt reverâ Dei nomina Hebræis ea omnia, qæ ex parte alterâ à multis, qo Hebraicis dictionis copiosæ existimationem concilient, recenseri consveverunt.

Hieronymus, *ad Marcellam de Dei nominibus, decem*, ait, esse *nomina, qibus Deus apud Hebræos nominetur.* qem numerum ut conficiat

ficiat אלה & אלהים qæ nullâ re aliâ distant, nisi qod alterum formam singularem habet, alterum pluralem, pro duobus Dei nominibus diversis posuit. poterat eâdem ratione *undecim* facere, si ארני & ארנים (nam & hoc de Deo usurpatur. Malac. c. 1. v. 6.) pro duobus posuisset. Sed plura multo recenset Revchlinus, an Capnio avdire magis præ optet, *de verbo mirifico.* lib. 2. qibus & alia insuper nonnulla, qi adjiciant, non desunt.

Primo loco τὸ צבאות posuit, qi Hieronymi nomine *in Psalmum* 146. scripsit, eidemqe in Dei nominibus locum dare Hieronymus etiam ipse sustinuit. qin & hoc inde confirmatum volunt, qod in Novo Testamento vocabulum hoc ipsum retentum sit ab Apostolis; Pavlo, Rom. c.9.v.29. & Jacobo. c.5.v.4. verum & ficulneum plane est argumentum istud. cum alia ab eis retenta fuerint, qæ tamen Dei nomina neqaqam sint, ut *Amen*, *Abba*, *Talitha*, *Tabitha*, *Hallelujah*, et *Sabaoth* Dei nomen, non esse patet. 1. qia creaturas ipsas designat, *exercituum* nomine ideò appellatas, qia militiæ divinæ destinatæ sunt, ad imperatoris supremi nutum, ubi is voluerit, operam exhibituræ, vel ad hostium offensam, vel ad suorum tutelam. docet Moses, qi creaturam universam, sive mundi totius *structuram* & *instructuram* hoc nomine insignivit. Genes. c.2. v.1. 2. qia Deus freqentissimè אלהי צבאות *Deus Sebaoth* dicitur; ut Sebaoth à priori vocabulo, qod Dei nomen est, regatur. Histor. Reg. l.3 c.19. v. 10. 14. nec obstat, qod aliqoties אלהים צבאות legitur; ut Hymn. 80. v.4:19. integrum enim pro contracto nonnunqam usurpatur.. sic אלהים אמת Jer. c.10.v.10. *Jova Deus veritatis est.* i. *Deus verus.* nec aliter capiendum יהוה צבאות qo modo & interpretes omnes ferè tam Græci, qam Latini, cepere, qi vertunt κύριος δυνάμεων, & *Dominus exercituum.* Nec est opus, ut cum Piscatore אלהי istic supplendum censeamus. unde etiam comprobari potest, tam vocem Jova, qam & *Elohim*, non tanqam proprium tantùm, sed tanqam appellativum qoqe usurpari. qo modo *Adam* & proprium est protoplasti nomen, & hominis etiam, sive generis humani, communæ. atqe ita Devteronem. c. 6. v. 4. (de qo loco amplius infra videbitur) secundo loco sumi videtur, ubi dicitur; *Jova Deus noster, est unus Jova, i. solus verus Deus.* Optimè Epiphanius *heres.* 26. de Gnosticis agens; Τὸ ὄνομα τοῦ Σαβαωθ ἄρχοντά τινα εἶναι νομίζουσιν. οὐκ εἰδότες ὅτι ὅπου λέγει, Τάδε λέγει Κύριος Σαβαώθ, οὐκ ὄνομά τινος εἶπεν, ἀλλ' ὄνομα δοξολογίας τῆς θεότητος. [Κύριος] Σαβαὼθ γὰρ ἑρμηνεύεται ἀπὸ τῆς ἑβραϊκῆς διαλέκτου,

λεκτῳ; Κύριος τῶν δυνάμεων. ὅπου γὰρ ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ τὸ Σαβαὼθ ὄνομά ἐστι γεγραμμένον δύναμιν ἀποφαίνει. ὅθεν ὁ Ἀκύλας πανταχοῦ τὸ Ἀδωναὶ Σαβαὼθ ἑρμηνεύει, λέγων, Κύριος στρατιῶν. *Sabaoth qendam principium esse existimant eo nomine insignitum. nescii utiqe ubi dicitur, Hæc dicit* Dominus Sabaoth, *non nomen cujusqam dici, sed qod ad nominis divini celebrationem pertineat. Dominus enim* Sabaoth *est ex linguæ Hebraicæ usu,* Dominus potestatum. *ubicunqe enim in Veteri Instrumento* Sabaoth *scriptum reperitur, potestatem denotat proinde Aqila ubiqe* Adonæj Sabaoth, *reddit* Dominus exercituum.

Sed & אחד qod *unum* sive *eundem* significat, unde Ethnicorum *Adad* sumptum fuerit, Dei nomen esse volunt. Elicit hoc Jo. Wemesius noster *in tab.* 1. *leg.* 2. *exerc.* 5. ex Jobi c.31.v.15. Ubi Job de famulo suo verba faciens; *An non in alvo qi me fecit, fecit & illum? an non concinnavit nos in utero* אחד *unus?* id est *Deus*, verissime. sic enim Jeremiæ ipse c.1.v.5. *Priusqam in utero formaveram te.* scil, qod Augustinus *de verb. Apost. serm.* 11. *qi prius creavit hominem sine homine, idem modo procreat hominem ex homine.* Idemqe *ad Julian. l.* 3. *c.*17. *Qi primum hominem fecit ex pulvere, omnes etiamnum fabricatur ex semine.* Verum *unus* in Jobi dicto nihil est aliud qam *idem.* idem est planè cum eo qod Malachias c.2.v.10. *An non unus,* i. *idem, pater nobis omnibus est? An non Deus unus.* i. *idem, creavit nos?* idem cum eo qod Lucretius *l.* 2. *Deniqe cælesti sumus omnes semine orjundi. Omnibus ille idem pater est.* Et enervant sane atqe elidunt vim argumentationis, cum Jobi, tum & Malachiæ, à communi utriusqe conditore atqe avtore, sive (ut cum Scholâ loqamur) ab efficientis ac effabricantis causæ principalis identitate petitæ. cum non *Deum eundum*, sed D*eum Echadum*, qod est ipsorum futile commentum, verti postulant. Religiosiùs certè hic scripturam tractant Doctores Hebræi, qi אחד exponunt, פועל אחד *opifex unus*, ut R. Jajrus. vel יוצר אחד *opifex unus*, ut R. *Levi*. nam qod Græci vertunt, ἐν τῇ αὐτῇ κοιλίᾳ *in matrice unâ* ut אחד ad רחם referatur, etsi Mercerus admittat, & de unâ ratione omnes in eodem uteri, sive matricis, loco formandi exponat; mihi certè nullo modo probari potest.

Sed alius locus adducitur, unde certiùs istud evincatur. Is est è Zachariæ c.14.v.9. *Die illo erit Jova unus, & nomen ejus* אחד *unum.* ubi disertè dicitur Dei nomen futurum אחד *Echad.* at vero istic nihil minùs dicitur. hoc tantum prædicitur, fore ut Jova solus, solus verus Deus, pro Deo solus habendus sit, nomenqe ipsius solum in veneratione

neratione futurum, non & idolorum, prout ante obtinuerat. firmant antegressa: *erit Jova rex super terram universam*. i. solus regnum & dominium obtinebit. Atqe ita strictim Salomon Jajrus. Sed desertissimè David Camius: *erit Deus unus, qia agnoscent, qod Jova unus est Deus, nec est alius Deus præter ipsum*: *atqe ita etiam nomen ejus futurum est unum, qia non facient mentionem alterius alicujus Dei in seculo, sed nominis illius tantummodò mentionem facient; juxta id qod supra scriptum est*, Cap. 13. v. 2. *Excindam nomina idolorum è terrâ, & non commemorabuntur amplius*. Nec secus Abraham Ezræ filius, *Deum unum futurum, qia unus is per totum orbem rex futurus est*: qanqam de *nomine uno*, prout & Moses Maimonides ad ineptum de tetragammato commentum declinat; qo solo, cum omnibus tunc innotuerit, in diebus illis Deus sit nuncupandus. *Unus* pro *solo*; sicut & Devt. c. 6. v. 4. *Jova Deus noster Jova unus*. i. *solus est*. ac proinde, qod mox sequitur, *toto corde, animo, valore diligendus*, non tam qia simplex & *unicus*, nec plures; sed qia *solus*, nec alius præter ipsum, qi partem aliqam dilectionis huic, qi solus verus Deus est, subtractam sibi vindicet. Ineptiunt enim prorsus, qi Triadem hoc loci insinuari somniant; in qibus est qi Alexandri Pont. Ro. nomine epistolam prodidit commentitiam. *Si Trinitas*, inqit, *non est, qare in Devteronomio dicitur*, Dominus Deus *vester, hic est Deus?* nec melioris notæ, qod subjungitur statim; *Si Trinitas non est, qare in eodem dicitur libro*, Dominus Deus *tuus*, Deus *magnus & potens est?* qo eodem fine & Avgustinus usurpavit de verb. Ap. serm. 1. qasi hypostoseon trinitas in Deitatis unitate eis verbis designaretur. qæ reverâ meræ sunt argutiolæ. Nihil siqidem est aliud qam qod supra dixerat Cap. 4 v. 39. *Jovam Deum esse, & in cælis supernè, & in terris infra; nec ullum esse* (Deum scil.) *præter ipsum*. qodqe toties inculcatur Esaiæ c.45.v.5.6.14.18.21. *Ego sum Jova: & præter me nullus est*. Qin & ita Abraham Ezræ filius; יהוה Deus tuus est יהוה אחד *unus, & sensus est* לבדו *solus*. prout Nehem. c. 9. v. 6. אתה הוא יהוה לבדך *Tu es solus Jova*. pro eo qod est Hymno 86. v. 10. אתה אלהים לבדך *tu es Deus solus*. Et remittit nos ad illud Zachariæ superius allatum, tunc complementum habiturum, ubi *Deus verus qi rex solus futurus sit, gentibus omnibus labium purum dederit*, ex Zephan. c. 3. v 9. *ut lingvâ unâ eademqe loqantur universa, & ipsius solius nomen invocent. Et qia*, inqit idem, *non est alius Deus nisi ipse solus, ideo debitor es ut diligas eum toto corde*, &c. Qin

& eo-

& eodem plane Solomon Jajrus concedit. *Ipse*, inqit *nunc est nobis Deus, & non gentibus: sed etiam omni mundo futurus est, ubi Zachariæ & Zephaniæ illud complebitur.* Clarum itaqe satis est ex eis qæ allata sunt, non *unius* vocabulo nomen aliqod speciale denotari, qo *Deus* scil. nuncupetur, sed loco qi adducitur, altero *ejusdem*, altero *solius* significationem obtinere. Illud tantum adjicio, ne phrasis insolens videatur. *Unum* pro *solo* etiam apud avtores profanos freqenter admodum usurpatum deprehendi. Flaccus lib. 2. od. 2. *virtus*, inqit, *populum falsis* Dedocet *uti Vocibus regnum & diadema tutum Deferens uni*, (h. e. huic soli) *propriamqe palmam Qisqis ingentes oculo irretorto Spectat acervos.* Et ibid. *Latius regnes avidum demando Spiritum, qam si Libyam remotis Gadibus jungas & uterqe Pœnus Serviat uni* i. e. *soli.* Idem epist. 19. l. 1. *Septimius Claudi*, *nimirum intelligit unus* (i. *solus*) *Qanti me facias.* Et ibid, *mihi commodus uni.* i. *soli.* Plavtus Mostell, 1. 3. *—erras, qa illum expectes unum.* i. *solum.* Ibid. *Qid oleas nescio, nisi id unum, ut male olere intelligas.* Et act. 3. sc. 3. *Sat sapio, si abs te modò uno caveo.* Cicero deniqe Verrin. 2. *Ille erat unus timendus ex his omnibus.* i.e. solus.

Qod avtem exercitator doctissimus ex Talmudistarum lacunis putidis אחד in vaticinio illo per magnum ד scribi, qe litera nota sit numeri qaternarii, qo significatur, Deum in orbis terrarum plagis qatuor solum colendum; geminum est illi planè nugamentum; qo hominem creaturæ totius epitomen qandam, mundumqe minorem existere, indicari volunt ex protoplasti nomine, qod itidem literis qatuor constet, qibus mundi plagæ totidem designentur, Α ἀνατολή, Δ δύσις, Α ἄρκτος, Μ μεσημβρία. Videatur Avgustinus in Psalm. 95. Et in Joan. tract. 9. & Psevdo-Cyprianus (qem vel hinc Cyprianum non esse cum Erasmo pro comperto habeas) *de montibus Sion, & Sinai, adv. Judæos.* Ut mirum sit virum gravem ineptiis hisce Rabbinicis qicqam delatum voluisse.

Postqam avtem in hoc pelagus nos immersimus imprudentes, altiùs paulo provehamur; nec succensebunt nobis, credo, qi veritatis divinæ simplicitatem affectu pio prosequntur, Et religiosè venerantur. Proinde τῷ אחד subjungemus τὸ פחד & hoc nomen Dei esse Capnio dictus contendit in opere prænotato. Id confirmat partim ex Jacobi dicto gemino. Genes. c. 31. v. 42. *Nisi Deus patris mei, Deus Abrahæ, &* פחד *Isaaki mecum fuisset.* Et rursus v, 53. *& juravit*

ravit Jacob per פחד *patris sui Isaaki.* partim ex Petronii illo, *Primus in orbe Deos fecit timor.* unde & ἀπὸ τοῦ δέους Deos dictos Grammatici voluerint. Verum infirma nimis hæc. ut enim illa omittam, qæ minus huc faciunt, non seqi *Timorem* esse *nomen* Dei, etiamsi detur, timorem primum mentibus humanis divinitatis opinionem vel religionem incussisse; qod tamen secus esse novimus; et opinionem formidini, prout intellectum affectui, præisse, rationi magis est consentaneum. Sed & de notatione posse non immeritò ambigi; cum *Dei* vocabulum potiùs, vel a Δεύς, qod pro Ζεύς Æolicum est, qod Fr. Junio; vel à θεὸς, sicut a φθίω perdo, ab ἔνθεν inde; qod Ang. Caninio placet, deductum videatur. Non evincunt Mosis testimonia illa פחד esse Dei *nomen*, etiamsi nomine *pavoris*, vel *timoris* potius (neqe enim illis assentior, qi ad pavorem alludi volunt, qo Isaac expavit, vel cum mactandus erat, vel cum Jacobo Esavi loco benedixerat. Cap 27. v. 35. licet hoc Rab. Solomon & Junius velint) non inficias iverim, *Deum* illum designari, qem *Isaak* pater Jacobi *timeret*, i. *coleret*, & veneraretur. non magis qam מורא aut מעריץ ejusdem esse nomina, propterea qod Esajæ c. 8. v. 13. de eodem dicitur, *esto ille timor, & tremor vester.* avt etiam *spem* & *salutem* esse Dei nomina, qia idem suorum *spes salusqe* dicitur. Jerem. c. 14. v. 8. & Esajæ c. 12. v. 2. i. is in qem spem suam collocant, & à qo salutem & expectant & adipiscuntur. qod idem & de φῶς *Lux*, & ἀγάπη *Dilectio*, etiam potiori ratione dictum fuerit; qia ista absolutè de Deo prædicantur. *Deus est Lux*; et, *Deus est* Dilectio. Joann. Ep. 1. c. 1. v. 5. & c. 4. v. 8. 16.

Sed pergamus porrò. Aliud Dei nomen exculpunt nobis nugivenduli qidam Judæi ex historiæ Regum l. 4. c. 2. v. 14. *& assumpsit Eliæ chlamyden, qæ ab eo deciderat, & percussit aqas dicens, ubi est,* (vel *ubi es*) *Jova* Deus *Eliæ?* אף-הוא *Etiam ipse; & percussit aqas & divisæ sunt huc & illuc.* Qæritur hîc, cuinam parti commatis hujus, אף-הוא illud annectendum sit; vel potius, sitne Elisæi, an historici Elisæi factum referentis. Verba cum seqentibus committunt, & historici verba faciunt, è doctoribus Judæis, qi locum hunc commentariis illustrarunt, R. Solomon Jajrus, R. David Camius, & R. Levi Gersomi filius; et interpretantur, *etiam illi sic factum, qomodo Eliæ priùs fuerat*; sive ipsum qoqe eodem cum successu aqas Jordanis percussisse. Qos sequntur e nostris Vatablus, Castellio, Junius, & Piscator: nisi qod Vatablus seorsum legit: q. d. *etiam ipsi factum*

est miraculum; qod & Camius αὐτολέξει: cum isti provocabulum cum verbo percutiendi conjungant, vertantqe, *etiam iste cum percussisset aqas*, &c. Alii, qos mox recensebimus, præcedentibus annectunt. atqe ita faciendum contendit D. Weemesius in tabul. 1. leg. 3. Exercit. 7. Ratio, qam subjungit ibidem, hæc est: *Distingvuntur*, inqit, *à præcedentibus ista per pausam, qam Pesik vocant*. Resp. 1. Ut de nomine ne contendam; qum tradant tamen Grammaticorum filii lineolam illam, ubi inter duo *Munachin* intercedit, qod hoc loco fit, non *Pesik* sed *Legarme* dici. *Pesik* sive etiam *Legarme* illud levissimam plerumqe vocis suspensionem indicat. tantum abest ab eo, ut sententiæ, in qâ reperitur, partes à se invicem divellat. Exempla vis? occurrunt passim. Genes, c.3. v. 15. ואיבה|אשית *Et ponam inimicitiam, inter te & mulierem*. habes *Pesik* propriè dictam post *Munach* ante *Rebia*, inter nomen casus qarti & verbum à qo regitur. Ibid. c.1. v.30. ולכל | רמש *Et omni repenti super terram*. habes *Legarme*, inter duo *Munachim*, prout istic, inter adjectivum & substantivum, cui cohæret, interjectum. qam futilis ergo ratio ista? qam infirmo nixa fundamento?

2. Accentus istic, qi τῷ *Aph-hu* suffigitur, *Munach* scil. non est è regiis, qi vocem sistunt; sed e ministrantibus, qi protelare solent. Prior avtem versiculi, sive commatii, pars habet *Athna* affixum vocabulo proximè præcedenti, qam perfectioris distinctionis notam esse, integrum versiculi membrum claudere, & *colo nostro respondere*, fatetur ipse, ad Leg. 10. exercit. 2. ut ex ipsius concessis *Aph-hu* istud, pavsarum rationem si habuerimus, sit à præcedentibus sejungendum. Qodsi qis dictionis seriem objecerit, verborumqe trajectionem duriusculam admitti obtenderit, si cum seqentibus ista commiserimus: norit is in sacrâ paginâ trajectiones istiusmodi havd infreqentes occurrere. Sic Genes. c.22. v.4. ביום השלישי וישא Die *tertio & sustulit Abr. oculos*. Job c.23. v.12. מצות שפתיו ולא אמיש *Mandata labiorum illius & non declinavi*. Prov. c. 23. v. 24. יולד חכם ▭ וישמח בו *Sapientem gignens & lætabitur de illo*. Ibid. c. 24. v. 27. אחר ובנית ביתך *Postea & domum tibi extruito*. Esaiæ c. 37. v. 16. מימי קדם ▭ ויצרתיה *A diebus priscis & formavi eam* Jer. c. 52. v.6. בחדש הרביעי בתשעה לחדש כיחזק הרעב בעיר *Mense qarto, die mensis nono. & invaluit fames in urbe*. qæ cum aliis multis sunt huic gemina planè. ut nihil istinc præscribi qeat, qo minus historici verba censeantur ista, qibus post Vatis dictum intertextum,

ad

ad rei gestæ narrationem denuò redeatur.

Verum prioribus reverâ annectunt non pavci, & Elisæi verba volunt esse: sed qibus de sensu havd inter se perinde convenit. Pleriqe simpliciter, prout & priores illi, verba capiunt. Vetus Lat. *Ubi est Deus Eliæ etiam nunc?* Pagnin. & Tigurin. *etiam ipse?* Hejnsius; *ille ipse?* Petrus Martyr, *ac etiam ipse? Elias* scil. qi discedens spiritus duplam portionem promiserat. qomodo & Camius qosdem accepisse refert.

Alii verò mysticum nescio qid subesse somniant. voluntqe istud אף הוא *nomen* esse *Dei*, qem Elisæus adoraverit. ita R. Abrabaniel intellexisse fertur; qi יהוה pro *Aph--hu* in commentariis substituerit. atqe hanc sententiam multis propugnat vir doctissimus. cujus rationes breviter discutiemus. 1. *Unicum*, inqit, *esse vocabulum patet, qia accentu Evphonico, qi Maccaph dicitur, Aph & hu conjunguntur.*

Imò contra potius; & ideò contrà potiùs. iste enim perpetuus ferè *τ8 maccaph* usus est, ut vocabula, qæ à se invicem distincta sunt, uno qasi tono, sive accentu, enuncianda simul indicet. qis enim sani cerebri, כי-־טוב *qod bonum esset:* Genes. c. 1. v. 4. ויהי־־ערב *& fuit vespera* ויהי בקר *& fuit mane.* ibidem v. 5. ויהי-־אור *fuitqe lux.* v. 3. (ut innumera passim occurrentia taceam) unum conficere uocabulum dixerit? ut mirari non possim satis, virum in literis Hebraicis tam sedulò versatum, tam à lingvæ usu aliena prorsus, uti sciolus qivis facilè animadverterit, chartis suis illinere voluisse.

2. *Septnaginta interpretes nunqam vertunt.*

Qid hoc *nunqam* istic velit, non possum ariolari. qasi verò sæpiùs occurrat *Aph-hu* istud. id enim Lector imprudens forsan hinc existimaverit. Atqi etiamsi hoc loco illi Ἀπφώ reddiderint; nec alibi tamen uspiam occurrit *Aph--hu* istud, qod Deo scil. tribuatur; nec apud interpretes illos ἀπφὼ illud, præterqam istic deprehenditur.

3. *Aqila & Symmachus* κρύφιον *vertunt, qod nomen* Dei *occultum significat.*

Esto, sed horum avtoritas parum valet; apud eos saltem, qi qales ii fuerint, novere; ad nomen numinis Divini novum conflandum ex vocabulis, qæ sensum usumqæ communem alium passim obvium obtinent.

4. הוא *proprio* Dei *nomini sæpè conjungitur.* Thren. c. 1. v. 18.

 יהוה

הוא יהוה *Jova ipse sanctus est.* הוא פלאי. Dan c.8. *etiam Messiæ.* Zech. c. 9. v. 9.

De הוא amplius deinceps videbitur. interim μνημονικὸν σφάλμα est illud ex Dan. c.8. est enim Judic. c. 13 v. 15. Cæterum ratio est ineptissima. הוא. i. *ipse, nunc de* Deo, *nunc de Messia enunciatur: ergo* הוא & הוא אף *est nomen* Dei. pari modo ratiocinari licuerit. הוא *de Achazo rege enunciatur*, idqe non sine emphasi qadam. Annal. l.2.c. 28. v. 22. הוא המלך אחז *ipse rex Achaz.* vet. Lat. idem. Jun. *talis*, Pisc. *Vis, de rege Achazo dico*, Castell. *ergò Hu est nomen regis Achazi.* vel sic etiam, אני & אנכי i. *ego, de* Deo *enunciatur; Deiqe nomini passim conjungitur.* Exo.c.19.v.15. & Levit.c.19. eodem in capite duodecies *ergò Anoci, vel Ani, sive Ego, est nomen propriũ* Dei.

5. *Chaldeus non transfert, sed hoc modo* παραφράζει, *Suscipe petitionem meam, Domine Deus Elijahu Aph-hu.*

Illud ubi παραφράζει, *Aph-hu* qod transferret, nihil erat; non magis qam nomen Elisæi: qia in utraqe lingva idem utrumqe valebat. nec aliud Camius, qi paraphrasten hîc lavdat, inde collegit.

6. *Judæuli precationes suas ita ordiuntur, Aph-hu, qi ante orbem conditum fuisti; Aph-hu qi orbem condidisti.*

Præclarum scil argumentum, à superstitiosulis homunculis mutuatum; qibus qidlibet pro libitu confingere & procudere parum est pensi; qorumqe preculæ tot ineptiis & inaniis, farfari qidem folio levioribus, aranearum avtem telâ vanioribus vilioribusqe sunt refertissimæ. qoties enim, ut reliqa impræsentiarum mittamus, occurrit in preculis illis אנא והנא qasi נא & אנא i. *Nunc* vel, *Qaeso, vai, ne,* sint peculiaria Dei nomina; uti inter reliqa nugamenta Talmudica Revchlinus; (qibus ille nimium qantum est effascinatus) qia Hymno 118.v.26. dicitur, *Ana, domine, salvifica Na. Ana domine, fortunifica Na.* uti ille vertit, barbarè satis.

Verum de *Aph-hu* isto, unde Ἀπφῶ & Ἀμφω procuderunt; uti apud Svidam & Procopium videre est, qi plura volet, adeat licet V. C. Danielem Hejnsium *in Prolegomenis ad Nonni Censuram*; ex qo Exercitator ipse nonnulla sumpsisse videtur; sed in alienam ab avtoris mente, sensuqe, qi delirio illi nullus favet, sententiam contendit. Non itaqe *nomen* Dei *in vanum assumunt*, (uti exercitationum avtor fidenter, ac censoriè nimis pronunciat,) *qi istud*, utpote qod pro Dei nomine jure non habeant, *nevtiqam advertunt*; sed ii potius Dei verbum sacratissimum in vanum accipiunt, qi commenta istiusmodi ex eodem eliciunt.

De loco illo in Eliſæi hiſtoriâ, qæſtio altera moveri poterat; ſemel an bis amnis à Prophetâ percuſſus ſit. Neqe enim deſunt, qi exiſtiment, vatem, cum irrito ſucceſſu primò percuſſiſſet, ad preces cum expoſtulatione conceptas confugiſſe; à qibus, cum denuò idem tentaſſet, pro voto exitum habuiſſe. atqe in hâc ſententiâ eſt R. David. qam & ſeqvuntur Græci interpretes, vetus Lat. & Vatablus. alii ſemel tantùm percuſſum volunt amnem; ut ſit actus ſingularis iterata narratio. atqe ab hac parte eſt R. Levi; qem ſeqvuntur Junius, Piſcator, noſtrùmqe pleriqe. ſuo qiſqe per me eâ de re fruatur judicio: qanqam ipſe huc devergam magis.

Verum hoc miſſo. qemadmodum iſtud compoſitum אף הוא ita הוא (qod eſt *ille*, vel *ipſe*) ſimplex, volunt eſſe *nomen* Dei. De hoc mira multa multis ſermocinatur Jo. Revchlinus, ſive Capnionem mavis, *de verbo mirifico* l. 2. *Sanctiſſimum ac imprimis venerandum hoc nomen* הוא *ante* אהיה *à nonnullis collocatum fuiſſe: prophetarum nobiliſſimo à* Deo *ipſo manifeſtatum*, Eſajæ c. 42. v. 8. *Ego Jehovah* הוא *eſt nomen meum*. Cap 43. v. 25. *Ego ſum, Ego ſum* הוא *delens iniqitates tuas*. ibid v. 10. *Ego ſum* הוא *& ante me non eſt formatus* Deus. *&c.* Hymn. 102. v. 27. *Tu es* הוא *& anni tui non deficient. hoc eſſe qod Platoni* τωὐτ, *qod Latinis idem ipſum, Jovi à Virgilio tributum, Æn. l.* 10.

——— *Rex Jupiter omnibus idem.*

tum de hujus nominis virtute ac poteſtate diſſerere pergit, qæ legenti meritò poſſint vel navſeam parere, vel ſtomachum movere. Nam loca adducta qod attinet; qis nî blennus barduſqe planè fuerit, non primo ſtatim intuitu animadverterit, provocabulum iſtud pro *ipſo* ſive *eodem*, prout paſſim in argumento qovis, ἀδιαφόρως uſurpari? Evincit plane hoc ipſum locus primo lavdatus. *Ego Jova: hoc (Jova,* nēpe) *eſt nomē meū* Sed & proximus: *Ego, ego* (inqam) *ſum, ipſe qi deleo iniqitates tuas.* Hymni verbis pro *eodē* ſumi, antitheſis docet. *illa mutā-tur;* (qæ avtem mutantur, deſinunt eſſe qod fuerant. & incipiūt eſſe qod non erāt.) σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, uti poſt Græcos interpretes Apoſtolus, Heb. c. 1. v. 12. *tu avtem idem es:* & æternus ſcil. & immutabilis. Qin nec Maroni *Idem* nomen eſt *Jovis*; qod ridiculè hic aſſeritur; ſed *idem*, i. æqalis omnibus, paritèr erga utramqe partem affectus, ὁ προσωπολήπτης, ea voculâ prædicatur. *Hu* ergò cum *Aph-hu* eodem abeat: non Dei *nomen* alterutrum magis, qam, *Ille, Iſte, Ego, Idem,* Virgilii; qia de ſe iſte, *Ille ego qi qondam,* &c. avt Æneæ, qia de eodem idem,

 Multum

Multum ille & terra jactatus & alto. Qanqam & locis illis plerisqe *provocabulum* הוא etiam pro *verbo substantivo* usurpatum dici possit. (qemadmodum & Hymno 44. v.4. הוא מלכי אלהים אתה ubi non malè vertunt, *Tu es rex meus, o Deus*) qod in literis sacris locis innumeris factum deprehendere licet. Eccles. c. 1. v. 5. זורח הוא שם *ibi est oriens.* i. e. *ibi oritur.* Et v.10. זה חדש הוא *hoc novum est.* Et c. 5. v. 9. יתרון ארץ בכל הוא *emolumentum terræ in omnibus est.* Ester. c.7.v.5. מי הוא זה ואי זה הוא *Qui est iste? aut ubi est iste?* & alibi passim.

Sed nec שם nomen proprium Dei, etiamsi de Dei nomine, cum nomen in genere significet, κατ᾽ ἐξοχὴν usurpetur. Levit. c. 24. v. 11. nec est necesse ut שם ibi pro nomine Dei tetragrammato, prout Jajrus vult, potius qam pro aliqo alio sumatur. etiamsi illud postea vers. 16. exprimatur. Sed de loco isto alibi disseruimus. Et שכינה multo minùs, cujus in sacris literis, tanqam nominis divini, nec vola comparet, nec vestigium. nam qod ex Exod. c. 29. v. 45. producitur ושכנתי *Et habitabo inter eos.* non magis שכינה qod *habitationem* vel *habitaculum* significare ex deductionis formâ debuit, qam הליכה *ambulatio* sive *ambulacrum*; qia Deus idem dixit Levit. c. 26. v. 12. והתהלכתי *Et deambulabo inter vos*; nomen esse Dei evincit. imò hoc qam illud potius; siqid roboris rationibus istiusmodi inesset, qia Dei הליכות *ambulationes*, sive *incessus*, legimus, Hymn. 68 v. 25. Qodsi ex loco illo, qo Deus, apud populum suum habitare dicitur, Dei nomen procudere ex usu foret שכן potius qam שכינה nominis id esset; qum is qi habitat. *habitator* potiùs qam *habitaculum* diceretur. Cæterum pari licentiâ, imò ratione etiam potiore, ex Hymno 90. v. 1. מעון qod idem sonat; ex Hymn. 32.v.7. סתר *latibulum*; ex Hymn. 9. v. 9. משגב *arx*, ex Hymn. 46. v. 2. מחסה *receptus*; ex Hymn. 18. v. 2. מצודה *propugnaculum*; ex Hymn. eod. v.31. צור *rupes*; ex Hymn. 31.v.3. סלע *petra*; ex Hymn. 30.v.20. מגן clypeus; ut reliqa omittam, pro Dei nominibus haberi possent: atqe ita in infinitum multiplicarentur Dei nomina.

Qin nec illud פלאי Judic. c. 13. v. 15. (unde הוא & אף הוא Dei nomina asserebantur, propterea qod פלאי קׄ הוא qod sit *Dei nomen, præfixum* reperiatur) *Dei nomen* est; cum *occultum* tantùm sive *abditum* eo loci significet. Et si foret etiam, nihil minùs inde evinceretur, qam הוא itidem esse Dei nomen. qale enim hoc esset, de nomine

nomine percontanti respondere, *nomen meum Hu est*, *nomen meum Peli?* verum angeli nomen sciscitanti Manoæ, regerit ipse, Manoæ curiositatem compescendo; *qorsum inqiris in nomen meum, qum occultum ipsum sit?* Accedit R. Solomon qi מכוסה i. *absconditum* interpretatur. item R. David, qi & qod Chaldæus habet מפרש interpretatur *separatum, à notitiâ tuâ* scil. *qod tuum non est nosse.* Sed & Tigur. *reconditum.* & Vatab. *occultum.* Castell. *arcanum.* at Græcus, θαυμαστόν. Lat. vet. *mirabile.* sed illud potius, opinor. neqe enim Junio possim assentiri vertenti, *et mirificus fuit.* Licet versu proximo angelus מפליא *mirificè fecisse*, sive *mirum in modum egisse*, dicatur. et Capnioni multo minùs: qi *nomen mirificum* vertit; et, delirans ipse portentosissimè, *portentificum* exponit. Potiore certè ratione קנא *Kane*, qod *Zelotypum* denotat, in Dei nominibus sedem sortemqe assereret.sibi ac tuetetur,qia Deus ipse Mosi,Exod.c.34.v.14. יהוה קנא שמו אל קנא הוא *Jova cujus nomen est Zelotypus*:*Deus est Zelotypus*:ut ab affectu sive attributo illo,nominis,qod sibi ipse indiderit,rationem verbis eis reddiderit;qam *Peli*,sive *Admirabilis*,vel *Absconditus*,qia Angelus, sive *admirabile*, sive *absconditum* esse *nomen suū* dixerit.Nolo interim hîc disqisitionem exqisitiorem instituere angelusne iste qi dicitur, fuerit *angelus fœderis*. Mal.c.3.v.1. de qo Deus Mosi. Exod c 23.v.21.*nomē meū est in eo*: qod non constat.)an *Spiritus* qispiam; uti R.Solomon censet,qi *angelos nōina vel ipsis etiā nota ulla* negat habere, sed *cognomina* pro negotii ratione,cui obeundo destinātur; qo modo angelus שרפים dictus est a שרף qod est *urere*, qia ad vatis labia prunâ admotâ expurgandum missus est; unde & istum vult Petr. Martyr, פלאי qod etiam *mirabilem* significat, dictum; qia ideò venerat, ut *miraculum* ederet: an deniqe *vates* aliqis; qod R. Levi opinatur; qi & Pinchasum (i. *Phœnicem* si Scaligerum seqimur) esse suspicatur. certè nisi Deus ipse fuerit, (qod non liqet, nec verò verisimile est, cum sacrificium sibi immolari prohibeat,) qo modo *nomen* Dei dicetur *Peli*, cujus istic nulla mentio?

Cæterum monitu gravi serioqe concludit dissertationem suam de nomine *Aph-hu.* Exercitator eruditissimus; qo Dei *nomina*, *qæ nobis revelata sunt, inqirenda studiosè* monet: verum *qæ abscondita sunt penitùs*, qale sit *Hu Peloni-Almoni*, & contractum *Palmoni*. Dan.c. 8. *nevtiqam esse investiganda.*

1. Qæro, ubi legatur istud, *Hu-Peloni-Almoni.* nusqam sanè. *Hu-Peli* supra habuimus; tanqam ex Daniele; sed qod alibi reperiatur.

-atur. at istud sacra pagina nullibi exhibet. Cæterum & hoc inter σφάλματα μνημονικὰ censeatur, qæ apud avtorem illum crebra sunt. qanqam ea tanqam Spiritus sancti verba, qe omninò nulla sunt, lavdare, incogitantiæ supinæ nimis fuerit. 2. *Peloni-Almoni* pro Dei nomine ubi qæso reperitur? ter tantum legitur, de homine semel usurpatum, Ruth c.4.v.1. de loco bis; Hist. Reg. l.1.c.21.v.3. & l.4. c.6. v 8. & nihil est aliud qam qod Græci dicunt ὁ δεῖνα, *hic vel ille homo, hic vel ille locus*; et usurpant, ubi vel nomen hominis locive non succurrit, vel etiam nominatim designare nihil sit opus. qam avtem absurdum, nec à ratione tantum, sed & à religione alienum, è formulâ dictionis istiusmodi, qam usurpare consveverint homines, ubi nihil qicqam pensi habent, illud qod volunt, nominent nec ne, nomen fictitium comminisci, qod majestatis divinæ âttributum eas? 3. *Palmoni*, (qod Dan. c. 8. v. 13. reperitur) si ex *Peloni Almoni* contractum fuerit (qod est vero simillimum, & Exercitatori etiam ipsi probatur) qâ ratione *Dei nomen* censebitur, nisi illud item, ex qo contractum est, fuerit? at hoc nihil esse minus, liqidò satis est demonstratum. Esse avtem inde *contractum* monent R. Abraham Esræ filius; & Saadias Illustris, qi & ideò angelum allocutum se, à Daniele *Palmoni* vocatum volunt, qia *nomen illius nesciebat*. Symmachus reddidit, τινί ποτε. qem & Hieronymus secutum sese profitetur. Pagnin. & Castell. *cuidam*. Tigur. *cuidam eximio*. Lat. vetus & Vatabl. *alteri nescio cui*. Piscator *anonymo*, sive *innominato, cuidam*. Concedunt eodem R. David in radicibus, & Jo. Mercerus. Et verisimilius videtur ac simplicius istud, qam qæ Jo. Calvinus, Fr. Junius, & Constantinus Imperatorius, viri licet summi, contra magis receptam, cum Judæorum, tum & nostrorum, sententiam, de voce istâ argutantur, qo ad *Christum* trahant; qi פלא i. *admirabilis* dictus sit, Esajæ c.9. v. 6. qo loco (id ut obitèr advertam) miror, qâ ratione adducti interpretes, duo illa vocabula פלא & יועץ à se invicem dispescuerint, secus qam in reliqis factum est, Christo ibidem attributis appellationibus; ut *mirabilis* pro uno attributo, *consiliarius* pro altero habeatur. Meliore consilio mihi videntur Septuaginta, qi feruntur, interpretes conjunxisse θαυμαςὸς βελδ πὶς. (neqe enim verum est qod Petrus Cluniacens. l.2. Epist. 2. *nomina ista tam sublimia, ne Regi scandalum objicerent, reticuisse.*) & Castellio pariter, *admirabilis consiliarius*. nam qod Hieronymus vult אל & גבור qoqe sejungi, ut jam non qatuor, avt qinqe etiam duntaxat, sed sex constituantur

appellationes,

appellationes, vix qenqam opinor astipulatorem habiturum. Cæterum nihil horum Exercitatorem juvat. qi *Palmoni* concedit esse ex *Peloni* & *Almoni* coalitum; qod viri summi illi negant, qi Christo attribuunt; secus facturi, si de vocabulo isto cum Exercitatore nostro gemina sentirent.

4. Si nomen istud *prorsus absconditum* sit, qo modo tandem in hominum notitiam devenit? avt qâ ratione *absconditum prorsus* esse perhibetur, qod in sacris codicibus scriptum palam reperitur? avt ubi tandem in hoc nomen inqirere altiùs prohibemur? avt cur in nomen *Aph-bu* potius, qam in istud inqirere teneamur? tum velim scire, qænam illa sint *abscondita prorsus Dei nomina*: & unde esse ejusmodi aliqa nostro isti innotuerit. Qale enim est nomen, cujus nullus est usus? avt qis usus nominis absconditi prorsus? De Musicâ notum est adagium, qod Lucianus habet in *Harmonide*; ὐδὲν ὄφελος ἀπορρήτε καὶ ἀφανῦς τ̃ Μυσικῆς. hoc est, ut Gellius l. 13. c. 29. *Musicam, qæ sit abscondita, eam esse nulli rei.* de nomine idem multo justiùs dixeris. qorsum enim nomen, qod mortalium nulli innotescat? avt si cui innotuerit, prorsus absconditum certè ampliùs non erit. nisi forsan Dei nomina nescio qæ somniare velimus, qæ mortalibus ignota prorsus, angelis ac spiritibus beatis in usu sint. qo modo Poetarum princeps, versibus illis, *Iliad, υ.*

Ὃν Ξάνθον καλέυσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ σκάμανδρον. & *Iliad. ξ.*

Χαλκίδα κικλήσκυσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδον. alia apud superos rerum nomina, alia apud mortales in terris positos obtinere. Nec sanè minus frivolum, qod Capnio *de verb. mirif.* l. 2. *hoc tempore plura esse Dei nomina, in futuro seculo non nisi unum fore*; atqe hoc voluisse Zacariam, ubi dixit, *Et nomen ejus unum erit.* Utinam discerent tandem mortales Apostoli monitum illud religiosius observare, μὴ ὑπερφρονεῖν παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν, ἀλλὰ φρονεῖν εἰς τὸ σωφρονεῖν. Rom. c. 12. v. 3. Interim, de lingvæ vel exilitate vel ubertate, ex istis haud est facile certi qippiam statuere.

CAPUT. IV.

Nullam linguam res qasqe Graecâ aptius exprimere, non posse probari. sed nec idem dici posse de Hebraeâ. Io. Burtorfii jun. elogium. A nominibus qae Adam creaturis dedit, id minus solidè censeri. Ada nec perspicacia, nec comprehensio immensa. Nominum Hebraicorum notationes multae ignotae. è notis nonnullae exteris nihilo feliciores. אריה λέων לילית *noctua.* שפן *cuniculus.* ארבה ἀκρίς. *Iul. Scaligeri elogium. Nulla non lingua in notationibus, & locutionibus nonnullis felicior aliis. Latina multa Graeci, qibus exprimant, non habent. Ineptus. Delicia. Inde tralationum difficultas.* Ἐγκομβώσασθαι. *1. Pet. 5. 5.* ענק *Hymn. 73. 6.* ישתרגו רמה *Thren. 1. 14.* σαργάνη. *Hesychius, & Arrianus, emendati.* ταργάνη. *Stuckii, & Dunaei conjecturae rejectae. Rob. Spaldingi elogium.* τάργανον. רקמה *Hymn. 139. 15.* רטפש *Iob. 33. 25.* גלולים *idola. Stercutius. Picumnus. Pithumnus. Bel-Zebul. Bel-Zebub. Verborum apud Hebraeos formae transeuntes & reciprocae, Graecè ac Latinè difficilius expressae* הרעיב *Deut. 8. 3.* λιμαγχονεῖν. הרקיד *Hymn 29 6.* σκιρτῶσαι, σκιρτοποιῆσαι. *v. 8.* יחיל ἐκπονίσαι μαστεύεσθαι. *LXX et Vulg. notati.* המליך βασιλεύειν, *transitivè usurpatum.* θριαμβεῦσαι *itidem &* θριαμβεύειν. *2. Cor. 2. 14.* γνωσθῆναι, *&* ἐπιγνωσθῆναι. *1. Cor. 8. 3. & 13. 12. Gal 4. 8. à Beza discessum. Reciprocorum apud Hebraeos usus non unus. Formae mixtae. Agentia Latinis in sensu reciproco. A Vossio recessum. H. Stephanus à Pfochenio frustra accersitus; qum contra ipsum faciat.*

A Linguae Graecae suavitate ac ubertate, ad ejusdem significantiam, sive notiones ac res qaslibet aptissimè exprimendi vim atqe virtutem, transitur *sect. 19. Nulla*, inqit, *lingva est, qa res qascunqe aptiùs exprimat.* Atqi hâc

hâc in parte Pfochenio ex diametro adversum plane iter intendunt, qi de lingvâ Hebraicâ scripserunt pleriqe, cum Theologi, tum literaturæ humanioris professores. Siqidem lingvam Hebraicam isti ideò contendunt in notionibus rebusqe qibusvis exprimendis fælicissimam habendam, qòd ea primitus à Deo protoplastis sit data; qodqe eâ generis nostri avtor, qi creaturarum omnium naturam, cum dotibus innatis perspectissimam habuerat, tum animantibus singulis, tum & rebus aliis qibusqe, pro rerum ipsarum naturâ, nomina commodissima assignaverit. itaqe nusqam alibi notationes deprehendi, qæ rerum vocabulis subjectarum ingenium ac proprietates tam vivaciter depingant. Istis Pfochenius (nec turba tantum numerosa, sed & egregiè erudita sunt) qî satisfacere possit, ipse viderit. Mihi interim, (ut ne controversiæ illi de lingvæ primigeniæ origine me immisceam, qam à viro præstantissimo & professore celeberrimo Jo. Buxtorfio in dissertatione ea de re eruditissimâ, qæ nuperrimè prodiit accuratissimè pertractatam video) nec tam vasta, ac pene immensa, videtur extitisse primi parentis nostri, ab origine ipsâ, comprehensio, ut universas rei totius creatæ facultates ac dotes à primordio statim perviderit. multa enim experientia edoceri, multa ratiocinationis vi elicere atqe adjicere, opus habuit. nec notationes pleræqe vocum Hebraicarum ejusmodi sunt, qin ex aliis lingvis proferri possint, qæ aptitudinis ratione cum illis meritò committantur. nam & qod inde colligunt interminatam illam Adæ peritiam, qia nomina singulis qibusqe tam apta, tam naturæ cujusqe significantia imposuerit; havd qaqam necessaria mihi videtur conseqentia. neqe enim avt peritiâ, sive perspicaciâ, tantâ est opus, ut nomen idoneum satis rei cuipiam qis indat; qum à facultate aliqâ, qæ statim se prodat, satis feliciter id fiat; avt in eis, qæ extant in codice sacro animantium, rerumve aliarum nominibus, tam clarum hujusce rei specimen elucet. qum qorundam notationes in abdito planè delitescant; (qis enim vocabulorum horum זאב דוב, שה, שור, חור, סוס סיס, ליש qæ *leonem, hirundinem, eqùm, turturem, bovem, ovem, ursum, lupum* designant, rationem vel probabilem, nedum certam dederit?) aliorum verò ejusmodi sint, qæ vel cum aliis lingvis communes existant, vel earum saltem nihilo superiores. v. gr. ארי & אריה *leonem* volunt à visu nomen mutuatum. idem Græci de suo jactant; παρὰ τὸ λάειν, τουτέστι βλέπειν, λέων dictum. לילית non *lamia*, avt *spectrum*, avt *Furia* nescio qæ Adamo in conjugio primitus juncta, (uti delirant Talmudistæ)

CAPUT. IV.

Nullam lingvam res qasqe Græcâ aptius exprimere, non posse probari. sed nec idem dici posse de Hebræâ. Io. Burtorfii jun. elogium. A nominibus qæ Adam creaturis dedit, id minus solidè censeri. Adæ nec perspicacia, nec comprehensio immensa. Nominum Hebraicorum notationes multæ ignota. è notis nonnullæ exteris nihilo feliciores. ארירו λάμια לילית *noctua.* שפן *cuniculus.* ארבה ἀκρίς. *Iul. Scaligeri elogium. Nulla non lingva in notationibus, & locutionibus nonnullis felicior aliis. Latina multa Græci, qibus exprimant, non habent. Ineptus. Deliciæ. Inde tralationum difficultas.* Ἐγκομβώσασθαι. *1. Pet. 5. 5.* ענק *Hymn. 73. 6.* ישתרגו רמה *Thren. 1. 14.* σαργάνη. *Hesychius, & Arrianus, emendati.* ταργάνη. *Stuckii, & Dunæi conjecturæ rejectæ. Rob. Spaldingi elogium.* τάξχιον. רקמה *Hymn. 139. 15.* רטפש *Iob. 33. 25.* גלולים *idola. Stercutius. Picumnus. Pithumnus. Bel Zebul. Bel Zebub. Verborum apud Hebræos formæ transeuntes & reciprocæ, Græcè ac Latinè difficilius expressæ* הרעיב *Deut. 8. 3.* λιμαγχονεῖν. הרקיד *Hymn 29. 6.* σκιρτῶσαι, σκιρτοποιῆσαι. *v. 8.* יחיל ἐκπονῆσαι μαιεύεσθαι. *LXX et Vulg. notati.* המליך βασιλεύειν, *transitivè usurpatum.* διαζῆσαι *iisdem &* θριαμβεύειν. *2. Cor. 2. 14.* γνωσθῆναι, & ἐπιγνωσθῆναι. *1. Cor. 8. 3. & 13. 12. Gal. 4. 8. à Beza discessum. Reciprocorum apud Hebræos usus non unus. Formæ mixtæ. Agentia Latinis in sensu reciproco. A Vossio recessum. H. Stephanus à Pschenio frustra accersitus, qum contra ipsum faciat.*

A Lingvæ Græcæ svavitate ac ubertate, ad ejusdem significantiam, sive notiones ac res qaslibet aptissimè exprimendi vim atqe virtutem, transitur *sect.* 19. *Nulla,* inqit, *lingva est, qa res qascunqe aptiùs exprimat.* Atqi hâc

hâc in parte Pfochenio ex diametro adversum plane iter intendunt, qi de lingvâ Hebraicâ scripserunt plerique, cum Theologi, tum literaturæ humanioris professores. Siqidem lingvam Hebraicam isti ideo contendunt in notionibus rebusqe qibusvis exprimendis fælicissimam habendam, qòd ea primitus à Deo protoplastis sit data; qodqe eâ generis nostri avtor, qi creaturarum omnium naturam, cum dotibus innatis perspectissimam habuerat, tum animantibus singulis, tum & rebus aliis qibusqe, pro rerum ipsarum naturâ, nomina commodissima assignaverit. itaqe nusqam alibi notationes deprehendi, qæ rerum vocabulis subjectarum ingenium ac proprietates tam vivaciter depingant. Istis Pfochenius (nec turba tantum numerosa, sed & egregiè erudita sunt) qî satisfacere possit, ipse viderit. Mihi interim, (ut ne controversiæ illi de lingvæ primigeniæ origine me immisceam, qam à viro præstantissimo & professore celeberrimo Jo. Buxtorfio in dissertatione ea de re eruditissimâ, qæ nuperrimè prodiit accuratissimè pertractatam video) nec tam vasta, ac pene immensa, videtur extitisse primi parentis nostri, ab origine ipsâ, comprehensio, ut universas rei totius creatæ facultates ac dotes à primordio statim perviderit. multa enim experientia edoceri, multa ratiocinationis vi elicere atqe adjicere, opus habuit. nec notationes pleræqe vocum Hebraicarum ejusmodi sunt, qin ex aliis lingvis proferri possint, qæ aptitudinis ratione cum illis meritò committantur. nam & qod inde colligunt interminatam illam Adæ peritiam, qia nomina singulis qibusqe tam apta, tam naturæ cujusqe significantia imposuerit; havd qaqam necessaria mihi videtur conseqentia. neqe enim avt peritiâ, sive perspicaciâ, tantâ est opus, ut nomen idoneum satis rei cuipiam qis indat; qum à facultate aliqâ, qæ statim se prodat, satis feliciter id fiat; avt in eis, qæ extant in codice sacro animantium, rerumve aliarum nominibus, tam clarum hujusce rei specimen elucet. qum qorundam notationes in abdito planè delitescant; (qis enim vocabulorum horum ליש, סיס. סוס תור, שור, שה, דוב זאב qæ *leonem, hirundinem, eqùm, turturem, bovem, ovem, ursum, lupum* designant, rationem vel probabilem, nedum certam dederit?) aliorum verò ejusmodi sint, qæ vel cum aliis lingvis communes existant, vel earum saltem nihilo superiores. v. gr. ארי & אריה *leonem* volunt à visu nomen mutuatum. idem Græci de suo jactant; παρὰ τὸ λάειν, τουτέστι βλέπειν, λέοντα dictum. לילית non *lamia*, avt *spectrum*, avt *Furia* nescio qæ Adamo in conjugio primitus juncta, (uti delirant Talmudistæ)

dictæ) sed *strix*, avis nocturna, ut Ezræ filius, à לילה; qod *noctem* colat. Latinis pariter *noctua*, & *vespertilio*, à *nocte* altera, à sero *vespere* alter nomen sortiti. שפן a ספן affini, qod sub terram se abscondat, non *mus montanus* (qod Junius vult) Alpium incola, regionibus Canaaniti cis ignotus; sed *cuniculus*, qem & Latini pariter inde sic nuncuparunt, qod *cuniculos* clam sub terram agat, unde latibula sibi comparet. Agur. paræm. c. 30. v. 25. ארבה *locusta*, à multitudine, qod turmatim incedat, catervatim volet. Idem ibid. v. 26. nec minus commodè ἀκρὶς eadem Græcis, παρὰ τὸ ἄκρας τῶν ἀσταχύων καὶ τῶν φυτῶν νέμεσθαι. Etymolog. *qod summas segetes stirpesqe depascat*. Frustra ergò, qantum ego asseqi possum, de notationibus tanto cum fastu prædicatur, tam claras, tam illustres, tam sensuum fætas, tam rebus ipsis accommodas, tam deniqe peritiæ ac perspicaciæ eximiæ indices, in lingvâ sanctâ reperiri.

Sed nec de lingvâ Græcâ tam fidentèr pronunciatum oportuisse videtur, *nullam esse lingvam, qa res qascunqe aptius exprimat*. habent lingvæ singulæ appellationes, dictiones, phrases, formulas, sibi peculiares; qæ vix ullâ aliâ feliciter satis, pariqe vel elegantiâ vel emphasi, exprimi possint. De Latinis qibusdam monuerunt hoc veri magni. Vocabuli *Ineptus vim maximam* esse Cicero affirmat, de Orat. l. 2. *nec posse Græcâ voce ullâ vim hujus exprimi*, contendit multis Jul. Scaliger, summus ille scientiæ omnimodæ literaturæqe thesaurus. De Tito Imperatore dictum illud, *Moriuntur deliciæ generis humani*; Græcos, qi exprimerent, frustra qæsivisse, observat Cl. Casavbonus ad Svetonii Titum. Ita nec *ineptiarum*, qod in partem seqiorem; nec *deliciarum* vocabulum, qod in meliorem sumitur, his avtoribus Græci fælicitèr expresserint. Cæterum hujus ejusdem farinæ farraginem satis amplam, qæ Græcè reddere volenti crucem figat, apud virum illum summum deprehendere est in dissertatione illâ ad Ferronum Atticum inscriptâ. Hinc illud Hieronymi ad Pammachium de optimo genere interpretandi, ex præfat. ad Evsebii Chronicon à se versum; *Difficile est, alienas lineas inseqentem, non alicubi excidere: & arduum, ut qæ in aliâ lingvâ benè dicta sunt, eundem decorem in translatione conservent. Significatum est aliqid unius verbi proprietate: non habeo, qo id efferam, & dum qæro implere sententiam, longo ambitu vix brevis via spatia consummo.* Idem comment. in ad Ephes. c. 1. *Multa verba sunt, qæ nec de Græco in Latinum transferi valent, nec de Hebraico in Græcum, & reciprocè nec de*

de Latino in Græcum, nec de Græco in Hebræum. Et ibid. in c. 4. *Omnis metaphora, si de aliâ in aliam lingvam transferatur ad verbum, qibusdam qasi sentibus orationis sensus & germina suffocantur.* Qin & A. Gellius noct. Attic. l. 9. c. 9. tametsi *Virgilium* ajat *Theocriti qiddam reliqisse, qod Græcum qidem mirè qam svave sit, verti avtem neqe debuerit neqe potuerit*; subjungit tamen, *non abesse, qin, qod pro eo, qod omiserat, substituerit, jucundius lepidiusqe sit.*

Proinde iniqam nimis censuram exercuerit, qi ex uno & altero vel dicto, vel vocabulo, (imo plura si istiusmodi congesserit) avt Græcæ, avt alicui cuivis lingvæ, peculiari, qod lingvæ aliæ, citra vel elegantiam, vel emphasin deminutam vix exprimant; statuere velit, *nullâ aliâ aptius avt significantius designari res ullas*. cum in qibusdam Latina Græcis, in qibusdam Hebræa utrisqe his, aliæ aliis invicem, in multis hoc nomine palmam præripiant. De voce ἐγκομβώσασθαι Petro ep. 1. c. 5. v. 5. usurpatâ alibi diximus. nec video cur *internè vestire* vertat istic avtor iste, cum nec vocula ipsa *interni* significatum habeat, non magis qam *induendi* verbum; nec, qem adducit, Grammaticus aliqid ejusmodi insinuet. At pro illâ possim ei Asaphi illud opponere Hymn. 73. v. 6. ג ענקתמו אוה *Eos torqis instar* (qod ornamenti insignis loco habetur) *cingit superbia*. de qo reddendo Græcus desperasse videtur. possum & τοῦ δελεάζειν Hebræum רמה objicere, qod escam vel ejusmodi qicqam projiciendo fallere ac decipere significat. Sed Jeremiæ illud Threnor. c. 1. v. 14. ישתרגו si pensiculatiùs consideres, vix reperias, avt apud Latinos, avt Græcos etiam, qod vim & ἐνέργειαν vocabuli exprimat satis. habet enim in se inclusam imaginem non unam. tralationem nempe, vel à *ramis arborum densarum* sibi invicem *implexis*. hi enim שריגים Genes. c. 40. v. 10. qod post Esdræ filium Vatablo placuit. vel à *filis*, qæ ad *funem*, sive *rudentem* conficiendum *contorquentur*. unde סריגי חמטה *lectorum funiculi*. qod post Jajrum Piscatori visum. vel à *viminibus* etiam è qibus *sportæ contexuntur*: qod Junius mavult, vel à *retibus* sive *laqeis*, qibus *pisces*, *feræ*, *volucres*, ita *impliciti involuti*, *intricati*, *constricti tenentur*, ut expedire sese nullâ ratione qeant, siqidem סריגן Chaldæis tam *retia*, qam & *sportas è vimine contextas*, designat. inde avtem σαργάνη Græcis, qod utrumqe horum qoqe, & *sportam* & *sagenam*, significat. frustra enim sunt, qi Græcam largiuntur originem, Etymologus & Favorinus. Usurpavit Apostolus ad Corinth. Ep. 2. c. 11. v. 33. ubi סריגתא Syrus, pro eo

 qod

qod σπυρίδα dixit Lucas Act. c. 9. v. 25. qam vocem ibi Syrus retinuit. Etymolog. Σαργάνη, ἀπὸ σειρᾶς πλέγματός τι, εἰς ἀποθήκην ἰχθύων. Suid. Σαργάνη, οἱ μὲν σχοινίον τι, οἱ δὲ πλέγμα πᾶν σχοινίον. Hesych. Ὄρσινοι, ἄρριχοι κρεμάστραι, ἄλλοι σαργάνη. Idem alibi ὀρσινόη, inter alia ex qorundam sententiâ, σαργάνην. In Æschylum Scholiastes ad illud Tragici, Πολὺ πάλιν δ' ἀρσινόη πυργῶσαι. Ορσινόη, τὸ δικτυωτὸν δίκτυον, ὃ καὶ σαργάνη καλεῖται. Rursus Hesychius; Σαργάναι, δεσμοί, καὶ πλέγματα γυργαθώδη σχοίνιον ἀγυρώτωγα. pro qo Vir Cl. Salmasius in exercit. Plin. legendum existimat, φορμία ἀχυραγωγά. h. e. *corbula paleis colligendis ac ferendis.* sunt autem γύργαθοι, ἐκ λύγων πλέγματα. *e vimine contexta* qælibet. addit qi Hesychium transcripsit, Favorinus; ἔστι δὲ καὶ εἶδος σπυρίδος. Qin & Hesychius idem. Δαρσαν, σαργάνη, κόφινος. qod aliis τάρσα Sic enim idem, Salmasio itidem restituente, Τάρσα Συρακούσιοι κόφινον. τινὲς δὲ σειράν. et, Ταρίφη, κόφινος μέγας· οἱ δὲ νεκροφορικὸν ἀγγεῖον. est avtem & hoc ex viminibus contextum, cratis instar. Maro Æn. l. 11.

Haud segnes alii crates, & molle feretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine querno.

Qid si avtem apud Peripli maris Erythræi avtorem, in verbis illis, βαστάζοντες φορτία μεγάλα. πίερποιας, ἀναμπλίνων παραπλήσια, pro πέρπονας, non ἐν ζαρπόναις, qod V. Cl. vult, sed ἐν ταργάναις legamus? hoc enim apud Hesychium legitur; (Ταργάναι, πλοκή, σύνδεσις, πέδαι) illud, qod hactenus succurrit, nusqam. nam πέπονας, qod Stuckius substitutum ibat, locum istic non habet. Ταργάνην avtem Attici dixere, qod alii σαργάνην. Tzetzes *ad Lycophronem*; ἡ γὰρ ἡμῖν σαργάνη, ἤτοι σπυρίδιον, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ταργάνη λέγεται. unde ταργανᾶν *implicare, intricare, involvere.* τεταργανωμένην, συμπεπλεγμένην, συνειλημένην. Etymologus qi & ταργανοῦσθαι ἀντὶ τοῦ συνειλεῖσθαι Lycophroni usurpatum monet. Atqe ita is de Agamemnone,

Ἐν ἀμφιβλήστρῳ συντεταργανωμένον.

Cinctu Sagena convolutus undiqe.

ἀμφίβληστρον, h. e. *sagenam* dixit amiculum illud δυσέξοδον, sive ἀτέρμονα βρόχον, qo implicatum maritum interfecit Clitæmnestra. frustraqe est Dunæus noster, cum συντεταργανωμένον legendum existimat. siqidem & vocabulum idem alibi usurpavit Lycophron idem, sed sensu pavlò diverso, pro *committere* sive *compingere*, qum Ulyssis ratem vocat Ἀυθεγγόμφων βάριν,

Εἰκαῖα γόμφοις τεταργανωμένην.

h. e. *gomphis*, (qâ voce & Septimius est usus) sive *clavis*, *temere commissum*, sev *compactum*. Ad Prophetæ threnodi illud (qod Græci

Græci ποικιλάντων reddidere) proxime accedere autumabat, Rob. Spaldingus ὁ μακαρίτης, vir literarum Hebraicarum peritissimus, cui ego prima lingvæ sanctæ rudimenta debeo, qiqe D. Livelæo in professione publicâ successit, Plautinum illud, qo is in Persâ act. 4. sc. 6. usus est, *Contortuplicata sunt.* Eodem Fr. Junius Exod. c. 26. v. 1. expressum voluit, qod de bysso Moses משזר dixit; *contortuplicatum.* i. *duobus vel pluribus filis in modum chordæ contortis.* Vides qam *contortuplicato nomine*, ut cum Comico loqar, ad Hebraicum illud vix etiam fælicitèr satis explicandum sit opus. Græcè fæliciùs opinor, non extuleris, qam si ἀπὸ συγκαμῆναι vel περιστρέφοντα dixeris. verum nec illud licet a lingvâ sanctâ mutuatum (inde enim natales trahere supra indicavimus) Hebraici vocabuli vim integram asseqitur: qam tot notiones non exprimat Græcorum τὸ στρέφειν, qot שרג Hebraicum; qia ampliorem hoc משפחה (ut cum Ezraida loqar) sive *cognationem*, qam Græcorum illud habeat. Aliud est (ut id obitèr moneam) Platoni Comico οἶνος στραγγαλίδος. qod V. C. Casaubonus ad Athenæi l. 11. c. 13. ostendit esse οἴνου στραγγαλίων, *lorum.* sic enim Hesych. τέργανον, πόμα ἐκ στεμφύλων. unde apud Phœnicem Colophonium in Iambis, ἐκ πυθάκνος τέργανον σπένδων, de sene, qi vinum non poterat, loram, qod poterat, libabat. atqe inde συγχεῖν, ταράττειν, *turbare*, Hesychio. ad prius illud שריג accedit propriùs, qod Grammaticus idem monet, ὄζον. i. *ramum*, Lydis τέργανον dici.

Qale verò est illud Hymno 139. v. 15. רקמתי pro qo Septuaginta Interpretes, qi vocantur, qos & Latinus secutus est, רקמתי legisse videntur, qum reddunt ἡ ὑπόστασίς μου. *substantia mea.* at Aqila, referente Drusio, qam exilitèr, qam jejunè? ἐποικίλθην, *effictus sum.* Certè nec Græcus, nec Latinus qispiam, nisi ambitu verborum adhibito, vocabuli vim nativam ac genuinam unqam absolverit. insignem enim in se continet imaginem ab *opere ac artificio Phrygionico* traductum, qod Hebræis רקמה dicitur. Efformationis opificium, qod nervis, ossibus, carne, cute, consistit, *artificio* confert *Phrygionico*, qod magnâ constat varietate, filisqe ac tincturis sibi invicem intertextis. R. D. Camius. qi & vocabulo מסתבכים usus est, cujus radix סבך est significantiâ שרג illi, de qo dictum superius, affine. Piscator: *Verbum* רקם *significat propriè acu pingere, seu intexere variorum colorum fila: qod Itali verbo ex voce Hebraâ deducto vocant* recamare. *est igitur hic elegans metaphora. nam ut phrygio*

gio

gio diversorum colorum fila scitè in telâ contexit; ita Deus ex diversis membris corpus hominis scitè atqe artificiose compegit. Imò non corpus tantum ex membris, sed membra etiam singula ex particulis variis & variantibus, qasi opus qoddam variegatum, contexuit. Itaqe Marcus Imperator l.2.S.2. corpus humanum vocat, κροκύφαντον, ἐκ νεύρων, φλεβίων, ἀρτηριῶν πλεγμάτιον. *peplum*, sive *reticulum* potiùs, *ex nervis, venis, arteriis, implexis invicem, contextum.* Hebraicam vocem proximè accessit Symmachus, qi ἐποικίλθην reddidit. h.e. *variegatus sum.* nam ποικιλτὴς Sept. חרקם & ποικιλτική, πολυμιταρική τέχνη, Hesychio Svidâqe testibus. Cæterum generalius laxiusqe qiddam τὸ ποικίλλειν Græcorum, qam Hebræorum τὸ רקם. qod artificium istud peculiaritèr designat.

Job. c.33.v.25. רטפש *viridior ac vegetior, auctiorqe fit caro ejus,* dum plantarum germinumqe in morem vigescit ac accrescit, *qam in pueritiâ fuerit.* dilutè siqidem nimis Græcus ἀπαλυνεῖ, *molliet.* Est enim, ut David Camius, dictio composita ex רטב *virescere* ibid. c.8. v.16. & טפש *crescere, avgeri.* Malac.c.4.v.2.

Qin & גלולים à גלל qod *stercus* significat, *idola*, qasi *stercorea*, & stercoris instar abominanda; Græcè, avt Latinè etiam qî verteris, ut vocabuli vim non corrumpas? aliud est enim Latinorum *Sterculius*; sive *Saturnus*, ut Macrobius l.1.c.7. sive *Pilumni filius is*, ait Plinius l.17.c.9. *cui ab inventum fimum, sive stercoris, ad agros lætificandos usum, immortalitatem Italia tribuit.* hoc enim honoris, non dedecoris, nomen fuerat. qanqam Avgustino nevtiqam assentiri possum, qi *à Stercutio stercus* nomen accepisse vult, de moribus Manich. c.8. qum ab hoc potius manaverit illud; et a munere nomen ille, qisqis fuerit Deunculorum, fortitus sit; ut ex Varrone monet Servius ad Georg. l.2. *Sterculius* idem Lactantio institut. l.1. c.20. ni codices vitiati sint. nam Tertulliano *Stercutus* dicitur, apolog. c. 25. Et ad nation. l.2.c.9. & c.17. *Sterqilinius* etiam Servio ad Æn. l.9. qi & *Pithumno Pilumni fratri* appellationem eam inditam vult, ita enim Danielis Servius habet; licet alii, è qibus Giraldus de Diis, & Vives ad Avg. Çivit. l.6.c.9. *Picumnum*, non *Pithumnum* legant. astipulari lectioni illi videtur, qod nonnulli fratres istos *lavdum Deos* habitos idem refert; qasi ἀπὸ τοῦ πειθοῦς *Pithumnus* dicatur; qum Varro tamen *conjugales* faciat: qod & ex Marcello discimus. *Beelzebul* verò, qod literulâ unicâ permutatâ, à *Beelzebub* fluxisse videtur, & αἰσχρολεξεῖ *Belum*, sive *Jovem stercoreum*, avt *stercoris Dominum*

minum significat, utrum *ad ignominiam à Judæis confictum* sit necne, ut Jo. Drusius censuit, alterius loci disqisitio fuerit.

Jam illud est Hebrææ lingvæ peculiare, qod unum idemqe verbum flexione solâ levitèr immutatum, non activam tantum & passivam, qod & aliis conceditur, sed in alium aliudve transeuntem, in sese etiam redeuntem, obtineat usitatissimè significationem; ut efformatione unâ, id alius ut faciat facere, aliâ ut ipse tibi te facere, significet, qod simpliciter facere te formâ primævâ, fieri à te efformatione primâ denotabat. Id verò Græcis cùm sit insolens prorsus, avt ambitu facto, avt efficto novitèr vocabulo, avt Hebraismo adhibito, sensum istum exprimere necessariò coguntur. Hinç apud Græcos interpretes verba plane insolentia, λιμαγχονῆσαι, qasi *famis anginâ afficere*, qo הרעיב LXX. Devter. c. 8. v. 3. Symmachus & Theodotion Prov. c. 10. v. 3. exprimere conati sunt. qod enim de Midâ dictum refert Budæus, ὁ δὲ τυχὼν τῆς εὐχῆς λιμαγχονηθεὶς ἀπέθανε, recentioris alicujus esse videtur; et est præter fabulæ argumentum. ævi recentioris & illud Galeni, hominis Asiatici, *de dogmat. Hippocr. & Plat.* l. 5. c. 12. ὅσοι αὐτῶν (τῶν οἰκετῶν) ἢ κλέπτοντες, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον δρῶντες ἁλῶσι, καὶ μαστιγούμενοι, καὶ λιμαγχονούμενοι, καὶ ἀτιμαζόμενοι πρὸς τῶν δεσποτῶν, οὐκ ὀργίζονται. nam qod λιμαγχεῖν verbum, qod idem significet, eidem avtori ascribit Budæus, & ex Budæo Stephanus; nec locum ullum lavdant, & est meritò suspectum. Ejusdem modi sunt et σκιρτῆσαι, qo Aqila; σκιρτοποιῆσαι, qo Symmachus, חרקיד eorundem, Hymn. 29. v. 6. item ὠδινεῖν, qo Aqila; ἐκπικίζειν, qo Symmachus, Hebr. יחיל ibid. v. 8. reddiderunt. nam qod qinta editio ad hoc exprimendum verbum μαιεύεσθαι adhibuit, est omninò ab hymnographi mente prorsus alienum. μαιεύεσθαι enim, sive *obstetricari*, dicitur, qi vel qæ parturienti fert opem, datqe operam ut commodiùs faciliusqe enitatur; cum vocabulum à vate sacro usurpatum significet *ad partum cogere, eoqe adigere ut abortum per pavorem faciat & consternationem*: ut rectè Ezraides. qod & vocabulis illis novâ facie deformatis interpretes illi designatum volebant. mitto enim LXX. interpretum (qæ dicitur) versionem, qia aliorsum abscedit, dum vertit καταρτιζομένην, in *efformationis* sensu sumptâ voce Hebrææ (prout & Jajrus accepisse videtur) qod tamen *præparandi* verbo pejus Latinus vetus extulit.

Hinc & apud eosdem vocabulorum, havd insolentium qidem illorum, significatus & syntaxes insolentiores. ita, qo τὸ המליך He-

 bræorum

bræorum explicent LXX illi, *βασιλεύειν βασιλέα*, pro *regem constituere*, sive *facere, qi regat, regem.* Histor. Reg. l. 1. c. 9. v. 22. & l. 4. c. 3. v. 27. (etiamsi loco altero à veritate Hebraicâ, & Historici mente recessisse videantur) Esajæ c. 7. v. 6. Ezech. c. 17. v. 16. Hosh. c. 8. v. 4. et alibi. ita Clemens Alex. Stromat. l. 1. editionem nescio qam secutus, Devter. c. 8. v. 3. legit ἐδίψησέν σε ἐν γῇ ἐρήμῳ. *sitivit te*, pro *sitire te fecit*, הצמאיך Hinc & in novo Testamento Hebraismus ille Pavli ad Corinth. Ep. 2 c. 2. v. 14. τῷ δὲ θεῷ χάρις τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς. ubi θριαμβεύειν ἡμᾶς, non est qod Hieron. ad Hedybiam, qæst. 11. vel *triumphum suum per nos agere*. qod Erasmo tamen placuit. Et multo minus, *triumphare nos*, uti vetus interpres. i. e. *de nobis triumphare*, sive *nos in triumpho circumducere*. qod & Hieron: attulit ex ep. 1. ad Cor. c. 4. v. 9. qomodo βασιλεῖς θριαμβεύειν Plutarchus dixit in Romulo. et θριαμβεύσας αὐτοὺς, de dæmonibus, Apost. idem ad Colos. c. 2. v. 14. sed & è Latinis, *Achæos triumphandos*, Plinius de viris illustribus. et, *gentes triumphatas*, dixit Maro Georg. l. 4. sed θριαμβεύειν ἡμᾶς, est *facere ut triumphemus*, uti recte Primasius. Ita Tertullian. apologet. c. 27. *Illos nunqam detriumphamus magis, qam cum pro fidei obstinatione damnamur.* Ejusdem κόμματος esse existimat Beza, illa Pavli, in ad Corinth. ep. 1. c. 13. v. 12. τότε ἐπιγνώσομαι, καθὼς καὶ ἐπεγνώσθην. ubi Vetus interpres; *Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum.* at Beza, *Tunc amplius cognoscam, prout amplius edoctus fuero.* ut τὸ ἐπὶ *pro loco super veniens incrementum cognitionis declaret.* et ἐγνώσθην ἀντὶ τοῦ ἐδιδάχθην *sumatur*. In eadem Epist. c. 8. v 3. εἰ τις ἀγαπᾷ τὸν θεὸν, οὗτος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ. *Siqis Deum diligit, is cognitus est ab eo.* hoc est, inqit interpres doctiss. *scire eum fecit*, qod æqipollet τῷ ἐδιδάχθη qomodo & *Avgustinus in Joan.* orat. 98. *Qum hoc fit in hominis mente, ut qod credit, sciat*; (i.e. *amplius intelligat*) *ipse dicitur cognosci à Deo, qia Deus illum cognoscentem facit.* In Epist. ad Gal. c. 4. v. 8. γνόντες θεὸν, μᾶλλον δὲ γνωσθέντες ὑπὸ θεοῦ. *cum cognoscatis Deum, imò potius cogniti sitis à Deo.* ubi Beza rursus, *cogniti*, i. *scire facti, edocti.* ex eodem Avgustino; cujus & hæc ibidem verba; *Non tunc cognoverat* (i. *cognoscere ceperat*) *eos Deus, præcognitos & electos ante mundi constitutionem*; *sed tunc eos cognoscere seipsum fecerat.* Verum de primo istorū loco, malim ego simpliciter, cum veteri interprete; *Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum.* i. ut Piscator; *tunc perfectè cognoscam.* qod & *imperfecti* antithesi confirmatur. In posteri-

oribus

oribus duobus cum Grotio & Piscatore; *à Deo cogniti*. i. *pro suis agniti & approbati*. qo modo *viam justorum nosse* i. *probare*, Deus dicitur. Psal. 1. v. 6. & Apostolus, Rom. c. 7. v. 15. Ὃ κατεργάζομαι, οὐ γινώσκω. *qod perpetro, non probo. non agnosco pro meo* Vide Vers. 17. Et Christus in die novissimo, improbis nomen suum professis, dicturus prædicitur; Math. c. 7. v. 23. ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς *Nunqam novi vos. nunqam pro meis habui*. et Virginibus fatuis, qeis lucernæ oleo inanes, Math. c. 25. v. 12. οὐκ οἶδα ὑμᾶς. *nescio, non agnosco, vos*.

Sed nec reciprocæ illius significationis, nisi περιεργασίᾳ adhibitâ Græcus unqam explicuerit. Cujus tamen insignis, nec unus usus est. Neqe enim significat tantùm, *hoc vel illud sibi facere*, sed & *hoc vel illud facientis personam sibi induere*. Sic Histor. Reg. l. 2. c. 13. v. 5. התחל *ægrotum finge te*. Ibid. c. 14. v. 2. התאבלי *lugentem age, lugere te fingito*. Ibid. l. 1. c. 21. v. 13. ויתהולל *insanum egit, insanire se finxit*. Et c. 18. v. 10. ויתנבא *prophetico more se agebat*. Et l. 3. c. 14. v. 2. מתנכרה *aliam, extraneam simulans se*. qotum omnium (& adjici multa plura possint) ne unum qidem Græci interpretes adamussim extulerunt, dum reddunt, μαλακίσθητι, πένθησον. προσεποιήσατο, προεφήτευσε, ἀλλοιωθήσῃ. Qin & illud Hymni 76. v. 5. אשתוללו (qod Sept. ἐταράχθησαν & vocabulo ipso & sensu procul) unde nobis Græculus qispiam citra ambaginem expediet? hoc enim voculâ unâ insinuatur, ut optimè Junius, *spoliandos dediderunt se*.

Mitto formas flexionesqe mixtas, qia rariùs occurrunt. qale illud Jerem. c. 22, v. 23. יושבת *ô qæ habitasti, & etiamnum habitas*. uti Sixt. Amama reddidit. illud Zachar. c. 10. v. 6. והושבותים *reversos collocabo*, sive *reduces considere faciam*. i. in tranqillitate constituam. Est enim ex שוב & ישב sive השיב & הושיב conflatum: ut D. Camius admonuit. Cæterum de istoc ista sufficiant.

Formæ avtem reciprocæ qod respondeat Latinis cum desit, in sensu reciproco verba multa agentia coactè satis ac violentèr usurpare coacti sunt; qibus ideò sensum passivum, sed perperam, puto, assignat V. C. Jo. Vossius de analog. l. 3. c. 3.

Deniqe, qod ad Henr. Stephani in N. T. *Præfationem* in sectione hac extremâ, nos Pfochenius amandat; nihil ibi qicqam, qod avt sententiæ nostræ adversetur, avt Pfochenianæ patrocinetur, comparet. Adversus illos disserit Vir cl. qi *in scriptis Evangelicis ac Apostolicis inculta & horrida putant esse universa*. qum *non pavci sint in eis loci, in qibus interpretandis non aliâ de causâ valdè laboratur, qam*

 qod

qod selectis & valdè significantibus vocabulis usi sint horum autores: & qod παρονομασιῶν sive παρομοιώσεων; qæ in eis occurrunt, *elegantia in versionibus exprimi neutiqam qeant.* Qæ nos viro doctissimo omnino concedimus. Cæterum nec hoc esse lingvæ Græcæ peculiare pronunciat ille, ut *res qasvis reliqis lingvis qibusqe aptius ac significantius exprimat*: Et in scriptis sacris, cum *Latinismos* etiam, non *Hebraismos* tantum deprehendi agnoscit; tum & ex *Hebraismis* illis qosdam tales esse affirmat, ut *eorum vim, energian, & emphasin nulla in ullâ lingvâ loqendi genera asseqi possint.* Qod Pfocheniano placito ex diametro adversatur.

CAPUT. V.

Pfochenii tria ζητήματα. Tertium qia nominum duntaxat, qum de re constet rejicitur. Io. Cocchii de eo dissertatio. Primum examini subjicitur. Non seqitur stylum N.T. eundem, qi Græcorum priscorum fuerat, qia voces, phrases, formulæ multæ eædem utrobiqe. In N.T. vocabula multa Latina, Hebræa. In V.T. versione Græcâ; & in N.T. plures significationes vocabulis Græcis datæ, qam lingvæ illius usus ferat, ex analogo illi Hebraico. σαρκὸς significata varia. σὰρξ καὶ αἷμα. πνεύματος iisdem. Ioan. 3. 8. Iac. 2. 26. αἰῶνος etiam, & κόσμου. 2. Cor. 4. 4. discessum ab Irenæo, & Græcis. Ad qæsitum secundum transitur. Possunt etiam stylo puriori assueti, minus purè scripta intelligere. Græci qâ Græci Latina aut Hebraica non intelligerent. Græcus sermo temporibus Apostolicis à puritate pristinâ desciverat. Sermonem minus elegantem rudiores nonnunqam melius intelligunt. Græci prisci ad multa in N.T. hæsrerent. Beza a Pfochenio adversus semet advocatus.

TRia qærit *sect.* 27. Pfochenius, 1. *an textus novi Testamenti verè Græcus sit, nec alienior à stylo Græco profano.* 2. *An Homerus, Pindarus, Plato,* De*mosthenes, Isocrates, &c. si reviviscerent, possent novum Test. intelligere.* 3. *an ea lingva dici debeat Græcanica, Hellenistica, seu Græciensis.* h.e. ἑλληνιστικῆς.

De tertio, qia est ὀνομάτων ζήτημα ψιλόν, & de qo Heroum par nobile jamdudum certamen acre satis inierunt, ego intactum prætteribo; illud tantum præfatus, istic nomine illo qodcunqe tandem assignare libuerit, characterem qendam peculiarem designari, qi Hebræorum ac Syrorum idioma verbis licet Græcanicis facie tota ferè repræsentet, de qo ad viri doctissimi Jo. Cochii in Titulos duos Talmudicos præfationem, Lectorem qi hac de re plura voluerit, (transcribere enim nimis prolixum foret) et Pfochenium cum primis ipsum, qo ista perpendat alterius, percipiat plenius, amandatum lubens velim.

De prioribus duobus, qantum potero, dispiciam. Primum qod attinet, fidenter asseritur, *Textum novi Testamenti verè Græcum, nec alienum planè à stylo Græco profano esse.* probatur id, qia *Græci autores profani, eisdem phrasibus & verbis locuti sunt, qibus N. T. Scriptores.* At consecutio ista infirma nimis est, nisi eisdem per omnia vocibus formulisqe usos constiterit. Etiamsi enim in multis conspiraverint, non tamen inde seqetur, stylum utrobiqe esse eundem. qis nisi pituitâ nares penitùs obstructus Scholasticorum stylum purè Latinum pronunciaverit? eisdem tamen illi cum vocabulis tum & formulis, utuntur qam plurimis, qæ in Ciceronis, Salustii, Livii, Terentii &c. Scriptis passim deprehenduntur. Scriptores verò sacros, cum vocabulis, tum formulis etiam havd pavcis, qæ a Græcæ lingvæ puritate eâ, qæ in scriptoribus profanis, qorum supra mentio facta est, sese exerit, aliena sunt, usos esse, qi negare voluerit, is sanè non ἀμβλυώττων dicendus videtur mihi, sed ἑκουσίως τοὺς ὀφθαλμοὺς καταμύων.

Latina plane non Græca, nemo puto negaverit esse illa, ἀσσάριον pro *asse*, formâ diminuente, Math. c. 10. v. 29. Et Luc. c. 12. v. 6. κοδράντην, *qadrantem*, Math. c. 5. v. 26. & Marc. c. 12. v. 42. κουστωδίαν, *custodiam*, Math. 27. v. 65, 66. & c. 28. v. 11. κῆνσον, *censum*. Mat. c.

17.v.25. & c.22.v. 17. 19. Marc. c. 12. v. 14. λέντιον, *linteum*. Joan. c. 13. v. 4. μίλιον, *milliare*. Math. c. 5. v. 41. πραιτώριον, *pretorium*, Matth. c.27.v.27. Marc.c.15.v.16. Joan. c.18. v.28,33. & c. 19. v. 9. Act. c.23.v.35. Philip. c.1.v.13. σικαρίους, *Sicarios*. Act. c.21. v. 38. σιμικίνθιον, *semicinctum*; & σουδάριον, *sudarium*. Act. c. 19. v. 12. σπεκουλάτωρα, *spiculatorem*. Marc. c. 6. v. 27. φαιλόνην, *panulam*, Tim. ep. 2. c.4.v.13. φραγέλλιον, *flagellum*, Joan.c.2.v.15. φραγελλῶσ, *flagellere*, Matth. c.27.v.26. & Marc. c.15.v.15.

Hebræa verò, vel Syriaca, non Græca illa, ἀββᾶ, Marc.c.14.v.36. Rom. c.8. v. 15. Gal. c. 4. v. 6. ἀλληλούϊα, Apoc. c. 19. v. 1. 3, 4, 6. ἀμὴν, qod passim occurrit. βελίαλ, Cor. ep. 2. c. 6. v. 15. γέενναν, qod toties inculcatur, Matth. c. 5. v.22,29,30. & alibi sæpè, cum apud eundem, tum & apud Evangelistas, Marcum c. 9. v. 43, 45, 47. & Lucam c 12.v.5. & Apost. Jacobum c.3. v.6. μαμμωνᾶ, Matth. c.6. v. 24. & μαμωνᾶ, Luc. c.16. v. 9. 11, 13. μεσσίας, Joan. c. 1. v. 41. & c.4. v. 25. πάσχα, Matth. c. 26. v. 2, 18. & alibi sæpè. ῥαββὶ, Matth. c.23. v.7,8. & c.26. v.25,49. Marc. c. 9. v. 5. & c. 11. v. 21. & apud Joannem numerosè. & ῥαββονὶ, Marc. c. 10. v. 51. pro qo ῥαββουνὶ, Joan. c.20.v.16. ῥακὰ, Matth.c.5. v. 22. σαβαὼθ, Rom. c. 9. v. 29. & Jac.c.5 v.4. σάββατον. Joan. c 5.v.9. & alibi passim. Et σαββατισμὸς, Hebr. c.4. v. 9. σατᾶν, Cor. Ep. 2. c. 12. v. 7. Et σατανᾶς, Matth. c 4. v. 10. et alibi sæpenumerò. σάτον, Matth. c. 13. v. 33. σίκερα, Luc. c.1.v.13. ὡσαννὰ, Matth. c.21.v.9.15. Marc.c.11.v.9.10.

Formulas avtem phrasesqe, qod attinet, etiam si multas congesserit avtor iste, qæ apud Græcos scriptores, etiam probatissimos, reperiuntur; qanqam in qibusdam asserendis (qod pòst, cum Deo bono, ostendendi locvs dabitur) lapsus videtur; non tamen hoc evincit, nihil qicqam interesse inter stylum, qo usi Novi Testamenti scriptores, eumqe qo profani illi, si aliæ freqentes reperiantur, qæ lingvæ Græcæ scriptoribus purioribus illis insolentes planè fuerint.

Tum de usu sensuqe vocabulorum, illud observarunt viri magni, qod nemo hactenùs est inficiatus, nec etiam inficiari qisqam poterit, nisi mero meridie solem ortum negare, animum obstinaverit, Testamenti veteris interpretes Græcos, hosqe secutos Novi scriptores, vocabulis Græcis plures sensus significatusqe tribuisse, qam Græci sermonis usus receptior ferat; qia qæ illis in sensu primo proprioqe apud Hebræos respondent, nationes in eâ lingvâ plures designant.

Moris

Moris istius exempla suppeditant havd pavca V. C. Daniel Hejnsius in *Aristarcho sacro*, & Sixtinus Amama in *appendice ad paranesin de excitandis linguarum studiis*. Ego unum avt alterum tantum proponam.

Vox σαρκὸς apud Græcos scriptores profanos pro *corporis parte* aliqâ, unâ propriè, aliâ unâ & alterâ minus propriè, usurpari, monuit Galenus method. med. l. 10. συνεκδοχικῶς, pro *corpore toto* sumi, docet H. Stephanus *Lexic. Ciceron. Græco Lat.* *fructuum* etiam qorundam *pulpam* eâ voce designari, ex Theophrasti scriptis discimus. Atqi σαρκὸς nomine (qod pro αἵματος apud Hejnsium reponendum p. 211.) horum nihil intelligitur, ubi dicitur, Joanni, Evang. cap. 1. v. 13. οἱ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς. ubi ibid. v. 14. καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. ubi Pavlo ad Rom. c. 1. v. 3. ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. ubi cap. 3. v. 20. οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. ubi cap. 6. v. 19. διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς ὑμῶν. ubi cap. 7. v 18. οὐκ οἰκεῖ ἐν τῇ σαρκί μου ἀγαθόν: ubi cap. 8. v. 1. & 4. μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν. v. 5. οἱ κατὰ σάρκα ὄντες v. 6. τὸ φρόνημα τῆς σαρκὸς. v. 8 οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες. v. 9. οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκί. v. 13. εἰ κατὰ σάρκα ζῆτε. ubi ad Hebr. c. 5. v. 7. ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ubi ad Galat. c. 5. v. 19. τὰ ἔργα τῆς σαρκός. ubi ad Ephes. c. 2. v. 3. ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς qibus locis τὸ σάρξ nec eorum qos diximus, ullo, nec uno tamen modo sumitur; sed nunc pro ipso *homine*; nunc pro *humanâ naturâ*; nunc pro ejusdem *infirmitate*; nunc pro *vitiositate*; qia scil. בשר Hebraico ista designari consveverunt. Ecqem avtem mihi avtorem profanum dabis, qi formulas illas, in codicibus sacris, adeo freqentes, adeò familiares, ἐν σαρκὶ εἶναι, κατὰ σάρκα εἶναι, ζῆν, περιπατεῖν, στρατεύεσθαι, eo præsertim, qo Apostolus sensu, vel unicâ saltem vice usurpaverit? Adjici poterat his formula illa σὰρξ καὶ αἷμα, & αἷμα καὶ σάρξ, *caro & sangvis*, sive *sangvis & caro*; (qam Judæorum Magistris familiarem esse docet V. Cl. Drusius Annot. in N. T. part. alt.) Domino Christo, Matth. c. 16. v. 17. sed & Pavlo, ad Galat. c. 1. v. 16. & ad Eph. c. 6. v. 12. pro *homine*, sive *natura humana* (qo modo Sirachidæ c. 14. v. 15. γενεὰ σαρκὸς καὶ αἵματος est *genus humanum*) Apostolo avtem eidem ad Corinth. Ep. c. 15. v. 50. pro *naturâ corruptâ*, sive *corruptioni obnoxiâ* usurpata. Sed pergamus.

Τῇ σαρκὶ τὸ πνεῦμα in sacrâ pagniâ opponitur. ecqid avtem scriptoribus profanis πνεῦμα? *ventum* significat. idemqe, esto, denotet, ubi D. Christus Joannis c. 3. v. 8. τὸ πνεῦμα, ὅπου θέλει, πνεῖ. etiamsi

nuspiam

nuspiam alibi in N. T. paritèr usurpetur. *Flatum* sive *halitum* designat. idemqe, me Cajetano calculum sponte concedente, designet, in illis Jacobi c. 2. v. 26. τὸ σῶμα χωρὶς πνεύματος νεκρόν. pro *afflatu* sumitur. Et per me licet, sumatur Act. c. 20. v. 22. δεδεμένος τῷ πνεύματι. cæterum, qia latiùs longè patet Hebræorum רוח qam Græcorum πνεῦμα, prout apud avtores profanos usurpatur; ut huic respondeat, cum idoneum magis nihil occurreret, aliis planè sensibus ac notionibus exprimendis scriptores sacri adhibuerunt. Hinc illa, Joannis c. 4. v. 24. πνεῦμα ὁ Θεός. & c. 1. v. 31. τεθέαμαι τὸ πνεῦμα, & v. 33. ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι. & c. 3. v. 6. τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστι. & c. 7. v. 39. οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. & Hebr. c. 1. v. 14. λειτουργικὰ πνεύματα, & c. 12. v. 23. πνεύματα δικαίων τετελειωμένα, & Marc. c. 3. v. 11. τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα. & Thess. Ep. 1. c. 5. v. 23. τὸ πνεῦμα, καὶ ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα. & Rom. c. 8. v. 1. οἱ κατὰ πνεῦμα περιπατοῦντες & v. 5. οἱ κατὰ πνεῦμα ὄντες. & Gal. c. 6. v. 1. ἐν πνεύματι πρᾳότητος. & Cor. Ep. 1. c. 12. v. 10. διακρίσεις πνευμάτων. et alia innumera. qibus locis τὸ πνεῦμα nunc *numen* ipsum; nunc in numine, *tertiam*, qam dicimus, *hypostasin*; nunc *angelos*; nunc *dæmonas*; nunc *animam humanam*; nunc in animâ τὸ ἡγεμονικὸν, *mentem*; nunc *partem* animi *regenitam*; nunc *sanctificationis donum*; nunc *dotes* qasdam *peculiares*; nunc *animæ dispositionem* qamlibet, designat. qæ scriptoribus exoticis peregrina reverâ & extranea sunt.

Αἰὼν Græcis *seculum*, *ætatem*, *æternitatem* significat. Verum nostris, non hæc tantum, licet & hæc, sed *mundum* etiam ipsum, prout עולם Hebræis utrumqe denotat. hinc illa, Hebr. c. 1. v. 2. δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. & c. 11. v. 3. κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας. Sed & qod Apostolus Cor. Ep. 2. c. 4. v. 4. τὸν θεὸν τοῦ αἰῶνος τούτου nuncupat; qem Christus apud Joannem c. 12. v. 31. & c. 14. v. 30. & c. 16. v. 11. τὸν ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου. frustra enim sunt, in qibus est Irenæus *adv. Valent.* l. 3. c. 7. qem & Jo. Chrysostomus & Theophylactus sequuntur, qi qo hæreticorum cavillationes eludant, de Deo verè dicto intelligi volunt utrumqe conjunxit Apostolus idem Ephes. c. 6. v. 12. ubi dixit τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ κόσμου τοῦ αἰῶνος τούτου. Qin & κόσμος pro totâ *mundi fabricâ* Græcis est familiare, & peculiaritèr qandoqe pro *cælo*. At sacris scriptoribus, præter mentem istam, variè admodum adhibetur; nunc pro *hominibus mundi* ipsius *incolis* generatim sumptis, sive pro *genere humano*, Joan. c. 3. v. 16. οὕτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον. i. e. ut rectè Calvinus, *genus humanum*. inde qæsita in

τ' ἀμφιβολίας elegantia eidem c. 1. v. 10. *ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. in mundo fuerat is, per qem conditus est mundus; nec tamen eum norat mundus.* nunc pro *mundi amasiis*, hominibus impiis improbisqe, de qibus, Joan. c. 15. v. 19. *μισεῖ ὑμᾶς ὁ κόσμος*. et c. 17. v. 9. *οὐ περὶ τοῦ κόσμου ἐρωτῶ*. et Joan. Ep. 1. c. 5. v. 19. *ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται.* inde formæ illæ *ἀντιδιαζευκτικαὶ, εἶναι ἐν τῷ κόσμῳ* et *εἶναι ἐκ τοῦ κόσμου*. Joan. c. 16. v. 19. 33. & c. 17. v. 11, 14, 16. nunc pro *gloriâ, potentia, opulentia*; qibus homines imprimis operam dare solent. unde illud Apostoli, Gal. c. 6. v. 14. *ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, κἀγὼ τῷ κόσμῳ.* & Joan. Ep. 1. c. 2. v. 15. *ἐάν τις ἀγαπᾷ τὸν κόσμον, οὐκ ἔστιν ἡ ἀγάπη τοῦ πατρὸς ἐν αὐτῷ.* Alia ad navseam etiam adjungi & coacervari poterant. Verum ista impræsentiarum sufficient; qæ et ideò selegi magis, qia ex istis qædam singulis ferè paginis occurrunt.

Verum de istis seorsum infra videbitur. Interim qæsitum secundum aggredior, qo qæritur, *scriptores illi veteres, si revivistant, utrum Apostolorum & Evangelistarum scripta intelligere possint.* Hoc tu asseris: Et præsumpto priore (qod nondum tamen satis firmatum est) niti adfirmas. *Sect.* 134. Ego verò exadversum tibi hac in parte consisto denuò.

Ac primò, nego tibi illos, qâ Græcos Græciqe sermonis purioris duntaxat gnaros, potuisse multa in sacris codicibus posita intelligere, qum partim *Latina*, partim *Hebraica* sint Græcis freqenter immista, qalia non pavca supra dedimus.

Tum nec in rem tuam fore contendo, etiamsi hoc tibi concessum esset. Etiamsi enim dictio minus pura foret; fieri tamen posset, ut intelligerent etiam illi, qi lingvæ puriori duntaxat essent assveti. Cicero avt Salvstius, si reviviscerent, an non in scriptis Scholasticis, Boethio stolidè tributâ *scholarium disciplinâ, epistolis obscurorum virorum*, aliisqe ejusmodi, qisqiliis, an sterqiliniis dicam? Ennianis certè appellatione istâ dignioribus, (nisi sicubi voces exoticæ occurrerent) pleràqe intelligere possent? ecqis tamen scripta hæc, avt purè Latina, avt non etiam impurissima atqe inqinatissima, dixerit? Qod tamen non ita accipi velim, ac si scripta sacra cum putidis illis lacunis, vel cloacis etiam, committam; sed ut ostendam, non si prisci illi intelligere possint scriptum Græcanicè qippiam, inde confici necessariò, ut purè Græcâ illud conceptum sit. Imò missis (si id minùs placet) sterqiliniis illis, Apulejum unum, è seqioris ævi scriptoribus

 seligamus.

seligamus. Hunc Tullius, si ad vivos redire concederetur, qin maximâ ex parte intelligeret, nullus ambigo. nec tamen stylum Apulejanum ideò purè Latinum avt Romanum esse assentiri qisqam me adegerit. Adjicere poteram Irenæi Lugdunensis Episcopi libros adversus sui temporis μυθοποιὺς ϗ μυθολόγυς conscriptos. hos nemo non intelligat satis, qi Latinè qicqam norit, nec qisqam tamen lingvæ utriusqe peritus, dictionis phrasin purè Romanam, ac non planè Græcanicam potiùs dixerit. Unde etiam facilè constare poterat, etiamsi apud Epiphanium scripti hujusce ἀποσπασμάτα, vel πλῆον magis, satis ampla & prolixa non superessent, avtorem lingvâ Græcâ scripsisse; nec opus ipsius primigenium, sed versionem esse duntaxat, qam in manibus habemus. Qin & Demosthenes avt Plato redivivi, si in scripta sacra inciderent, multa dubio procul intelligerent, qæ usus Græci non esse intelligerent tamen.

Verum urges *sect.* 135. &c. *Pavlum cum Græcis locutum frustra, ni ab eis posset intelligi. qodsi ab illis, qibuscam agebat, qidni & à priscis pariter illis, si ad superos reverterentur?* At ego tibi illud facile concessetim. et nego tamen firmam satis esse conseqentiam. Apostoli siqidem temporibus declinare cœperat lingva Græca, & à puritate priscâ havd parum desciverat, dum exoticas tum dictiones, tum & phrases Italas, Siculas, Syras, Pœnas, alias, partim imperii, partim commercii diuturni ratione usuqe admiserat. Ut ne adjiciam, minus purâ concepta, ab imperitis & plebejis, qibus non minùs qam sapientioribus & peritis rerum ac sermonis, debitores se agnoscunt scriptores sacri, sæpenumerò meliùs intelligi, qam si purissimâ & elegantissimâ conciperentur, qo Sect. 140. objectioni obviam eatur.

Cæterum etiam literatissimis illis remoram non rarò objiceret, acceptionum formularumqe, qarum superiùs mentio facta est, occurrentium subinde insolentia; qo minùs multa adeo expeditè comprehenderent, avt sensum etiam literalem, qam vocant, facilè expiscarentur. Et ex eis etiam qæ probè satis intelligerent, avribus forsan insolentia acciderent non pavca. Demosthenes certè ipse in scriptis Pavlinis hæreret qandoqe; pluresqe fortasse salebras offenderet, qam facilè conjecerit, nisi qi rationem apud se pensiculatiùs putaverit, uti pavlo post ostendemus.

Sed ad Bezæ de sermone Apostolico dissertationem, qam *annotationibus* in Act. c. 10. subjecit, provocatur. sect. 136. Næ tu, Pfocheni,

cheni, valdè imprudentèr, & inconsultè facis, dum ad eum provocas, qi jam olim litem contra te eo ipso in loco deciderit. cujus ego sententiam, cum prius adducere potuissem, qæ causæ tuæ jugulum, non impeteret tantum, sed confoderet planè; in hunc tamen locū reservatam malui, qo tuis temet telis confectū haberes, et cōtra te jam (qod leguleii ajunt) *in Carta rectus* consisteret, nec respui posset, qem pro te ipse vel testē adduxeras, vel Patronum advocaveras, vel avtorem lavdaveras, vel arbitrum judicemve cavsæ tuæ statueras. Avdi ergò Bezam jam tuum; sed nihil minùs qam tuam, qod tu rere, cavsam agentem, avt pro te in lite istâ pronunciantem. *Qod attinet*, inqit, *ad sermonis Apostolici simplicitatem, eam ego qidem non modò non reprehendo, sed etiam non possum satis admirari. —dicam certè qod sentio, qi hac simplicitate pios animos magis afficiant, scriptores prorsus nullos extare. neqe de rebus ipsis loqor duntaxat, sed de verbis ac dicendi genere. —— Sed cur ista potius simplicitas placeret, qam ornata elocutio, gravissimas cavsas habuerunt Apostoli: atqe adeò, cur interdum etiam balbutiendum, atqe adeò solacissandum, cum vulgo putarent. Sic placuit Deo confundere hujus seculi sapientes, ut ex professo Paulus adversus Corinthios illos disertulos disserit. Deinde res erat illis maxima ex parte cum rudibus ac plebejis hominibus: qorum sermonem siqis ad Grammaticorum avt Rhetorum praecepta exegerit, ineptè profectò fecerit. Ut avtem Hebraismos permiscerent, non modo hac cavsa fuit, qia Hebraei erant, (potuisset enim Spiritus sanctus hoc qicqid erat in ipsis emendare, si displicuisset) sed qia cum de eis rebus disserent, qæ Hebraicis literis erant traditæ, necesse fuit multa retinere, ne doctrinam qampiam novam afferre viderentur. et certè tam multos Hebraismos ab illis servatos fuisse minimè miror; qum pleriqe sint ejusmodi, ut nullo alio idiomate tam feliciter exprimi possint: ut nisi illas formulas retinuissent, nova illis interdum vocabula, & nova dicendi genera comminiscenda fuerint, qæ nemo planè intellexisset.* Hæc ille, qibus nos & ista consignabimus: hoc tantum adjecto (qod & superius attigeram, *Hellenismos* cum nonnullis, an *Hebraismos*, ac *Syriasmos* cum aliis, magis idoneè forsan, dixerimus; phrases formulasqe & vocabulorum significationes intelligi, qæ *Orientalium linguarum, Hebraea Syrave idiotismum redolentes*, apud Græcos scriptores, Asiaticos presertim atqe Alexandrinos, seculi ut plurimùm inclinatioris duntaxat, in usu communi deprehenduntur.

CAPUT. VI.

Minus idonea paradigmata plurima Pfocheniana; cum & varius usurpata, nec tam clara Hebraismi vestigia præferant. Temporum enallage nulli non lingvæ communis. Enallage ex usu peculiari in nonnullis. In Hesiodo aliisqe qibusdam explicandis lapsum videri Pfochenium. *Aoristus sæpe notat qod fieri consveverit. De Ioan.* 11.37. *ab Hejnsio discessum. Mar.* 15.6. *ex Matthæo explicatus.*

IAm ad *selectiora* (uti ipse *Sect.* 30. appellat) *exempla* accedo; qibus de qæstione primâ ratiocinationis assumptum (*eisdem* nimirum *phrasibus verbisqe locutos Græcos scriptores profanos, qibus & N. T. scriptores*) *ad oculum demonstrare* conatur. Adversus qæ prima nobis esto præscriptio ista. *selectiora* parum meritò dici horum non pavca, præ eis, qæ nos ante attigimus. qalia & plurima alia poterant exhiberi, & nos deinceps exhibebimus obiter nonnulla. partim qia Hebraismum qædam minus clarum exhibent, qem illa palam præ se ferunt; partim qia rarius interveniunt nonnulla, qum illa singulis materiis sint intercalaria, & nusqam ferè non occurrant.

Siqidem qæ primâ in facie collocantur, *sect.* 31, 32, 33. de *temporum enallage*, qâ *præsens pro futuro*, *præteritum pro præsenti*, vel etiam *pro futuro* ponitur, id duntaxat nobis ferè repræsentant, qod nullius non lingvæ est communis affectio. qanqam exterorum avtoritates adductæ havd ita appositæ forsan censeri possint nonnullæ. Nam qod ex Demosthene, ἀπείληφα, ἀντὶ τοῦ ἀπολαμβάνω, ex Luciano, μέμνημαι ἀντὶ τοῦ ἀναμιμνήσκω, adducitur, non tam à lingvæ usu generali, qam à verborum istorum ratione peculiari profluere videtur. atqe in altero, eo magis, qia præsens in istâ significatione (poetas si semoveris) nusqam ferè reperitur. qâ ratione & *memini*, & *odi*, apud Latinos, cum præteriti formam habeant, præsentis significationem obtinent, qis forma præsentis, qæ in usu sit, nulla est. sed & peculiari locutione *novi* & *noveram* iidem familiariter dicunt,

&illud,

& illud, qod præteriti perfecti, hoc, qod plusqam perfecti, ut vulgò appellitant, formam gerit, præsentis ac imperfecti loco plurimùm usurpant; cum tamen & *nosco* & *noscebam* utrumqe legatur. Tum in Hesiodi illo,

ἔργων ἀντ᾽ ἀδίκων χαλεπὴν ἐπίθηκεν ἀμοιβήν,

non existimo necessarium esse, ut ἐπίθηκεν, ἀντὶ τοῦ ἐπιθήσει sumatur. ego malim reddere, *pœnam*, sive *retributionem gravem solet exhibere*: ut sit ἐπίθηκεν, ἀντὶ τοῦ ἐπιθέναι εἴωθε, ἐγὼ, φιλεῖ. hoc enim sensu ἀόριστα illa creberrimè usurpantur. Sic enim Homerus Odyss ξ. v. 464. de vino;

—— ὅς τ᾽ ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ᾽ ἀεῖσαι.

ad canendum impulit. i. e. *impellere assolet.* et Hesiodus ipse v. 238.

Τοῖσιν δ᾽ οὐρανόθεν μέγ᾽ ἐπήγαγε πῆμα Κρονίων.

Jupiter ipse malum induxit grave cælitus illis.

i. *inducere solet*; *sæpenumero inducit.* qod proximè dixerat.

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ.

Sæpe mali unius pœnas urbs integra pendit.

Demosthen. Olynthiac. 2. Ὅταν ἐκ πλεονεξίας καὶ πονηρίας τις ἰσχύσῃ, ἡ πρώτη πρόφασις καὶ μικρὸν πταῖσμα ἅπαντα ἀνεχαίτισε καὶ διέλυσεν. *ubi vires qis per avaritiã malasqe artes acqisivit, prima qæqe occasio, & offensio levissima, excussit omnia & dissolvit.* i. e. *excutere & dissolvere solet.* Isocrates ad Demonicum: ταῖς τῶν φαύλων συνηθείαις ὀλίγος χρόνος διέλυσε. *Improborum consvetudines exiguum dirimere solet temporis spatium.* Et rursus: Κάλλος, ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανεν. *formam vel tempus absumere, vel morbus corrumpere consverit.* Hæc ubi chartis illeveram, virum literarum Græcarum peritissimum deprehendi, plane de hoc ipso, qem Pfochenius adduxit Hesiodi loco paria mecum statuentem, in *append. de Dialect.* c. 6. qo loco & geminam planè ex Homero *Il.* δ sententiam profert de numinis vindictâ, in qâ explicandâ ab Eustathio, qi eodem cum Pfochenio istic inclinat, discedens, in partes nostras pedibus it.

Εἴπερ γάρ τε καὶ αὐτίκ᾽ Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν,
Ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ· σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν,
Σὺν σφῇσιν κεφαλῇσι, γυναιξί τε, καὶ τεκέεσσιν.

ubi ἀπέτισαν, pro ἀποτίνειν εἰώθασιν, ut Hesiodo ἐπίθηκεν, pro ἐπιθέναι εἴωθεν, dictum, rectè vult Stephanus. qi & inter multa alia qæ congessit ibidem exempla, subjungit & Homeri illud ex *Il.* α.

 Ὅς κα

Ὃς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.

h. e. ἔκλυον εἰώθασι.

Qui Diis paruerit, hunc præcipue exaudiebant.

i. e, *exaudire consueverunt.* Eodum modo Christi illud Joan. c. 11. v. 33. εὐχαριστῶ σοι, ὅτι ἤκουσάς μου, exponit V.C. Hejnsius in *Aristarcho* suo. cap. 24. ἤκουσας, ἀκούεις, vel ἀκούειν εἴωθας. qod hoc tamen loco neqicqam necessarium videtur. nam qod ex Tertulliano affertur, qi verterit, *Gratias ago tibi, qia semper me exaudias*; videtur is locum strictim citando, incisa duo in unum contraxisse, ne iteratò idem poneret. Habetur libri adversus Praxeam cap. 23. Verum pari prorsus citra controversiam modo locutus est Marcus Evangelista, c. 15. v. 6. Κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον. pro eo qod Mattheus c. 27. v. 15. Κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθει ἀπολύειν ἕνα δέσμιον τῷ ὄχλῳ. *solvebat*, inqit ille, qod iste, *solvere solebat.* Eundem & temporis futuri verborum usum apud Hebræos observat vir doctiss. Simeon de Muis in sacris variis, c. 11. *E consuetudine* scil. *idiomatis Hebraici, verbo futuri temporis, rem, qæ fieri soleat, freqenter atqe eleganter exprimi.* ita ישתה & ינחש *bibet & augurabitur.* Gen. c. 44. v. 5. interpretatur is, *bibere solet*, et, *augurari solet.* itaqe locum sic παραφράζει, *Qem surripuistis scyphum, is est, in qo potare herus meus, & ad se venientium fidem experiri solet.*

CAPUT. VII.

De Phil. 1. 23. disceptatur. Hebraismus ei à Pfochenio affictus. ἀναλῦσαι, ἀντὶ τοῦ ἀναλυθῆναι. *Infinita in* Kal *passivè sumi exempla Pfocheniana non probant. Indefinitè usurpata multa passivè possunt efferri. Historia 2. Reg. 21. 8. expenditur & explicatur. Nutrix mater dicta. Scaligeri* σφάλμα μνημονικόν. *at non genitrix. A Camio discessum. Locus 1. Annal. 3. 16. expenditur. A Junio discessum. Genuisse Nasoni dictus, qi adoptaverat. Piscatoris vacillatio & lapsus memorialis. Zedekiæ duo. Gen. 50. 23. explicatur, ex c. 30. 3. Locutiones syllepticæ. Hym. 91. 12. Num. 26. 59. 3. Reg. 1. 6. explicantur. Expenditur & explicatur locus*

subdifficilis

subdifficilis. 2. *Reg* 24.1. *Evlogii interpretatio rejecta. nec Theodoreti admissa. nec Pseud-Augustini.* Piscatoris *avdentior; etiam vix pia. Iunii supplementum minus necessarium. minus tamen avdax ipse* Piscatore, *a qo avdacia nomine notatur.* Piè *magis Doctores Iudæi. Veram videri interpretationem, ut verbum indefinitè sumatur; copula (qod sæpe fit) pro cavsali. Devt.* 32. 37. *expenditur & explicatur. Altare,* Dei mensa; *victima,* cibus. *Gen.* 41. 13. *&* 2. 20. *&* 15. 6. *&* 9. 6. *&* 48. 12. 3. *Reg.* 22. 28. *Luc.* 6. 38. *&* 12. 20. *locutiones indefinitæ.* לקרא *non passivè sumitur Gen.* 4. 26. *nec* כצרוף *Hymn.* 66. 10. *nec* באמר *Hymn.* 42. 4. *nec* אמר Prov. 25. 7. *Locus Tob.* 3. 13. *à Iunio parum rectè redditus. Versus* 6 *&* 7. *ibidem explicati.* ἀπολυθῆναι, *defungi. Ad* Philip. 1. 23. 2. *Tim.* 4 6. *redditur.* ἀνάλυσις, *resolutio. de morte usurpatur. Epicharmi verba apud* Plutarchum *restituuntur; Antoninum supplentur.* ἀνάλυσις, *dimissio. à gladiatoribus certamine exacto dimissis; vel vectoribus itinere confecto, lora solventibus* Beza. *Tertulliani varia lectio. aliud* καταλύειν, ἀναλύειν *aliud.* ἀπόλυσις *de morte. Matth.* 26. 24. *explicatur.* ἀνάλυσις, *reditus. Stobæus emendatur.* ἀνάλυσις, *migratio discessus.* ἔξοδος, *exitus transitus; de morte. à tentorii funes vel navis rudentes solventibus. tractum. cur* ἀναλῦσαι, ἀντὶ τοῦ ἀναλυθῆναι, *nulla ratio.*

SEct. 35. qod *pleriqe* dicuntur *tradere* Philip. c. 1. v. 23. *ex Hebraismo positum esse* τὸ ἀναλῦσαι ἀντὶ τοῦ ἀναλυθῆναι qinam illi pleriqe sint, ego plane sum nescius. neqe hactenus in aliqem, qi id tradiderit, incidi. Qod avtem ipse subdit, qo Hebraismi saltem speciem induat, *infinitiva & gerundia in Kal sæpe passivè usurpari*; sed & *gerundia Latinis passivè sumi qandoqe*; etsi qi negent non desint, evinci posse videtur. Cæterum *infinitiva Hebrais,* ubi cæteroqi verba ipsa non promiscuè usurpantur, in flexurâ

primâ

primâ *passivè sumi*, non evincunt, qæ istic allata sunt. Id qo liqidius elucescat, sic habeas. Hebræis solenne est verba sæpenumerò indefinitè usurpare; qæ passivâ formâ vertendo optimè expresseris. exempla pavca, sed illustriora dabimus.

De duabus Herodici Thessali natis Livius l. 40. *Theoxena multis petentibus aspernata nuptias est. Archo Poridi cuidam nupsit, & apud eum plures enixa partus, parvis admodum relictis omnibus, decessit. Theoxena, ut in suis manibus liberi sororis educarentur, Poridi nupsit; & tanqam omnes ipsa enixa foret, suum sororisqe filios in eadem habebat curâ.* De Micale & Merabe, Savlis filiabus, havd absimile qiddam refert historia sacra Reg. l. 2. c. 21. v. 8. *Accepit rex qinqe filios Micalis filiæ Savlis, qos peperit Hadrieli Barzillai filio.* nodus istic non unus. primò unde Micali proles, qæ ἄπαις defuncta dicitur. Cap. 6. v. 23. tum qomodo Adrieli ea prolem sustulerit, cui non ipsa, sed Merab soror ipsius est uxor data, Lib. 1. c. 18. cum Paltieli ipsa nupserit. Lib. 1. c. 25. v. 44. & l. 2. c. 3. v. 14. Priori solvendo Junius (qod & Piscator probat) *sororis* nomen interserit. ut sit *sororis Micalis.* qod firmatum it ex versu 19 ubi *Golias* idem dicitur, qi Paralip l. 1. c 20. v. 5. *Goliæ frater* perhibetur. cui adjici potest & illiud Jerem. c. 32. ubi Hanamael vers. 12. Jeremiæ *patruus* dicitur, qi vers. 8. ejusdem *patruelis*, sive *patrui filius* dictus fuerat. sed et qod Mattanias Jeconiæ *patruus*, sive *patris frater* perhibetur, Reg. l. 4. c. 24. v. 17. qi Annal. l. 2. c. 36. v. 10. ejusdem *frater* nuncupatur. At Chaldæus; *filios Merabis, qos educaverat Mical.* Hunc seqiuntur Judæi doctores plerige, Camius, Jajrus, Esajas, & Ezræ filius; qi ideo Micalis filios dictos volunt, qæ Merabis erant, qia illa educavit, & pro suis habuit. qod Archus liberis præstitisse Theoxenam retulimus. cui adjici poterit, qod *matris* nomine (id monente Nonio) *nutrix* qandoqe veniat. hinc Maro Æn. l. 8. de lupâ qæ Romulum Remumqe expositos nutricabat.

Geminos huic ubera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem.

Ad qem locum Servius, *Matrem. i. qasi matrem, cujus affectum pueris exhibebat. sanè etiam veteres nutrices matres vocabant.* Plavtus Menæch. prolog.

Ita formâ similes pueri, ut mater sua
Non internosse posset, qæ mammam dabat,
Neqe adeò mater ipsa, qæ illos pepererat.

qem

qem locum, puto, Jo. Scaliger in animo habuit, qum in *notis ad Maronis Cirin* scripsit, *Nutrix etiam mater Plauto in Mercatore; et obstetrix etiam mater eidem in Truculento.* sed *Mercatorem*, opinor, pro *Menaechmis*, per memoriæ lapsum posuit.

Sed restat alter scrupulus; qomodo illos Mical *genuisse* sive *peperisse* dici possit. Siqidem hac ratione *genitricem* à *matre* latinsculè sumptâ, ut nutricem etiam comprehendat, distingvi volunt Grammatici. Hunc ut eximant nonnulli, è qibus Camius, volunt *gignere*, vel *parere*, pro *educare* sumi. trahit horsum is illud ex historiolâ Ruthæ c. 4.v.17. *Naomiæ natus est filius.* qum eum illa tamen non pepererit, sed enutriverit duntaxat. v.16. verum aliud *gignere aliqem*, sive *aliqam, filium*; aliud *natum esse alicui.* nam & *nobis natus* dicitur Christus. Es. c.9. v.6. & Luc. c.2. v.11. & apud Juvenalem sat. 9. cui ope suâ patris nomen acqisiverat, patrono parasitus,

Qod tibi filiolus vel filia nascitur ex me.

Tum adjungit illud, Num. c.3 v.1. *Hæ sunt generationes Aaronis & Mosis*; cum Aaronis filii soli recenseantur. sed, *Mosis*, inqit ille, *perhibentur esse. qia sub Mose educati atqe instituti.* Sed & istud longiùs petitum videtur, & consangvinitatis ratione potiùs dictum, meritò censeatur.

Ad adoptionis itaqe ritum alii confugiunt. et *genuit* pro *adoptavit* dici volunt. Sic enim inqiunt, Annal. l.1.c.3.v.16. Jeconiæ *filius* Zedekias dicitur; cum iste tamen illius *patruus* existeret; successionis ratione. qomodo de Avgusto, qi adoptionis jure Julio Cæsari successit, Naso *Metamorph.* l.15.

Qam sua progenies; nec enim de Cæsaris actis
Ullum majus opus, qam qod pater extitit hujus,
Qam tantum genuisse virum, qi nominis hæres, &c.

Hoc enim volunt nonnulli, inter qos Junius ad Annal. l.1.c.3. & in *Parall.* l.1.c.2. & Brughtonus noster in *concentu Scrip.*. nam Piscator istic ἀλλοπρόσαλλος deprehenditur. siqidem in *Scholiis* ad Annales, *Tsidkia*, inqit, *filius ejus; scil. Jechoniæ; non naturalis, sed legalis, successor nempe in regno.* at in curis posterioribus idem, in *scholiis* scil. ad Matthæum, *Ego puto*, inqit, *in Chronicis recenseri duos Sedechias; qorum prior numeratur inter filios Josiæ. posterior verò inter filios Jehoiakimi: hunc posteriorem in locum Jechoniæ à Rege Babylonia suffectum esse; ac proinde propriè in loco citato* (nempe 2. Reg. 24. v.17.) *fratrem nominari.* Hæc ille. in qibus, de Jechoniæ successore

K

cessore qod statuit, ego ampliandum censeo. Leviculum est enim, qod bonus senex memoriâ lapsus, *fratrem* dicit in Regum historiâ nominari, qum illic diserte *patruus* dicatur. qod superius pavlò, aliâ occasione indicavimus. *Chronicorum*, qam appellant, historiam voluit, cum *Regum* lavdaret. Verum de duobus Sedechiis qod opinatur, scripturæ sacræ contextus mihi liqidò satis prodere videtur. Sic enim verba habent in stirpis Davidicæ genealogiâ producendâ; *Filii Josiæ, Primogenitus Johanan, secundus Joakim, tertius Tsedekias, qartus Shallum. Filii avtem Joakimi, Jeconias filius ejus, Tsedekias filius ejus.* Qo loco qare *Sedekias duos* in unum conflemus, rationem nullam video; præsertim cum *Ezechias* parites *duos* in eodem Capite Vers. 13. & v. 23. legamus Nec videtur destina satis valida locutio poetica, qæ sermonis historici interpretationem, coactiorem saltem, nullo alio tibicine suffultam sustineat. Nec hic itaqe locus locum istic obtinebit Ut nec illud insuper adjiciam aliam esse adoptionis, qa Julio Avgustus, qod Naso respexit, aliam successionis meræ, qâ Jeconiæ Sedekias suffectus est, existere rationem.

Illud forsan videri poterit, Chaldæi versioni firmandæ, non ineptum, qod Genes. c. 50. v. 23. etiam *filii Maciris filii Manassis nati* perhibeantur *super genua Josephi.* ubi *nati* sunt. pro *educati* sunt, positum videri possit. sed dictio potius est ἐλλειπτικὴ qod Junio visum. qi reddidit, *nati sunt & educati super genua Josephi.* vel συλληπτικὴ potius, *nati ponebantur*, sive *educabantur*, *super genua Josephi.* qomodo & Rachel de Bilhâ ancillâ suâ. Cap. 30. v. 3. *ut pariat super genua mea.* i. e. ut rectè Piscator; *ut pariat ponendos* (sive *educandos*) *super genua mea.* Junius: ut *partus ejus excipiam gremio, & tanqam meos habeam.* Chaldæus qem et Jajrus seqitur *pariat ea, & ego* ארבי *educam.* ut Esaiæ c. 1. v. 2. גדלתי *educavi. nam* רב et גדול freqenter pro eodem usurpantur. itaqe Ezræ filius cap. 50. ילדו exponit גדלו *educati sunt.* ubi Chaldæus; *Maciri nati sunt* ורבי *& educavit eos Joseph.* et Jajrus; *educati sunt*, sive *creverunt, inter genua ejus. super genua*, dixit Moses, qod *in manibus* Livius. altera phrasis à *nutricibus*, qi infantulos manibus gestant; qô allusum Hymn. 91. v. 12. altera à *parentibus*, sive *avis*, avt *aviis*, sumpta. qi filios avt nepotes parvulos, oblectamenti cavsâ, *super genua collocare* solent: qod Piscator adnotavit.

Verum expeditior mihi videtur de Micale extricandi via, qam et Brugtonus noster suggerit. ut verbum *gennit* indefinitè sumatur.

qos genuit, five *peperit qadam*, Merab nimirum. nos dicimus *lobleth ane bare*. i. e. explicatius loqendo, *qi geniti funt*. five, ut optimè in eam mentem Caftellio, *ex Adriele genitos*. fic Num. c. 26. v. 59. *Uxor Amrami Jocebed filia Levi, qam peperit Levi in Ægypto.* i. qam *peperit qadam*. uxor nempe ejus. i. e. *qa ei edita eft*, five, ut Caftellio, *ei in Ægypto natam*. nec eft opus cum Junio *uxorem* interfe-rere. Sic & Hiftor. Regum l. 3. c. 1. v. 6. de Adonia dicitur, *Et pe-perit eum poft Abfalomum*, cum tamen mater eadem utriufqe non fu-erit; fed Adoniæ Chaggitha, Abfalomi Maaca. Reg. l. 2. c. 3. v. 3, 4. itaqe Jun. *peperat eum* [*Chagagitha*] *poft Abfalomum* [*natum*.] noftri, *peperit illum* [*mater ejus*] *poft Abfalomum*. Caftell. [*a matre*] *poft Abfalomum genitus*. qi fi & illud, *a matre*, reticuiffet, (è qâ enim, nifi è matre gigni poterat?) hiftorici mentem abunde fatis expreffiffet. Abfalomo utiqe ætate, ficut minorem, ita proxi-mum, ac Salomone confeqentur majorem, Adoniam extitiffe. Sed ab hoc paradigmate, nobili fatis, ad aliud havd nobile minus tranfeamus. Hiftor. Reg. l. 2. c. 24. v. 1. *Ira avtem Jova ulterius accenfa eft adver-fus Ifraelem, & incitavit Davidem in eos. &c.* plurimùm hic fe tor-qent interpretes, qo modo Deus Davidem excitaffe dicatur ad id fa-ciendum, qod ipfi difplicuit, & de qo fupplicium in fuis à Davide ex-egit. nec novus hîc fcrupulus. Chriftophorum qendam olim cum ma-lè haberet, Evlogium Alexandrinum per literas de eodem confuluit, uti Photius avtor eft *Biblioth. Cod.* 230. Huic avtem refpondet Ev-logius, Græcum interpretem fecutus. fcripturam facram κυρίου i. *Do-mini*, fed & *Dei*, nomen tribuere qandoqe, non Deo vero, fed *Dia-bolo*, neqitiæ ac pravitatis principi. huc accerfit illud Chrifti *de do-minis duobus* Matth. c. 6. v. 24. & Apoftoli illud de *Deo hujus feculi*, ad Cor. Ep. 2. c. 4. v. 4. addit tamen, non tam κύριον, *dominum*, qam ὀργὴν κυρίου, *iram Domini* hîc dici, qi in Paralip. l. 1. c. 21. v. 1. *Diabo-lus* dictus fit. Verum folutionem iftam Photius nullus probat; qi Theodoretum aliofqe fanctos patres nodum iftum fælicius avtumat folviffe. Theodoretus ergo ipfe qid? ἐπέσεισε. τουτέστιν, ἐνδέδωκε, συνε-χώρησε· κωλύειν δυνάμενος, οὐκ ἐκώλυσε. τὴν συγχώρησιν ἐκάλεσεν ἐντολήν. *incitavit*, inqit, id eft, *permifit, commovit*. i. e. *conceffit: in pœnam populi, prohibere, cum poffet, non prohibuit. mandatum pro conceffione fumitur*. Hæc ille in Reg. l. 2. q 37. Utrumqe & Evlogii & Theo-doreti commentum in commentariolos fuos *in octateuchum* retulit Procopius Gazæus. At Avtor mirabilium S. fcr. qi Avguftini no-

 mine

mine proſtat, l. 2. c. 13. *Deum ipſum moviſſe* diſertè pronunciat, ob peccata populi. et diſertiùs, imò fidentiùs ὡς πλημμελέστερον Piſcator; *Incitavit, ipſe Jehova; nam apertè de Jehovâ utrumqe dicitur; qod ira ejus accenſa fuerit in Iſraelitas, & qod incitarit* Davidem, *dicendo. i. e. inſpirando. inſpiravit autem per Satanam, ut apparet ex collatione* 1. *Chron.* 21. 1. *h. e præcepit Satanæ ut inſpiraret. confer.* 1. *Reg.* 22. *v.* 22. verum iſta vix pronis avribus mens pia exceperit. nec adducta loca firmant ſatis. Interim avdaciæ reum Junium peragit, ipſe juſtò plus avdentior, qod vertit, *Qumqe incitaſſet adverſarius Davidem. avdax*, inqit, *ſupplementum; & qod ipſa verborum conſecutio reſpuit.* Ex Hebræis deniqe doctoribus R. David, & Levi; ad *cor*, ſive *cogitationem*, *Davidis* rejiciunt. ita tamen ut nec Deum prorſus excludant; cujus providentiâ reguntur ac diſponuntur univerſa: unde illud Joſephi ad fratres ſuos, *Non vos, ſed Deus me miſit huc.* Geneſ. c. 45. v. 10.

Cæterum ſunt reverâ coactiores interpretationes iſtæ univerſæ; nec ad κρησφύγετα iſta refugere eſt opus. expedita difficultatum harum exolvendi ratio futura eſt, ſi illud *incitavit* indefinitè ſumatur & reddatur; *incitavit* (*aliqis* ſcil.) *Davidem.* i. *David incitatus eſt, ad numerandum populum.* à qo, niſi a *Satanâ*, cujus mentio expreſſa in Annalibus ſacris; ubi hiſtoria eadem denuò narratur? qod tamen textui hoc in loco inſerctum non oportuit; ne amplius diceretur, qam Spiritus ſanctus, qo hiſtoriæ concinnator actus eſt, hoc loco dici voluerat. qod ſi *avdax ſupplementum* cenſeatur, qod nihil ſupplet, niſi qod alibi hâc ipſâ de re dictum ſit, qanto magis avdaciæ deputabitur, id Deo tribuere, qod nec iſtic nec illic etiam neceſſariò aſcribitur? Cavtiùs et religioſiùs Caſtellio; *Eo impulſus eſt David*, &c. In hac avtem interpretatione etiamſi lubens acqieſcam; ſubjiciam tamen qod penſiculatius iſta perpendenti ulterius mens ſuggerit. Hebræis *copula cauſſæ* notionem freqenter ſatis induit. Geneſ. c. 12. v. 1. ויאמר *Dixerat enim Jova Abramo.* Jun. Hymn. 60. v. 13. & 108. v. 13. *Exhibe nobis avxilium, qa ab hoſte tuti ſimus:* ושוא *vana eſt enim qam homo pollicetur, ſalus.* Eſaiæ c. 64 v. 5. *Ecce, tu iraſceris;* ונחטא *qia nos peccavimus.* Qidni & iſtic vertamus? *Ira avtem Jova rurſus excanduit adverſus Iſraelem: nam inſtigatus fuit*, avt, *eo qod inſtigatus fuerat*, *David adverſus illos, ut Iſraelem Judamqe recenſeri mandaret.* Ut Davidis in populo recenſendo lapſus, iræ divinæ flabellum, non flagellum prædicetur. ego certè, qod

obſtet,

obstet, nihil video: peritis tamen piisqe aliis pensitandum proposito, ad alia notæ congeneris jam pergo.

Devt.c.32.v.37. ויאמר *& dicet.* qæritur, qisnam iste, qi dicturus dicitur. R. Abraham Ezraides, *adversarius.* Vatablusqe itidem: *Qum dicet Hostis, ridendo vos.* nec alitèr Latinus interpres vetus (qem sequntur & Genevenses nostri) qi vertit. *& dicent: adversarii, scil.* Nic. Lyranus. vel, *alii videntes*; Hugo Cardinal, ut sint hostium & alienigenarum verba, populo Dei in captivitate illudentium. At Græci interpretes, καὶ εἶπε κύριος. qos qi sequntur, *Dei verba* volunt esse, vel *suos increpantis*; qomodò Judic. c. 10. v. 14. & Jer. c. 2. v. 28. & c. 11. v. 11, 12. qo Jajrus inclinare videtur; Procopius, & ab Oleastro palam concedunt: vel *gentibus insultantis*, qod Junio & Piscatori magis probatur. Joannes verò Calvinus vult esse *populi Dei, hostibus suis illudentis & insultantis, eosqe post liberationem suam qasi triumphantis.* Ego primis illis assentior. nec obstat interpretationi isti, qod avt *Dii* in plurali nominantur; qum pro more sic suo loqantur Ethnici, avt qod *victimis ac libaminibus vesci* dicatur: de Deo enim vero gemina censent cum eis, qæ de Deis suis opinabantur. Ut avtem rectè Calvinus observat, *verbum*, dicet, *indefinitè sumitur*: eodemqe redit, ac si dictum esset, *dicetur*. in eo tamen cum Oleastrio idem halucinatus, qod de *sacrificantibus* dictum existimet, *adipem victimarum comedisse eos, libaminisq́ vinum havsisse*, cum de *Deis* ipsis id dictum sit. hos enim victimarum suarum nidore, libaminumqe ac suffituum vapore, vesci illi existimabant. idemqe forsan eo magis de Deo vero sentiebant, qod & altare *mensa Dei*, & victimæ *cibus* Dei, in sacris dicta deprehendantur. Ezech. c. 41. v. 12 & c. 44. v. 16. & Malach c. 1. v. 12.

Genes. c. 41. v. 13. *Sicut interpretatus est nobis, ita fuit. me restituit in locum meum, illum verò suspendit.* at qis hoc utrumqe fecisse perhibetur? coactiùs nonnulli, qos commemorat Esraides, *Josephum fecisse*, qia *futurum prænunciaverit.* qomodo, *mundat* i.e. *mundum pronunciat*, sacerdos. Levit. c. 14. v. 11. Et Propheta, cum *extruere*, & *depangere*; tum & *diruere* & *extirpari* dicitur; qæ & qos vel extructum & depactum iri prædicat, vel demolitum & extirpatum iri denunciet. Jer. c. 1. v. 10. cum c. 18. v. 7, 9. atqe ita Jo. Burgesius noster *adv. Ames.* c. 4. S. 9 Meliori (opinor) consilio, alii ad *Pharaonem* referunt, cujus & nomen textui ipsi Junius inseruit. qod minus tamen necesse fuit. Vertere poterat, *ego restitutus, ille vero suspensus*

ſpenſus eſt. ut in margine Hebraiſmum adnotaret, *reſtituit, & ſuſpendit*, indefinitè uſurpatum utrumqe; atqe ita Græci, οὕτω καὶ συνέβη, ἐμέ τε ἀποκαταςαθῆναι ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἐκεῖνόν τε κρεμασθῆναι, *ita etiam contigit. & me reſtitui, & illum ſuſpendi.* licentiùs pavlo Caſtellio: *ejus interpretationem, & me in integrum reſtituto, & illo in crucem acto, eventus comprobavit.* Optime Jajtus. *Reſtituit, Pharao* ſcil. cujus mentio ſuperius facta. Cap. 40. v. 2. *Eſt defecta locutio. neqe enim exprimit qis reſtituerit; nec id vero opus erat. ſatis fuit dicere, reſtituit, is ſcil. cujus in manu ſitum erat; iſte avtem fuit Pharao.* pariqe modo ſcripturas ejuſmodi defectivas accipere oportet; ut ii feciſſe intelligantur id qod dicitur, qorum muneris vel poteſtatis erat id exeqi.

Geneſ. c.2.v.20. *& nuncupavit Adam pecudem qamlibet, & volucrem, & beſtiam: ſed non invenit Adamo avxilium idoneum. non invenit* indefinitè. i. *non eſt inventum.* Græci, οὐχ εὑρέθη. qomodo qod Cap. 15. v.6. de Abrahâ dictum eſt, *Credidit Deo, & reputavit illi in juſtitiam*, reddunt cum iidem, tum & Apoſtolus, Rom. c. 4. v. 3. & Gal. c.3.v.6. καὶ ἐλογίσθη, *& reputatum eſt.* ſed nec ineptè Junius; *non aderat. non inveniri*, pro *non adeſſe, non eſſe*, Hebræis familiare.

Sic cap 9.v.6. *qi effundit ſangvinem hominis, per hominem effundetur ſangvis illius: qoniam ad imaginem Dei fecit hominem* ad ſenſum rectè Junius *ad imaginem ſuam hominem fecit* [*Deus*] malim tamen, ut dictionis ſyntaxis retineatur, *ad imaginem* Dei *factus eſt homo.*

Hiſtor. Reg. l. 3. c. 22. v 38. *et immerſit currum ejus* (Achabi in prælio occiſi) *in piſcinâ Samariticâ, & linxerunt canes ſangvinem ejus, & laverunt arma ejus. immerſit, aliqis* ſcil. (neqe neceſſe eſt, ut cum Junio *avrigam* dicamus) i. e. *currus immerſus eſt.* ita Camius, *immerſit, immerſor* ſcil. ſive *is qi immerſerat. ſicut*, Geneſ. c.48. v.1. *dixit Joſepho.* & ibid. v. 2. *& nunciavit Jacobo. aliqis*, ſcil. pro eo qod eſt, *dictum eſt Joſepho; nunciatum eſt Jacobo, & laverunt arma*, qibus id ut facerent obvenerat, ſcil. i. *lota ſunt.* qanqam dictio iſtic eſt ambigua. itaqe pro eo qod *arma* Chaldæus, & cum eodem *conſentientes* Camius & Jajtus; *meretrices* exponit Levi Gerſomides, & Græci πόρναι.

In Novo Inſtrumento. Lucæ c.6. v. 38. *menſuram bonam dabunt in ſinum vobis.* i. *dabitur vobis menſura bona.* vel ab hominibus, vel a

Deo

Deo ſaltem. Et cap. 12. v. 20. *hâc nocte repetent à te animam tuam.* i. *ea a te repetetur.* neqe enim deſignatur, per qos id futurum ſit. Sed & illud cap. 16. v. 9. ἵνα δέξωνται ὑμᾶς. *ut recipiant vos in æterna tabernacula.* qidni commodiſſimè reddi poſſit? *ut recipiamini.* Videatur Piſcator in *ſcholiis* ad locum. Apocal c. 12. v. 6. *habuit mulier in eremo paratum ſibi a Deo locum, ut alerent eam.* hoc eſt, (qod diſertè dicitur. v. 14.) *ut ibi aleretur.* ab eis ſcil. per qos id ut fieret à Domino eſt proviſum.

His defixis, ad Pfochenij exempla accedo, Primus qem adduxit, locus eſt Geneſ. c. 4 v. 26. ubi לקרא vult paſſivè ſumi. atqi ego illud Pfochenio nullus conceſſerim. de variis loci interpretationibus nihil dicam. ad verbum ſic habet. *Tum captum eſt* (ab hominibus nempe piis, in corpus qoddam à fæce ſeculi ſecretis) *invocare nomen Jovæ.* neqe enim *nomen* ad *captum* refertur; qod & Abraham Ezræ monuit. Optimè Hieron. in qæſt. Hebr. *Tunc initium fuit invocandi nomen Domini,* nam qod Junius reddidit, *tunc captum eſt invocari nomen Jehovæ.* ſenſum, non ſyntaxin ſecutus eſt: qod & in margine monitum voluit. neqe Pfochenius ipſe, qia Sect. 65. ὅσα ἀφελόμενος, vertit, *qæ erepta,* & ὡς οἰκεῖα παραδιδόναι, *ceu propria tranſmitti,* ideò ab Halicarnaſſeo, avt participium illud, avt verbum iſtud, paſſivè ſumi avtumabat.

Alter locus eſt ex Pſalm. 66 v. 10. *Conflaſti nos, Domine,* כצרוף *ſecundum conflare,* (i. e. *ut conflatur,* ὡς πυροῦται LXX.) *argentum.* poterat qis eo confugere, ut diceret, *ſecundum conflare,* eſſe *ſecundum conflationem argenti.* ſicut *velle* pro *voluntate* ſumitur, *vivere* pro *vitâ,* verum nec id opus. infinitum indefinitè uſurpatur. *ſecundum conflare,* i. *perinde ac conflat aliqis,* avrifex, an qis alius, *argentum.* qod tamen rectè cum Junio vertas, *ut conflatum argentum.* Optimè Piſcator: Hebr. *ſecundum conflare argentum.* i. e. *ſicut conflant argentum. imperſonalis locutio.* qanqam indefinitam nuncupare præoptem.

Tertius locus eſt Pſalm. 42. v. 4. *Sunt Lachrymæ meæ cibo mihi interdiu & noctu,* באמר *dum dicitur mihi, ubi eſt Deus tuus?* ſenſus non diſplicet; ſed nec μετάφρασις ad verbum tamen, *in dicere,* idem eſt ac ſi diceretur, *cum dicunt.* Nec aliud de loco noviſſimo cenſendum, ex Prov. c. 25. v. 6. טוב אמר *ſatius eſt, ut dicatur,* (ad verbum tamen, *ut dicat*) *tibi.* rectè Piſcat. *Hebr.* *Dicere tibi.* i. e. *ut dicat tibi.* ſcil. *magiſter aulæ;* *Sive etiam à καλέσαντος, is qi invi-*

tavit

tavit te, ut Dominus Lucæ c. 14. v. 10.

Eadem est ratio, qo ad seqentia viam muniemus, voti illius, qod Raguelis filia Sara concepisse perhibetur, in hist. Tobiæ c. 3. v. 13. εἶπον ἀπολῦσαί με ἀπὸ τῆς γῆς qod Junius minùs commodè reddidisse videtur; *Dicens, ut liberes me ab hâc terrâ* qasi vel εἰπών scriptum sit; vel εἶπον, qid ea *dicat*, indicet. cum insinuet potius, qid Deum *edicere* velit. ab εἶπα εἶπον in imperandi notione; ut ab ἔτυψα τύψον. sed fefellisse virum doctissimum simul ac diligentissimum videtur, distinctiuncula post εἶπον in editis posita; qæ omnino furcillanda est ad verbum sic sonat, *edicito dimittere me à terrâ istâ.* ubi *dimittere* indefinitè sumitur:, & sensus est, *ut dimittar.* qo modo Tobias pater supra versu 6. ἐπίταξον ἀναλαβεῖν τὸ πνεῦμά μου, ὅπως ἀπολυθῶ, καὶ γῆ γένωμαι. *Præcipe recipere Spiritum meum.* i. e. *ut recipiatur Spiritus meus*; *qo dimittar*, vel *absolvar, & in terram redigar.* corpus scil. qod attinet. prout Marcus Imperator, *commentar. l 6. S. 9.* Τί δέ μοι καὶ μέλει ἄλλο τινὸς, ἢ τοῦ, ὅπως ποτὲ γαῖα γένωμαι; *qid mihi aliud curæ fuerit, qam ut aliqandò terra fiam?* et versu proximo: ἐπίταξον ἀπολυθῆναί με τῆς ἀνάγκης ἤδη εἰς τὸν αἰώνιον τόπον. *Præcipe dimitti, sive absolvi me*, i.e. ut *dimissus* sive *absolutus, à necessitate istâ* concedā) *iam in locū æternū.* ἐπίταξον dicit hîc, qod εἶπον ibi. ἀπολυθῆναι hîc (sicut de Aarone, Nū c. 20. v. 29. ἀπελύθη Ἀαρὼν, dicitur, pro eo, qod est, *defunctus*, sive *mortuus est.*) qod ibi ἀπολῦσαι, sed indefinitè, sicut & τὸ ἀναλαβεῖν, sumptum; nec secus in simili ferè sententiâ, ἀπαιτοῦσι Lucæ c. 12. v. 20. de qo loco supra diximus.

Atqe ita demum ad locum illum supra adductum ex ad Philipp. c. 1. v. 23. revertimur. ubi τὸ ἀναλῦσαι affirmat Pfochenius optimè exponi posse per *reverti.* et istud pavlisper dispiciamus. Est enim locus insignis: sed in qo Hebraismus mihi, cæcutienti forsitan, hâc saltem in parte, nullus omnino relucet. Verba sic habent. ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι· cui & geminum ejusdem adjicere liceat, ex ad Timoth. Ep. 2. c. 4. v. 6. ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. qibus in locis qid τὸ ἀναλῦσαι, qid ἡ ἀνάλυσις, significet, inter eruditos havd perinde convenit. interpretamenta illustriora discutere, havd infrunitum (spero) censebitur.

Ἀνάλυσις itaqe qatuor plurimùm significata habet. primo *resolutionem, dissolutionem, solutionem* compositi alicujus designat. atqe ita reddidit vetus interpres in illo ad Timoth. ἡ γὰρ ἀνάλυσις τῇ συνθέσει opponitur ut rectè Budæus. De Penelopes telâ, qæ proverbio locum fecit, Homer. *Odyss. β.*

ἔνθα καὶ ἠματίη μὲν ὑφαίνεσκε μέγαν ἱστόν·
Νύκτας δ᾽ ἀλλύεσκεν ———
Hic magnam illa die texebat sedula telam:
Nocte resolvebat. ———

Eô allusisse videtur Plutarchus lib. de *Oracul. def.* verbis illis, Ἐπάγει τὴν φθορὰν ἐνίοις καὶ στέρησιν ἡ φύσις, μᾶλλον δ᾽ ἡ ὕλη στέρησις οὖσα, ἀναφέυγει (ἀνυφαίνει, Xylander leg.) πολλάκις καὶ ἀναλύει τὸ γινόμενον ὑπὸ τῆς κρείττονος αἰτίας. Qibusdam interitum & privationem natura infert; vel materia potius privationi obnoxia, retexit & resolvit id qod à cavsa prestantiori extiterat. atqe hac ratione *morti* aptè satis tribuitur ἀναλύσεως appellatio. sicut enim creatio, sive procreatio, συνθέσεως; ita obitus ἀναλύσεως rationem habet. notum est Epicharmi illud. Συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη· καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε, πάλιν· γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ᾽ ἄνω. τί τῶνδε χαλεπόν; οὐδὲ ἕν. ita enim sunt restituenda, qæ in Plutarcho, *ad Apollon. consolat.* vitiata exhibentur. *Concretum est, & discretum est. eodemqe revenit, unde venit. sursum spiritus; ad terram terra. Ecqid horum grave? nihil qicqam.* cui consonat M. Antonini Imper. illud commentar. l. 4. S. 5. vocula modô, qæ intercidit, restituatur. Ὁ θάνατος τοιοῦτος, οἷον γένεσις. σύγκρισις ἐκ τῶν αὐτῶν στοιχείων, [καὶ] εἰς τὰ αὐτὰ [διάλυσις.] *Mors ejusmodi qiddam est, qale genitura. hac enim ex eisdem ipsis elementis concinnatio, in qa eadem illa dissolutio est.* Emendationi Marcus ipse præit, qi l. 2. S. 17. *mortem* pronunciat, οὐδὲν ἄλλο, ἢ λύσιν τῶν στοιχείων, ἐξ ὧν ἕκαστον ζῶον συγκρίνεται. qin & Platoni *in Gorgiâ*, (referente & Clemente, *Stromat.* l. 4.) Ὁ θάνατός ἐστι τῆς ψυχῆς καὶ σώματος διάλυσις. sive, ut idem *Phædone*, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. *Mors est solutio compagis humanæ, qæ animo corporeqe constat. Et separatio atqe exolutio animi à corpore.* de qo etiam Sosibius apud Stob. tom. 2. c. 119.

——— ἀναλύεται
Τὸ σῶμα πάλιν ἔρημον. ———

——— *post animæ fugam,*
Dissolvitur corpus relictum. ——— Et omnium disertissimè avtor vitæ Homericæ, (qi Plutarchi nomine censetur) poetam ait verbis illis, Iliad. η. v. 99.

Ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.
Vos in aqam & terram cunctos convertier opto.

σημαίνειν ἀνάλυσιν εἰς τὰ γεννητὰ στοιχεῖα τοῦ παντός, *resolutionem* (qæ

 morte

morte fit interveniente) *in genitalia totius elementa designare.* de qo etiam videri possunt Hesychius, Evstathius, Plutarchus adv. Epicur. et Alexander. problem. l. 1. q. 75. Hac ratione forsan de Pamphilo Martyre Photius dixit, cod. 118. subiisse illum τὴν διὰ πυρὸς ἀνάλυσιν. Atqe ita τὸ ἀναλῦσαι cepit hîc vetus Interpres, qum vetit, *dissolvi.* qem Jo. Calvinus etiam & Tigurinus sequntur.

Secundò ἀνάλυσις *dimissionem* significare qibusdam censetur. atqe ita vertit Theod. Beza. Ep 2. ad Timoth. c. 4. v. 6. ut *allusio* sit *ad gladiatorum certamen, qi victoriâ demum potiti in ipsâ ex certamine dimissione coronabantur.*

Qin & istic εἰς τὸ ἀναλῦσαι, idem reddidit, *ad dimissionem*; sed allusione aliâ potiùs probatâ. *Metaphora est*, inqit, *ab eis sumpta, qi curru vecti, qum ad locum destinatum pervenerunt, καταλύειν dicuntur, qod eqorum loca & vincula solvere consueverunt atqe ita qoqe verbum ἀπολύειν activè accipitur hoc ipso sensu* Luc. c. 2. v. 29. *Et pro dimittere, sive abeundi copiam facere* Luc. c. 9. v. 10. Hæc ille, qibus & Syri מפטר astipulari videtur; qod *dimittere* significat; unde & הפטרה *dimissio*, qâ populo abeündi facultas datur in synagogis post lectionem prophetarum. favet &, qod Tertulliani à Rigalrio editi codices in Scorpiac. c. 13. pro ἀναλύσεως in Ep. 2. ad Tim. c. 4. v. 6. *disjunctionis* exhibent. *disjungi* enim dicuntur jumenta, cum dempto jugo interqieturi ab opere dimittuntur. Verum alii codices, qod & Junius præfert, *deversionis*, habent; qod est vocabulum Tertulliano familiare. Cæterû primò ista sine exemplo dicuntur. Tum & ἀναλῦσαι & καταλῦσαι diversa significant. qod & Joan. Leunclavius observavit *in not. ad Gregor Nyss.* καταλύειν, inqit, *eleganter significat aliqò divertere. Unde* κατάλυσις *militare vocabulum; &* κατάλυμα *diversorium* Luc. c. 2. v. 7. ἀναλύειν *contrà significat migrare de loco in qo fueris.* Et Erasmus; καταλύειν *dicuntur, qi se componunt in diversorio*; ἀναλύειν *qi movent sarcinas, mutantqe diversorium.* sed & aliud apud Lucam, ἀπολύειν, aliud apud Pavlum ἀναλῦσαι, cum dimittentis sit, qod illic Simeon, Νῦν ἀπολύεις. (qod Tobias dixerat, ἐπίταξον ἀπολυθῆναι, & Sara εἶπον ἀναλῦσαι) dimissi, qqd Pavlus hîc εἰς τὸ ἀναλῦσαι qæ & accuratè distingvit, de hoc eodem negotio agens, Epictetus; uti mox videbitur. qanqam non abnuerim ἀπόλυσιν etiam *discessionis* significatum habere, & hâc eâdem ratione de *morte* dici. sic enim in Testamento suo Lyco apud Laertium, μετὰ τὴν ἐμὴν ἀπόλυσιν (qod Petrus ep. 2. c. 1. v. 15. μετ' ἐμὴν ἔξοδον dixit.) Et Heraclitus

clitus ad Amphidem. Ep. 1. Τάχα καὶ ψυχὴ μαντεύεταί τι ἀπόλυσιν ἑαυτῆς, ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου καὶ σπηλαίου τοῦ σώματος ἐκκύπτουσα. *Forſan & anima diſceſſum præſagit ſuum, ex carcere & qaſſo hoc corpore prominens, vel proſpectans.* Tum & Themiſtius (qod Pſochenius qoqe monuit, ἀπολύσεως ſect. 2.) apud Stobæum Tom. 2. tit. 119. ἀπολύεσθαι τοὺς ἀποθνήσκοντας, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσι. Et Theophraſtus hiſt. plant. l. 8. c. 17. ῥᾳδίαν ποιεῖν καὶ ἄπονον τὴν ἀπόλυσιν. pro *mortem facilem & expeditam facere.* qod nos diceremus, **to make a ſpeedy and eaſie diſpatch.** contrà qam de Tyndaro Hegio Plavtinus in Captivis, act. 3. ſect. 5.

Diu ego hunc cruciabo, non uno abſolvam die.

Illud itidem Abrahæ, Geneſ. c. 15. v. 2. אנכי הולך ערירי *ego orbus incedo*, vel *vado*. qanqam poteſt ſumi, & ſumendum exiſtimo, qo modo Maronianum illud Æn. l. 1.

Aſt ego, qæ divûm incedo regina. ———

Græci interpretes vertere, ἐγὼ ἀπολύομαι ἄτεκνος. *ſine prole deceſſurus ſum.* qâ eadem notione Chriſtus Matth. c. 26. v. 24. & Marc. c. 14. v. 21. Ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑπάγει. pro qo Lucas. c. 22. v. 22. πορεύεται. *Filius hominis abit*, ſive *vadit*; è vitâ *decedit*, *eo qo ſcriptum eſt modo.* qod Sophocles θανάσιμον βεβηκέναι plenius dixit in Oedipo Rege; τὴν πανυστάτην ὁδὸν, in Trachiniis.

Sed de hoc etiam ſupra; nec ἀπόλυσιν nunc, ſed ἀνάλυσιν qærimus.

Tertio loco, ἀνάλυσις, *reditionem, reditum, reverſionem* ſignificat. ita τὸ ἀναλύειν ſumitur Lucæ c. 12. v. 36. προσδεχόμενοι τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἀναλύσει ἐκ τῶν γάμων. *ſervis ſimiles. qi dominos expectant ſuos, qando à nuptiis reverſuri ſint.* qod eô dictum, qia in nuptiis plurimùm ad noctem intempeſtam trahebantur convivia. Ita Athenæus dipnoſophiſt. l. 2. ἀπὸ τῶν δείπνων ἀναλύοντες *à cænâ reverſi.* Et Appian. *belli civil* l. 4. ἀναλύοντα δὲ ἐκ μέθης στρατιώτην προσκρούσαντές τι ἀπέκτειναν *à compotatione ebriû revertentem milites, occaſione aliqa offenſi, interfecerant.* In Salomoni falſò inſcriptâ ſapientiâ. c. 2. v. 1. οὐκ ἐγνώσθη ὁ ἀναλύσας ἐξ ᾅδου. *non eſt inventus, qi ab inferis regreſſus ſit.* Et ibid. c. 16. v. 14. οὐδὲ ἀναλύει ψυχὴ παραληφθεῖσα. (emendante D. Hoeſhelio *in notis ad Phot.*) *neqe revertitur anima ſemel recepta.* qo eodem ſenſu, reſurrectionis argumentum tractans, Gregorius Nyſſ. *de homin. opific. c.* 25. πάντας κατὰ τὸ ἴσον ἑνὶ προστάγματι πρὸς τὴν ζωὴν ἀναλύοντας. *omnes ex aqo eodem interdicto, ad*

vitam revertentes, sive in vitam denuo remigrantes. Atqe hâc ratione etiam de *morte* usurpari poterit. est enim illa ἐπάνοδος, *reversio* sive *regressio* qædam. Salomon ipse Ecclesi. c. 12. v. 7. *Redit pulvis* (i. corpus) *ad terram, qod prius fuerat; Spiritus autem ad Deum, qi eundem dederat.* Genes. c. 2. v. 7. facitqe huc qod Epicharmus supra. Sed & qod Evripides in *Supplicib.* (qod Moschionis nomen frustra præfert apud Stob. tom. 2. c. 124.) et ex Evripide Lysias in Epitaph.

Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο,
Ἐνταῦθ' ἀπελθεῖν. πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν.——

Et unde nostra qodqe natura est datum,
Eo reverti; magnus æther spiritum,
Corpus recipiat terra.——

Idemqe Chrysippo (qod ex Clementis *stromat. l. 6.* discimus) referente etiam Philone lib. *de mundi immortal.* et Marco Imper. l. 7. §. 49.

Χωρεῖ δ' ὀπίσω, τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' εἰς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν. θνήσκει δ' οὐδέν.

ita Philonem emendat H. Grotius; apud qem vitiosè leg. Βλαστάνοντα γῆς.

Retroqe meant, qæ terra dedit,
Iterum in terram: qod ab æther io
Venerat ortu, cæleste poli
Repetit templum, nihil emoritur.

qod Gregor. Nyssen. de homin. opific. c. 27. per verbum ἀναλύεσθαι expressit. οὐ μόνον τὴν γῆν εἰς τὴν γῆν ἀναλύεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀέρα, καὶ τὸ ὑγρὸν πρὸς χωρεῖν τῷ ὁμοφύλῳ qi & ἀνάλυσιν ἀντὶ τῆς ἀνακάμψιν usurpavit, ibid c. 26. uti Elias Cretens. observavit, verbis illis, δι' ἀναλύσεως ἀποκαταστῆσαι τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἴδιον. Idem & Lucretius sic extulit de rerum natur. l. 2.

Cedit enim retrò, de terra qod fuit antè,
In terras; & qod missum est ex ætheris oris,
Id rursum Cæli relatum templa receptant.

Itaqe Seneca, Epist. 76. *Mors est, eo reverti unde veneris.* atqe hoc modo τὸ ἀναλύσαι Hieronymus hîc cepit; qum vertit *reverti, adv. Ruffin.*

Ruffin. apol. 2. qo & Tertullianus forte an respexerit, qum *recipi* reddidit. *de spectac. c.* 28. *exire de seculo, & recipi apud dominum:* Et *ad uxor, l.* 1. *c.* 5. *seculo eximi, & recipi ad dominum.* Et *de patient.* c. 9. *recipi jam, & esse cum Christo.* atqe huc inclinat Pfochenius; ut τὸ ἀναλῦσαι istic τὸ ὑποστρέψαι, sive ut Elias Cret. τὸ ἀνακάμψαι significet; & ad animæ conditionem priscam respiciatur, qâ à Deo illa primitus devenerat.

Non improbo prorsus. existimo tamen simpliciùs hoc loco locutum Apostolum.

Restat itaqe qarta, & novissima ea, τῆς ἀναλύσεως significatio, qâ *migrationem, abitum, discessum* significat. Jasonis Cyrenæi Epitomator *Maccab. hist. l.* 2. *c,* 12. *v.* 7. ἀνέλυσεν, ὡς πάλιν ἥξων *discessit,* vel *recessit, tanqam rediturus denuò.* Epictetus apud Arrianum dissertat. l. 1. c. 9. ὅταν ὁ θεὸς ἀπολύσῃ ὑμᾶς τῆς ὑπηρεσίας ταύτης, τότε ἀναλύετε πρὸς αὐτὸν *ubi Deus è servitio isto vos dimiserit, tunc ad ipsum discedatis, proficiscamini, emigretis.* ita Melanchthon, Camerarius, Piscator, Castellio, Leunclavius istic sumunt, & *migrare* vertunt. sed & Chrysostomus, qi μεθίστασθαι i. *emigrare, sedem commutare.* et nostri, qi *discedere.* Nec aliter ego Syri illud מפטר ceperim. nam & פטר Hebræis, unde Syrorum פטר etiam pro *discedere* atqe *abire* usurpatur. *Reg. Histor.* l. 1. c. 19 v. 10. ויפטר Græc. καὶ ἀπῆλθε. *abscessit.* Jun. Ita de Mose Chald. *in Cant. c.* 1. *Cum advenisset tempus Mosis* למפטר מן עלמא *ut ex hoc mundo discederet, emigraret, exiret.* qod de Constantio Imper. Ammianus *rer. gest. l.* 21. *mundo citiùs digressurum.* Et de se Julianus apud eundem *l.* 25. *clarum hunc merui è mundo digressum.* Et de Proteo philosopho *l.* 29. *cum mundo digredi statuisset.* Et de Archo Livius supra laudatus, *parvis admodum relictis omnibus decessit.* qod nos dicimus, **thee deceased.** De Christo Domino Lucas c. 9. v. 31. sermones cum illo habuisse Mosen, & Eliam περὶ τῆς ἐξόδου, *de exitu sive excessu, ejus.* sicut Patercules *hist. l.* 2. de Varrone; *moriturus, vera de exitu ejus* (i. Antonii morte) *magnâ cum libertate ominatus est.* Et de se Petrus ep. 2. c. 1. v. 15. μετὰ τὴν ἐμὴν ἔξοδον, *post excessum meum.* qo modo *l.* 25. Ammianus, *Post fratris Constantini excessum. Mors* enim, animam qod attinet, est *exitus*, sive *excessus de corpore*, ut Tertull. *de resurr. c.* 19. inde Gregor. Naz. orat. in *sacr. bapt.* de homine moribundo, Δακρύοντα πείσει τῆς ἐξόδου ὑπομνήματι qanqam Cyprian. *de mortal. Mors non est exitus, sed transitus.* Sed *exitum* is

esse negavit, qā *exitus* cum *exitio* affinitatem aliqam habere videtur; qasi non *interitum*, sed *transitum* esse significaret. qomodo Plavtinus ille captivus *Act. 3. sc. 5.* *Qi per virtutem peritat, havd interit.* Qin & Chrysost. Et Theophyl. ad illud Joan. c.13.v.1. de Christo dictum, cum instaret tempus, ἵνα μεταβῇ ἐκ τῦ κόσμυ, *qo ex mundo demigraret, transiret*; observant mortem μετάβασιν. i. *transitum* dici. qo modo & in Lemuelis documentis v. 8. חלוף *transitus* pro morte usurpatur. Seneca Epist. 65. *Mors avt finis est, avt transitus. at non illud; hoc ergo.* Ita Cicero *Tusc. l. 4. Mors migratio est.* Tertull. *de patient. c. 9. Profectio est, qam mortem putamus.* De Metello Paterculus *l. 1. magis de vitâ migrare, qam mori.* Et Hieronymus, de Nepotiano in *Epitaph. non emori, sed emigrare.* nec secus Apostoli hujus ejusdem cum Piscatore sumendum illud censuerim, cujus supra non semel meminimus ex ad Tim. Ep. 2. c. 4. v. 6. ὁ καιρὸς τ̃ ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. *instat tempus migrationis meæ.* Hinc de Meletio Gregorius Nyss. ἡ πρὸς Χριστὸν ἀνάλυσις. *ad Christum profectio*, vel *migratio.* De Pamphilo Photius *cod.* 118. ἀνέλυσε πρὸς ὃν ἐπόθει θεόν. *ad Deum, qem expetebat, profectus est.* De Evlogio Palladius *histor. Lavsiac.* c. 26. ἀναλύσας πρὸς τ̃ κύριον. *ad Dominum commigravit.* videtur avtem metaphora, vel ab eis sumpta, qi in *tentoriis* degunt; qibus migraturis *tabernaculorum funes solvuntur*; vel (qod magis reor, eoqe cum Erasmus, tum & Piscator propendent) à *navtis* traducta, qi ubi terris relictis discessuri sunt, *solvunt rudentes*, qod Græcis nunc λύεσθαι, nunc ἀπολύεσθαι, nunc ἀναλῦσαι dicitur. unde τὰ ἀπόγεια λυσάμενος, Lucianus in Sectis. et, πῖσμ' ἀπελυσάμενος, Cyrillus, *de sacr. Trinit. dialog.* 2. et τὰ πρυμνήσια ἀναλῦσαι, Homerus Odyss. ο. Et Latinis pariter, nunc *solvere*, nunc *navem*, nunc *oram solvere*, nunc *resolvere* Cicero *ad Tiron. l. 16. ep. 9. nos eo die cœnati, solvimus.* Cæsar *de bell. Gallic. l. 4. Naves per mediam noctem solvit.* Fabius *institut. l. 1. Oram solventibus bene precamur.* Et *l. 4. c. 2. Oram solvimus, profecti sumus.* Et Livius l. 23. *Alij resolvunt oras; alij, ut ne qid teneat, anchoralia incidunt.* Facit huc eximiè Platonis illud *in Timæo*, à Dionysio Longino lavdatum, περὶ ὕψυς c. 28. Ἡνίκα δὲ ἡ τελευτὴ παρῇ, λύεσθαι φησὶ τὰ τ̃ ψυχῆς, οἱονεὶ νεὼς, πείσματα, μεθεῖσθαί τε αὐτὴν ἐλευθέραν. *Ubi mors, sive vitæ finis, affuerit, solvi animæ, tanqam navis cujusdam, retinacula, eamqe liberam dimitti.* Deniqe, ut locum hunc Pavlinum mittamus tandem, nihil est necesse, ut

ἀναλῦσαι

ἀναλύσαι hic ἀντὶ τοῦ ἀναλυθῆναι sive ex Hebraismo nescio qo, sive citra Hebraismnum etiam ullum, sumatur.

CAPUT. VIII.

Κοινὸν, profanum, immundum. κοινοῦν, inqinare. *à Christianorum usu traxit Lucianus.* Τὸ δικαιοῦν, *qâ* לשון הצדיק *Hebraeorum respondet; apud Thucydidem non comparere. Scholiastæ verba pro Thucydideis à Psochenio supposita. Camerario, qa nullus dixit, adscripta. Thucydidis loco data. δικαιοῦν, non* absolvere, *sed* condemnare *Thucydidi. Græcis priscis, et* addicere supplicio, *&* afficere. *Suidas restituitur; à* Portâ *male habitus. Halicarnassensis frustra à Psochenio laudatus. aliud* δικαιοῦν *de personâ reâ; aliud* δικαιοῦν *de causâ, sive re ipsâ. Guil. Bradshavi et Fra. Spanheimii elogia. utriusqe halucinatio. Etymologus explicatus. Analogia non sufficit ad dictionis probitatem puritatemve, non potest ex eâ constare de sensu* τοῦ δικαιοῦν *Apostolico. Eudoxii* ἀσυνεσίς. Ulpiani ἄχρηστος. *Demosthenes Paulum vix cepisset.* Justificare *Latinum non est; non magis qam* justare. Πίστις *alio sensu in N. T. usurpata qam alibi passim.* Πιστεύειν, *et* πεποιθέναι, εἴς τι, *vel* τινα, ἐν, *vel* ἐπί τινι, *formula Græcis priscis inusitatæ. Aristotelis locus perperam acceptus. Styli dotibus precipuis, puritate exqisitâ denegatâ, non detrahitur. Tertulliani & Apuleji dictio qalis.* Utriusqe *elogium. Hebraismi Apostolicæ dictioni vim addunt.* נשען *de fiducia.* αὐτοσχεδιάζειν, & αὐτοσχεδίασμα.

Actenus in exemplorum delectu minus ἀκριβῶς versatum Psochenium ostendimus: nec *selectiora* debuisse dici, qæ vel peculiare propemodum nihil habent, vel in sacris rariùs occurrunt; vel pro Hebraismis havd ita communitèr habentur. Jam in eis qibusdam,

qæ

qæ *selectiora* jure merito censeantur, qomodo rem egerit, deinceps perpendemus. Το κοινὸν pro *prophano, polluto, immundo*, & τὸ κοινῶν (unde tamen forsan Latinis & *cæni* nomen, & *inqinandi* verbum) esse *lingve Hellenisticæ peculiaria* affirmat Drusius, negat Pfochenius *sect.* 65. Nolo qod ille olim, Æmyl. Scavrus apud Fabium instituit. l.5.c.12. et Val. Maxim. l. 3.c.7. *utri creditis?* Stet per me libera sua cuiqe animi sententia, dum qod contendit, saltem probatum præstet. De Hellenisticæ vocabulo controversiam, qæ est περὶ ὀνομάτων ζήτημα, sepono. Apud *Maccabaeorum scriptorem* reperiri largitur Pfochenius. Verum, qo partes tuetur suas, Lucianum advocat ex *de Protei*, sive *Peregrini morte*, ubi hæc habeat. καταφρονοῦσιν ἁπάντων ἐξίσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται, ἄνευ τινὸς ἀκριβοῦς πίστεως τὰ τοιαῦτα παραδεξάμενοι. At qis non primo statim intuitu hominem impurissimum deprehendat solenni Christianorum vocabulo Christianis illudentem. qomodo pavlo ante προφήτης καὶ θιασάρχης, καὶ ξυναγωγεύς, dixerat. Itaqe ut de ævo inclinatiore nihil dicam, à Christianis ipsis petito verbo Christianis convitium dicere voluerat.

Ad vocem proximam pergamus.

Αὕτη γὰρ ἡ μικρὰ ὥστ' οὐδεν ἔχαιρεν.

Ea est verbum τὸ δικαιοῦν, qod τῷ הצדיק Hebræorum respondeat. Et hoc *apud avtores profanos reperiri*, negat Paræus, affirmat Pfochenius. Est avtem istud ex vocabulis insignioribus, inter exempla lectiora jure collocandum, utpote qod & in dissertationibus sacris creberrimè occurrat, idqe designet qod in religionis Christianæ ac salutis negotio primas ferè non immerito occupat. Hoc verò apud Thucydidem in eâdem significatione reperiisse, indicante Camerario, adfirmat Pfochenius. *Apud alios*, inqit, *profanos avtores Græcos, & in eâdem significatione occurrere, attestatur pro nobis doctissimus Camerarius; producto scil. exemplo hoc ex Thucydide.* ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσετε ὅτι τυραννικῶς ἄρχετε. Verum non uno modo a Pfochenio est istic peccatum, nec latæ culpæ tantum & supinæ negligentiæ, sed fravdis doliqe mali manifestus tenetur. Supinæ negligentiæ ascribi jure merito potest, qod Scholiastæ verba pro Thucydideis apponit illa, ὅτι τυραννικῶς ἄρχετε, cum interpretantium esse disertè monuisset Camerarius; tum & qod ex verbis qæ apposuit non animadvertit, nisi si qod animadvertit, dissimulare libuerat, non posse eo qo ipse vult, significatu verbum δικαιοῦν hîc sumi. itaqe versione, prudens forsan, præter morem suum, hîc abstinuit. Ecqis enim

enim erit horum verborum sensus, *justificabitis vos, qod tyrannicè imperatis?* Fravdi manifestariæ non potest non dari; primo, qod ea interpretantium verba omisit, qæ disertissimè docent, sensu plane adverso τὸ δικαιοῦσθαι hîc usurpari: δικαιώσεσθε, inqiunt, i. e. δικαίως καθ' ὑμῶν ἀποδείξετε. *justè, sive jure, contra vos statuetis, sive demonstrabitis.* hoc verò non est *justificare*, sed redarguere, & sententiam adversus se ferre. Tum Camerario insignem facit injuriam, qem interpretationis tam absurdæ avtorem ciet. nihil enim ille minùs, qam qod illi affingit Pfochenius; imo potius contrarium prorsus. Verborum Domini Christi apud Matthæum c. 11 v. 19. ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς, duplicem exhibet expositionem. prior hæc est, ad qam Thucydidem adducit. *Sapientia à sobole judicatur. Vel sententia pronunciatur, tanqam in judicio, de sapientia ab eis, qi illam, ut pueri avdire debebant. qo nihil scil. magis perversè, atqe præposterè fieri posset.* At qis perversum avt præposterum unqam censuit, ut a filiis suis sapientia justificaretur? hæc enim verbi istius de qâ agitur, est significatio. et hoc ferè modo, rejecto priore, Camerarius tandem illic sumendum concludit; *ut dicatur sapientia à suis coli, cum alii eam respuant, qo modo Publicani perhibentur* δικαιῶσαι τὸν θεὸν i. e. *Deum celebrasse*, ut ille interpretatur. Lucæ c. 7. v. 29. eoqe magis huc inclinare profitetur, qia Lucas c. 7. v. 35. eadem referendo πάντων addiderit. *absurdum* sit avtem *existimare, à suis omnibus tam indignè habitam sapientiam, ut adversus eam sibi ipsi censuram arriperent universi.* cæterum priorem ubi proposuerat expositionem. *Sic*, inqit, *propemodum est verbo hoc usus Thucydides l. 3.* ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. *sic enim interpretantur:* δικαίως καθ' ὑμῶν ἀποδείξετε, ὅτι τυραννικῶς ἄρχετε. *Censet Cleon omnibus modis severissimè esse in Mitylenæos, qi defecerant, animadvertendum. qod si non fiat, inqit, neqe apud illos gratiam istis inituri, ac potius contra vos ipsos decernetis, tanqam sententiâ justè latâ, qod vestra gubernatio Tyrannica sit.* Hæc αὐτολεξεὶ Camerarius; qæ Pfochenio qî faveant ipse viderit. Sed Thucydidis loco obscuriori pavlò, qo lux clarior illucescat, de concionis à Cleone habitæ occasione pavca dicentur. Defecerant ab Atheniensibus Mitylenæi, & Lacedæmoniis clam sese adjunxerant. adversus qos Paches dux Atheniensis cum exercitu missus, urbem deditione ceperat, sub eâ lege, ut qid de civibus statueret, Atheniensi populo liberum foret. Ii ad primum conventum vehementiùs commoti, puberes omnes interficiendos, impuberes in

servitutem redigendos censuerant. at postero die, ubi æstus detumescere jam coeperat, subiit animos tam immanis consilii pœnitentia. Et reclamat Diodotus; sed urget Cleon. ἀπέστησαν γὰρ μᾶλλον (inqit) ἢ ἀπέστησαν. *neqe enim tam ab Atheniensibus illos defecisse, qam adversus eosdem constitisse.* orationem verò verbis his concludit, (integram enim periodum non gravabor describere.) Ἐν δὲ ξυνελὼν λέγω, πειθόμενοι μὲν ἐμοὶ, τά τε δίκαια ἐς Μιτυληναίους, καὶ τὰ ξύμφορα ἅμα ποιήσετε· ἄλλως δὲ γνόντες, τοῖς μὲν οὐ χαριεῖσθε· ὑμᾶς δὲ αὐτοὺς μᾶλλον δικαιώσεσθε. *ut semel rem totam expediam. siqidem me audieritis, & qod adversus Mitylenaeos justum, & qod vobis ipsis utile, facietis: si aliter censueritis, nec gratiam apud illos ullam inibitis.* (qum sint scil. ἀχάριστοι, *homines* planè *ingrati*, ut Scholiastes adnotavit. vel potius qia imperium vestrum pro injusto & tyrannico nihilominùs habituri sunt) *& vos ipsos condemnabitis.* sive, ut Schol. *justam planè adversus vos ipsos sententiam feretis, qod injustam atqe Tyrannicam potestatem exercetis.* atqe hunc reverâ sensum esse seqentia docent. Ἐι γὰρ οὗτοι ὀρθῶς ἀπέστησαν, ὑμεῖς ἂν οὐ χρεὼν ἄρχοιτε. *si enim isti deficiendo à vobis rectè fecerunt, vos ipsi contra jus fasqe eis imperare censebimini.* Ita contrarium planè significatum apud Thucydidem sortitur τὸ δικαιοῦν, atqe apud scriptores sacros; cum istis absolvendi, illi condemnandi sensu sumatur. Qin & δικαιοῦν Thucydidi, qomodò & aliis Græcis scriptoribus, non est *damnare* tantùm avt *addicere*, sed & *punire, pœnas exigere.* Sic enim idem *l.* 8. εἴ τις καὶ ἀντείποι, εὐθὺς ἐκ τρόπου τινὸς ἐπιτηδείου ἐτεθνήκει· καὶ τῶν δρασάντων, οὔτε ζήτησις, οὔτε δικαίωσις ἐγίγνετο. *Si qis contradiceret statim sub specioso aliqo prætextu interficiebatur: de cædis avtem avtoribus, nec qæstio habebatur, nec sumebatur vindicta.* qod nos diceremus; **no justice was done upon them.** utramqe significationem indicavit Suidas. Δικαιῶσαι κατα δικάζειν. (qo loco Lexicographum frustra tum solicitat, tum & interpolat Porta, qum scriptoris testimonium supplere debuisset, vocabulum hoc ipsum ad dictionis finem subjiciendo, ut ἡ γῆς αἰγινα δικαιοῦσαι legeretur) et Δικαιοῦν, τὸ κολάζειν. Hesychius item; Δικαιοῦν, μαστιγοῦν, νουθετεῖν. et, Δικαιῶσαι, κολάσαι. Frustra ergò Thucydidem hîc Pfochenius avtorem lavdat; frustra Camerarium testem advocat.

Verum qod Thucydides non præstat, Dionysius forsan Halicarnass. præstabit. Apud hunc *Antiqit. l.* 6. T. Largius sic fatur: Ἡμεῖς οἱ Ῥωμαῖοι δικαιοῦμεν, ὅσα κατὰ τοὺ πολέμου νόμου ἀφελήσθαι τις πολεμίους, ταῦτα τοῖς ἐγγόνοις εἰς οἰκεῖα παραδιδόναι. *Nos Romani ita justum esse*

censemus, qæ qis hostibus erepta virtute qæsivit, eo optimo jure propria ad posteros transmitti. Sed nec istud Pfochenii causam juvat. Imposuerat certè jam olim viro doctissimo, mihiqe cum primis amicitiæ fœdere conjunctissimo, D. Gvillelmo Bradshavo, qod apud Svidam offenderat, Δικαιοῦν, τὸ δίκαιον νομίζειν. existimabat enim eo sensu id dictum, qo δικαιοῦσθαί τε Apostolo dicitur; uti patet ex avreo illo qantivis pretii *de Justificatione peccatoris coram Deo*, libello, editionis Anglicanæ *c.* 1. *S.*8. verùm à V. C. Antonio Vottono, in *animadversionibus*, erroris admonitus, vir pectoris candidissimi, ac veritati indicatæ cedere promptissimi, in editione Latinâ expunxit. Imposuit & viro celeberrimo D. Friderico Spanhejmio, qi in *Dubiorum Evangelicorum* opere elaboratissimo, *part.*3. *dub.* 104. τοῦ *Justificare* varia significata recensens, inter alia; *Aliqando*, inqit, τὸ *δικαιοῦν in Scripturâ sumitur,* 1. *effectivè; & notat qandoqe δίκαιον καθιστάναι, justum constituere; non per infusionem justitiæ, sensu Pontificio, sed per ejus imputationem, sensu Scripturæ.* 2. *declarativè; & notat; δίκαιον νομίζειν, secundum Svidam; idqe vel gratis, qando terminatur ad homines, vel meritò, qando terminatur ad Deum.* At verò priore illo sensu nusqam in sacrâ paginâ τὸ δικαιοῦν vel τὸ הצדיק etiam usurpatum reperio. De Danielis verbis c.12. v 3 ipse superiùs pronunciaverat, *vocabulum hoc illic ὑπερβολικὸν esse; ut eo sensu Doctores & pastores justificare dicantur, qo salvare Timotheus.* 1. Tim. c. 4 v. 16. Optimè. neqe enim, ut rectè Avgustinus *contr. Petil. l.* 3. *c.* 42. *Etiam cum per sanctum & fidelem dispensatorem gratia spiritalis credentibus impertitur, dispensator ipse justificat, ac non ille unus, de qo dictum est, qi justificat impium.* Verum justitiæ insitæ, an imputatæ, notionem includat, Vir Clarissimus nihil statuit. Et mihi certè prior subindicari videtur, ut eodem sensu מצדיקים qo et משכילים dicantur; eidemqe utroqe vocabulo designentur; *qi homines ad sapientiam erudiunt, qiqe ad justitiam convertunt,* h.e. *qi sapientes justosqe faciunt.* Nec aliter Fr. Junius & Jo. Piscator. qanqam si, qod Calvino magis placet, prius vocabulum absolutè sumamus, ut *eruditi & veritatis intelligentes* intelligantur, eodem reciderit. Qod avtem ad Rom. c. 5. v. 19. (hunc enim locum, opinor, Vir Cl. voluit) *Christi obedientiâ* δίκαιοι κατασταθήσονται dicimur: non id probat τὸ δικαιοῦσθαι eo sensu usurpari. neqe verò uspiam, opinor, eo sensu usurpatur. aliud est enim *justum constitui*, etiam ubi de imputatione sermo habetur, aliud *justificari*. cum illud justificationis

 fundus

fundus & fundamentum existat; et justificationem veram, cui substernitur, necessariò præcedat. justus enim qis existat priùs necesse est, qam possit verè justificari. utrumqe avtem istud à Christo habemus. nam & satisfactionis Christi meritum homini ex se injusto imputatum, justum eundem jam constituit; qum justitiam ei conciliet, qâ justus sit, et justitiæ hujus virtute, qæ merito illo comparatur, justificatur necessariò, ubi id opus fuerit: h. e. jure merito absolvitur, qi hâc ratione justus extat. Sensum posteriorem qod attinet; ut nihil dicam, meritò justificari posse & hominem, ubi culpâ, cujus arguitur, immunis insonsqe fuerit deprehensus, Devt. c. 25. v. 1. idqe sub Deo etiam ipso judice. Hymn. 7. v. 8. δικαίωσις illa, de qâ Svidas, *neq; ad hominem terminatur, neqe ad Deum.* neqe enim *personam* ullam, sive *reum*, cujus utiqe res agitur, sed *cavsam* sive *rem* ipsam, de qâ agitur, respicit. Proinde aliud est δίκαιον νομίζειν, eo qo Svidas voluit significatu; de re ipsâ nempe, (factum illud, sive censura fuerit) prolatum. h. e. *aequm* id *justumqe censere*: qo sensu Hebræorum הצדיק usurpatum nusqam reperies. aliud τὸ δικαιοῦν phrasi Apostolicâ, forensi tamen, de personâ, sive reâ, sive criminis suspectâ, pronunciatum; et significat *pro justo absolvere*, & adversus criminationes, vel suspectas etiam vel objectas, justitiam personæ, cujâ id interest, innocentiamqe sartam tectam tueri. In significatu priore passim occurrit, Svidasqe exemplum unum & alterum exhibet. in posteriori verò nisi apud Scriptores sacros, qiqe ab eis sumpserunt, nusqam, qod sciam, qisqam hactenus extare docuit. Itaqe qod Etymologici avtor habet: ἐδικαιώθησαν, δίκαιοι ἐκρίθησαν, ἐνομίσθησαν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἐναντίον, κατεδικάσθησαν δικαίως. illud ad usum vocabuli apud scriptores sacros; hoc ad ejusdem apud profanos avtores acceptionem, referendum est, è qibus hujus, non & illius, exempla profert, eoqe sensu freqenter monet usurpari. Ita nullus planè istic locus adducitur, qi τοῦ δικαιοῦν sensum usumqe eum, qem qærimus, exhibeat.

Cæterum, qod istorum nullus, Vir Clarissimus Martinus Chemnitius forsan est exhibiturus. De qo, Joannes Cunradus Dietericus, in *Speciminis Antiqitatum Biblicarum lib.* 1. *In Loco*, inqit, *de Justificatione, vocis* δικαιόω, *qâ utitur Apostolus, significationem genuinam eruit, non tantum ex perpetuo S. Scripturæ usu, sed etiam ex profanâ literaturâ. constanter enim tam sacri, qam profani avtores* τὸ δικαιοῦν *in suâ qisqe linguâ, in forensi significatione, pro accusatum*

cusatum in judicio absolvere, & justum pronunciare usurpant.

Nolo impræsentiarum, de *perpetuo* vocis istius in sacris scriptis *usu*, cum Viro doctiss. litigare: etiamsi aliud svadeant superius animadversa nonnulla. mitto itidem qærere, qid velit, qod ait, *avtores profanos in suâ qemq; linguâ*, vocabulum istud ita, uti ipse explicat, usurpare. neqe enim, qod hoc sit, asseqor satis. Sed Chemnitium ipsum, qid afferat, videamus. *Pontificii*, inqit, *clamitant, usu omnium linguarum verbum justificandi significare, non absolvere, sev reputare justum, sed justum facere, datis sev infusis novis qalitatibus.* His ille opponit; *In Græcâ communi linguâ* δικαιοῦν *simpliciter esse verbum forense; et duas habere significationes. 1. significare, aliqid justum censere, non privato judicio; sed sicut illi, qi cum imperio sunt, pronunciant.* Huc adducit, è Sophoclis ad *Oedipum Colon.* Scholiaste, δικαιοῦν, δίκαιον κρίνειν· et Svidæ illud, δίκαιον νομίζειν. cui usui comprobando, cum è Svidâ, tum & Plutarchi qædam adducit. 2. *significare, supplicio afficere,* κολάζειν, *non sicut privati homines puniunt; sed cum causâ dijudicatâ, judicialiter aliqis punitur.* unde Svidas, δικαιούμενος κολαζόμενος, δίκης τυγχάνων· et, δικαίωσις, καταδίκη, κατάκρισις, cujus itidem exempla ex eodem subjungit; sed et ex Cicerone, qi in *Verrinis* sic usus est. Unde adversus Pontificios rite concludit, τὸ δικαιοῦν apud Græcos esse *verbum forense; nec in usu vulgari linguæ Græcæ*, ita perpetuò (qod illi contendunt) usurpari, ut significet *justitiâ positivâ, sive inhærente, imbuere.* Qanqam in significatione, istâ, qâ *justum qid censere* dicitur, havd forense semper est. neqe enim judices soli, sed privati qoqe qilibet, qid sit jus fasqe, qid æqum, qid iniqum, et consulere & censere consveverunt: nec de privato cujusvis judicio, et opinatione etiam, qam de judicis pro tribunali sedentis sententiâ, vocabulum istud minus usurpatur. qod exemplis havd pavcis, si id opus esset, firmatum dari poterat. Sed neqe Chemnitium hoc latuisse videtur, qi *à specie forensi ad genus transferri,* agnoscit. etiamsi vero similius multo sit, ab usu promiscuo, qi prior exstiterat, ad usum fori transiisse.

Addit Chemnitius, *ideò Apostolos hoc verbo usos in Articulo Justificationis; tum qod Græcis in forensi significatione in usu linguæ Græcæ vulgari notum esset; tum & qia LXX.* τὸ δικαιοῦν *usurparunt pro Hebræo illo* הצדיק Monet deniqe, qod Dietericus non advertit; *Observandam differentiam*, inter vocabuli istius apud sacros scriptores, & apud profanos, usum etiam forensem. *Non enim*,

 inqit,

inqit, *omninò congruit* (istorum usus) *ad phrasin Scripturæ, qa justificare, pro justum pronunciare usurpat ferè semper de personis: Græci vero de ipsis cavsis vel negotiis usurpant. Hebræis item justificare significat, eum, qi absolutus est, defendere, & ornare præmiis*: (imo potius, vel ut insontem defendere, qod est advocati, vel absolvere, qod est judicis: nam neqe ad absolutionem præmii qicqam necessario conseqitur, nec absolutum præmiis nescio qibus ornandi ulla suppetit necessitas) *Græcis vero usurpatur in alteram partem, pro condemnare, vel condemnatione (condemnatum,* forsan) *punire*; *id qod in Scripturâ non fit.* Fallit ergò lectores suos Dietericus cum Chemnitium affirmat, ex literaturâ exoticâ demonstrasse, τὸ δικαιοῦν *apud profanos avtores pro accusatum absolvere & justum pronunciare, constanter* usurpari. Tantum enim ab hoc abest, ut illud dicat Chemnitius, ut adversum planè verbis disertis pronunciet. Nihil itaqe hactenus à qoqam allatum comparet, unde vocis istius usus Apostolicus à veteri lingvâ Græcâ descendisse comprobetur.

At, inqit Pfochenius, *sect.* 145. *vocabuli sensus iste elici poterit ex Græca lingva fundamentis. neq; enim insvetum est, verba Græca in* όω *habere activam significationem siqidem sic dicimus,* χρυσόω, *deauro,* ταξιόω, *ordino,* σημειόω. *doceo.*

Primò, ex contextus serie, argumentoqe subjecto deprehensum iri plerumqe hoc, non ego qidem negaverim. Tum etiam vox minùs purè Latina, à Latinè perito tamen havd difficulter poterit percipi. 3. Analogiam qod attinet, non sufficit ea ad vocabulum aliqod vel Græcâ vel Latinâ civitate donandum usus accesserit necesse est,

Qem penes arbitrium est & jus & norma loqendi,

uti Flaccus. Proinde ex Varrone *de Ling. Lat. l.* 8 Gellius *Noct. Attic. l. 2. c.* 25. statuit, *In omnibus pæne verbis consvetudinem dominari; nullamqe esse similium observationem*, nisi usu comprobatam. id qod multis ibidem exemplis confirmatur. Qod si cui Luciani *Lexiphanem* adire libuerit, qot ibi comperiet vocabula pro insulsis, nec Græcis, sed Barbaris habita, qibus tamen ad justam analogiam nihil desit? Verum illorum loco unum & alterum subjicere non abs re fuerit. Ἀσεβὴς analogiam & notationem etiam si spectemus, qidni significare possit eum, *qi nihil colat*, qia qod colat, non habet? qæ est numinis summi prærogativa singularis. nec tamen ego certè Græcè locutum existimo Evdoxium illum ἐπεγέδεξον κ̓, αἱρετικὸν, qe Deum Patrem eâ notione ἀσεβῆ dixit, cum orationem,

tionem, qam pro concione habuit, à verbis illis parum avſpicatis eſt avſpicatus, ὁ πατὴρ ἀσεβής· ὁ υἱὸς εὐσεβής. ad qas voces orto tumultu havd levi, qod Deo Patri *impietatis* notam inurere videretur; cum qid vellet verbis illis, explicaturus, adjeciſſet; ὁ μὲν πατὴρ ἀσεβὴς, ὅτι οὐδένα σέβει· ὁ δὲ υἱὸς εὐσεβὴς, ὅτι σέβει τὸν πατέρα. reſedit qidem tumultus; ſed pro tumultu riſus havd reſtrictior eſt inſecutus. refert Socrates. *l.2.c.42.* Sed nec Ulpianum, cum τὸ καινὸν, καὶ οὔπω ἐν χρείᾳ γενόμενον φαινόλην, *penulam novam, & qâ uſus nondum erat*, ἄχρηστον dixit, Græce peritiſſimus etiam qiſqam, qid vellet, facile aſſecutus eſſet; qem ludibrio idcirco habitum refert Athenæus *l.3.* ἄχρηστον ζητεῖ μου φαινόλην, cum eâ in balneis ſurreptâ, *penulam* ἄχρηστον *amiſſam* conqereretur; qam niſi *inutilem*, ſive nulli jam uſui, nemo non dici exiſtimaverat. Certe Cl. Caſavbonus mecum pronunciabit. *Id verbi*, inqit, *hac notione barbarum eſſe conſtat.* Denique qod *in* όω *exeuntia activam habere ſignificationem* adjicitur, qid hîc faciat nullus video. nam δικαιόω tam, qum in *condemnationis* & in *caſtigationis*, qam cum in *abſolutionis*, avt *defenſionis* ſignificatu uſurpatur, activam obtinet ſignificationem: nec hinc itaqe conſtare poteſt in hoc potius qam in illo ſenſu ſumendum. Certè ſi Thucydides avt Demoſthenes in illud Apoſtoli incideret, Rom. c.3. v.30. εἷς ὁ θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. aliud qidvis (credo) potiùs inde exculperent, qam qod Apoſtolus voluit: et de fide divinâ potius in maleficis ex utrâqe claſſe ad juſtitiæ normam ſupplicio vel adjudicandis vel afficiendis; qam de peccatoribus fiduciæ in Chriſtum intuitu abſolvendis liberandiſqe, dictum exiſtimarent. cum τὸ δικαιοῦν illo ſenſu vulgò receptum noſſent, hoc nunqam à qoqam uſurpatum accepiſſent. illud itaqe demum affirmo, nihil hactenus dictum, unde conſtet τὸ δικαιοῦν hâc notione magis eſſe Græcum, qam eſſe *juſtificare* Latinum: qod ut τῷ הצדיק reſpondeat, ex lingvæ Latinæ analogiâ (qod obſervaſſe memini Majum noſtrum) diceretur potiùs, ſicut à *probus probare*, ita à *juſtus juſtare.* nec hoc Latinum tamen qiſqam diceret.

Juſtificationis negotio annexa eſt *fidei*, an *fiducia* potius, conditio; ſub cujus lege ea datur. Atqe hîc primo τὸ τῆς πίστεως ὄνομα aliâ apud ſcriptores ſacros notione adhibetur, qam apud profanos plerumqe ſumitur. Accedit proximè qod ex Heſiodo ac Theognide (idem enim ferè uterqe voluit) adduxit H. Stephanus in *Theſauro*. Ille enim,

Πίστεις

Πίστεις δ' ἄρα ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας.

Fidere fit, fitq; & diffidere cavsa ruinæ.

Iste avtem, qod ille dixerat, ex parte alterâ qasi ἐπανορθώσας,

Πίστει χρήματ' ὄλεσσα, ἀπιστίῃ δ' ἐσάωσα.

Fidendo periit res, diffidendo remansit.

Sive ut H.S. explicatiùs, *Fidem habendo pecuniam amisi; at diffidendo ea salva remansit.* Unde pervulgatum fluxit illud, qod Epicharmo tribuitur (de qo videri poterunt, Polyb. *Hist.* l. 17. Et Dio Prus. *orat.* 24.)

Νᾶφε, καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Vigila, nec cui temere fidas (avt credas) nervi hi sunt prudentiæ.

Verum amplius aliqid (qod & idem observavit) apud sacros scriptores id vocabuli designat. Certè apud nos vocula illa **Faith**, qæ Latinorum *fidei*, Græcorum πίστει respondet, nunqam extra rem sacram eo sensu adhibetur, qo in religionis argumento necessariò sumitur; nunqam pro eâ vel *fide* vel *fiduciâ*, qam alicui habemus, cum dictis ejus *credimus*, ipsi de re aliqâ præstandâ *fidimus*; sed pro eâ, qam aliis præstamus, *fidelitate*; qâ notione πίστις usurpata deprehenditur, Matth. c. 23. v. 23. Cæterum formulas illas, qibus nihil freqentius, τὴν εἰς τὸν κύριον πίστιν. Act. c. 20. v. 21. τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν. ibid. c. 24. v. 25. & Coloss. c. 2. v. 5. τὴν πίστιν πρὸς τὸν θεόν. Thess. ep 1. c. 1. v. 8. & πίστιν ἔχειν πρὸς τὸν κύριον Philem v 5. τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν. Galat. c. 3. v. 26. Ephes. c. 1. v. 15. Colos. c. 1. v. 4. Timoth. Ep 1. c. 3. v. 13. & Ep. 2. c. 3. v. 15. deniqe τὴν πίστιν ἐν τῷ αὐτοῦ αἵματι Rom. c. 3. v. 25. tum πιστεύειν εἴς τινα. qod in Joannis evangelio solo tricies sexies reperitur. Joan. c. 2. v. 11. & c. 3. v. 15, 16, 18, 36. & c. 4. v 39. & c. 6. v. 29. 35, 40, 47. & c. 7. v. 5. 31, 38, 39, 48. & c. 8. v. 30. & c. 9. v. 35, 36. & c. 10. v. 42. & c. 11. v. 25, 26, 45, 48. & c. 12. v. 11. 36, 37, 42. 44. ter. 46. c. 14 v. 1. bis. 12. & c. 16. v. 9. c. 17. v. 20. Act. c. 10. v. 43. & c. 14 v. 23 & c. 19. v. 6. Rom. c. 10. v. 14. Galat. c. 2. v. 16. Philip. c. 1. v. 29. Petr. Ep. 1. c. 1. v. 21. Joan Ep. 1. c. 5. v. 10. & εἰς τὸ ὄνομά τινος. Joan. c. 1. v. 12. & c 2. v. 23. & c. 3. v. 18. Joan. Ep. 1 c. 5. v. 13. sed & τῷ ὀνόματι Joan. Ep. 1 c. 3. v. 23. & εἰς τὸ φῶς Joan. c. 12. v. 36. & εἰς τὴν μαρτυρίαν. Joan. Ep. 1. c. 5. v. 10. & ἔν τινι. Act. c. 13. v. 39. & Ephes. c. 1. v. 13. & ἐπί τινι. Rom. c. 9. v. 33. & c. 10. v. 11. Tim. Ep 1. c. 1. v. 16. Petr. Ep. 1. c. 2. v. 6. qibus & adjici possunt ejusdem ferè mentis illa, ἐλπίζειν εἴς τινα, Joan. c. 5. v. 45. Cor. Ep. 2. c. 1. v. 10. & ἐπί τινα Act. c. 10. v. 43. & c. 16. v. 31. &

31. & c.22.v.19. Rom. c.4.v.5,24. & ἔν τινι, Philip c. 2. v. 19. & ἐν τῷ ὀνόματί τινος, Matth. c. 12. v. 21. & ἐπί τινι, Rom. c. 15. v. 12. Timoth. Ep. 1.c.4. v. 10. & c. 6. v. 17. & ἐπί τινα. Timoth. Ep. 1. c.5. v.5. Petr. Ep. 1. c. 3. v. 5. & ἐπί τι Petr. Ep. 1. c. 1. v. 13. item πεποιθέναι ἔν τινι. Philip. c.2. v.24. & c. 3. v. 3, 4. & Thess. Ep. 2 c. 3. v.4. & ἐπί τινα, Matth. c. 27. v. 43. & ἐπί τινι, Marc. c. 10. v. 24. Luc.c.11 v.24. & c.18.v.9. Cor. Ep. 2.c.1.v.9. Hebr. c. 2. v. 13. formulas, inqam, istas. (ut de voce πιστός, & πιστοί, nihil dicam, unde οἱ πιστοὶ tam crebro ἀντὶ τῶν πιστευόντων usurpatur) ubi nam tandem apud priscos Græcos illos, in eis, qæ scripto consignarunt, monumentis reperias? certè qi omnia illorum, etiam rudera qælibet, qam diligentissimè ruspati sunt, nihil hactenus ejusmodi nobis repræsentarunt. Nam qod πιστεύειν περὶ τὸ θεῖον, non nemo deprehendisse se ratus est, apud Aristotelem *rhetor. l. 2. c.* 17. partim interpretis errore, partim interpunctione pravâ deceptus est. Sic enim philosophi habent se verba: φιλόθεοί εἰσι, καὶ ἔχουσι πρὸς τὸ θεῖον πως, πιστεύοντες διὰ γιγνόμενα ἀγαθὰ ἀπὸ τῆς τύχης. *Dei amantes sunt, & numini qodam modo addicti sunt*, sive, *erga numen divinum affecti aliqo modo sunt, fidentes ob bona qæ à fortunâ eis obtigerunt.*

Neqe ista eô à nobis dicuntur, ut (qod immeritò hâc à parte stantibus affingi solet) sacrosanctis illis summè verendis Spiritus Sancti amanuensibus sermonis *impolitiem*, *illuviem*, *barbariem* astruamus. qanqam de dictionis facie havd laborasse se profitentur ipsi: et occurrere in scriptis eorum σολοικοφανῆ saltem nonnulla nemo doctus diffitebitur: sed nec ut *gravitatem majestatem*, *vehementiam*, *perspicuitatem*, *venustatem* etiam eisdem detractum avt derogatum eamus.

Facessant Pfochenii nugamenta ista καὶ κενὰ περιττώματα, qæ frustra, ὑπὲρ τὸ σκάμμα πηδῶντας, (ut cum ipso loqar) oggerit *sect.* 158, qasi Græca lingva prisca pigmenta oratoria in se, tanqam in pyxide una unicaqe conclusa universa contineret; nec extra eam gratiarum qicqam avt elegantiarum haberi posset. Neqe verò à *puritate* lingvæ alicujus pendet prorsus dictionis *vis* ac *vehementia*. qis enim Tertulliano in suo genere disertior? qis Apulejo locupletior? figuris ac pigmentis rhetoricis abundat uterqe; alter etiam luxuriat. qæ narranda suscepere, adeò vivis coloribus describunt, vel depingunt potiùs, sed diversimodè prorsus, ut legentium oculis ipsis exhibita, & exposita videantur. noster verò ille, ubi cum adversario aliqo agendum,

dum,

dum, qam artificiosè aggreditur, acriter premit, vehementèr perurget, arctè undiqe constringit, ut elabendi avt eluctandi ratio omnis intercepta habeatur? itaqe non immeritò de illo Vincentius Lirinensis *commonitorii cap. 1. Ingenio tam gravi ac vehementi excelluit, ut nihil sibi pene ad expugnandum proposuerit, qod non avt acumine inruperit, avt pondere eliserit? jam porro orationis suæ laudes qis exeqi valeat? qæ tantâ nescio qâ rationum necessitate conserta est, ut ad consensum sui, qos svadere non potuerit, impellat: cujus qot pene verba, tot sententiæ sunt; qot sensus, tot victoriæ.* Ecqis tamen Apulejum, avt Tertullianum etiam, de dictionis Latinæ puritate prædicet? ecqis non Afrum magis qam Romanum dicendi characterem in utroqe agnoscat? qodsi in Septimio tamen impedire non potuit, qia disertissimus haberetur, & qod de Pericle olim oratorum vehementissimô, ἤστραπτ', ἐβρόντα. Aristoph. *Acharn.* Fab. *instit. l. 12. c. 10. fulminare* censeretur: cur Hebraismum sapiens stylus Apostolicus obstet, qo minùs Pavlus, qod & de Pericle dictum, *tonare* dicatur; avt qo minùs δεινότητος, *lenitatis*, *illecebrarum* nomine *Pavlina, libertatis & majestatis Petrina, gravitatis Joannina* dictio prædicetur?

Imo potiùs (ne Bezæ verba supra adducta denuò repetamus) è contrario asserimus, sicut ista eis qibuscum plurimùm Apostolis res erat, tunc temporis cum primis familiaria extitisse, Judæis præsertim, qi versione Græcâ utebantur; ita & mentem Spiritus Sancti pleniùs atqe ἐμφατικώτερον multo explicare, qam priscæ illius Græcæ, qæ apud profanos habentur, formulæ flosculive etiam poterant. Certe Hebræorum illa האמין & בטח cum particulâ ב adjectâ, vim qandam & ἐνέργειαν insignem habent, qæ nisi formulis istiusmodi fæliciter satis exprimi vix posse videtur. Qin & illud eorundum נשען unde משען & משענת *scipio, baculus*, cui innititur qis, qoqe sustentat sese in formulâ illâ נשען על ייי Annal. l. 2. c. 13. v. 18. & c. 14. v. 11. & c. 16 v. 7. 8. & Esaj c. 50. v. 10. qo alluditur & Hymn. 18. v 18. eam emphasin habet, ut coacti sint Græci Interpretes vocabulis insolentibus ista reddere, τῷ ἀντιστηρίζεσθαι, καὶ τῷ ἀντιστηρίγματι. Esai. c. 50. v. 10. ἀντιστηρισάσθω ἐπὶ τῷ θεῷ & Hymn. 18. v. 18. ἐγένετο κύριος ἀντιστήριγμά μου. Sed ad alia transeamus.

CAPUT.

CAPUT. IX.

Inter ἰδιότητας et ἰδιωτισμοὺς *distingvendum. idiotismum non probat locutio poetica, avt rarior vocabuli formulæve usus. In poetis Latinis Hellenismi crebri. Ex notionibus communibus formulæ peculiares oriuntur.* Is, id, παρέλκον. Ἰδὼν εἶδον, *Hebraismus. Æschylus incassum accersitus. Crassa Pfochenii in Æschylo halucinatio.* Videndo non videre, *Deut.* 29. 3. *& alibi. In improvidos, illiteratos lingva alicujus ignaros, rerum divinarum imperitos, usurpatum. Plutarchus emendatus & suppletus. Lucianus Christianorum formulis utitur, Christianis illudendo. In Platonis loco lapsus Ribera. Reduplicationes Hebrais familiares, Græcis priscis insolentes; vehementiæ inserviunt: qandoqe deminuunt. Gen.* 3. 4. *qod* Junius *minus commodè reddit, explicat. In* Joan. 11. 26 *Avgustinus pariter halucinatus.* Facundus, facundia; Gratitudo, ingratitudo; Beatitas, beatitudo; *vocabula olim minus usitata.* Mortem videre, gustare, *pro* mori.

PRima nobis fuit præscriptio adversus exempla à Pfochenio adducta; omissa fuisse, qæ omnium ferè consensu Hebraismum resipiunt, qæqe in usu apud sacros scriptores sunt freqentissimo. Altera, qod nec in eis qæ ad rem ipsam aptiora & pertinentia magis sunt visa, id qod est pollicitus, præstiterit: qod in qibusdam jam liqidò demonstratum est; et in aliis multò pluribus deinceps demonstrabitur. Alia jam futura est præscriptio, non sufficere ad cavsam ipsius obtinendam, qod formula hæc avt illa apud scriptorem Græcum aliqem, poetam præsertim, semel avt iterum occurrat; qo probetur usu communi receptam fuisse apud Græcos formulam illam. De poetis siqidem primò, constat satis, multa eos hâc in parte usos esse libertate; formulas phrasesqe usurpasse, qæ nec in

 sermone

ſermone communi, etiam eruditorum, habeantur, nec etiam lingvæ ſuæ idiomati ſatis conveniebant. Ecqis illud Horatii *carm. l. 2. ode. 9. desine qerelarum,* Latinum, (& non Græcum potiùs, λῆγε τῶν ὀδυρμῶν) eſſe dixerit: avt illud, *l. 3. od. 27. abſtineto irarum.* (ὀργῆς ἀπέχου) cui affine Silii illud *l.* 10.

——— *Conſul non deſinit iræ.*

(τῆς ὀργῆς οὐκ ἐπαύσατο) avt illud etiam *ibid, od. 30. agreſtium regnavit populorum* (τῶν λαῶν ἦρξεν, ἤτοι ἐβασίλευσεν) de qo Servius ad Maronis illud *Æn. l.* 11.

——— *nec veterum memini lætorve malorum,*

Lætor malorum, pro malis figura Græca eſt: ſicut Horatius, Agreſtium regnavit populorum, pro agreſtibus populis.

Sed de his amplius videri poterit Jo. Voſſius in *arte Grammat. de conſtruct.* c. 33. qi idem & ejuſdem illud in Epiſt. ad Piſones,

——— *idem facit occidenti.* h.e. ταυτὸν ἐκείνῳ.

more Græco, non Latino, dictum affirmat, *libri ejuſdem cap.* 58. advocato etiam Victorio, qi *Var. lect. l.* 10. *c.* 22. idem ante cenſuerat. qanqam ad Voſſium amandare nihil eſt opus, cum Pfochenium ipſum habeamus *ſect.* 153. agnoſcentem, *apud Virgilium, Ovidium, Horatium, in ſingulis ferè paginis varios Helleniſmos.* Deniqe, cum formulæ nonnullæ ex notionibus qibuſdam communibus effictæ, atqe enatæ ſint; qidni etiam præter uſum lingvæ, qâ utebantur populares ſui, notionis ejuſmodi expreſſio ſcribenti alicui in mentem incidere potuerit, qam is ſcripto ſuo inſereret?

Tùm inter ἰδιότητας & ἰδιωτισμοὺς diſtingvendum meminerit. poteſt enim eſſe lingvæ alicujus & ſolius *idiotiſmus,* qod non tamen ſit ita lingvæ illius peculiare, qin in aliis, ſed rariùs & inſolentiùs, uſurpetur. Avdi. V. Cl. Iſ. Caſavbonum ad Apuleji in *apologiâ* illud, *Calumniam Magiæ, qæ facilius infamatur, qam probatur, eam ſolum ſibi delegit ad accuſandum. Eſt* ἑλληνισμὸς, inqit, *familiaris huic ſcriptori, apud qem ſæpe reperias, eam dictionem* περιττεύουσαν. *Infra;* qod animi partem rationalem, qæ longè ſanctiſſima eſt, eam violet. *Tolle, eam, ſententiæ nihil detraxeris. Ita autem Græci, Herodotus præſertim ac Pavſanias, atqe è recentioribus Agathias. etſi id propriè Hebræorum dialecti eſſe certum eſt.* Qarè *propriè Hebræorum dialecti* dixit, cum & Græcos ita loqi agnoſcat? ſcil. qia nec tam ſolens lingvæ Græcæ, & avtorum duntaxat qorundam peculiaris formula illa videatur; cum apud Hebræos qoſqe nihil crebrius, nihil

uſu-

usu tritum magis. V. g. ut ad exempla, qæ a Pfochenio allata sunt, discutienda tandem perveniamus. Act. c. 7. v. 34. *ἰδὼν εἶδον. Vulgaris*, inqit *creditur esse Hebraismus. atq; ita οἱ* LXX. *solent exprimere, qod Hebr.* ראה ראיתי Et qid nî ita credatur? cum apud Hebræos scriptores, formulis istis nihil qicqam freqentius occurrat. Qia scil. *non soli οἱ* LXX. *sic loquuntur, sed alii etiam.* qi alii? *Æschylus, & Lucianus:* At horum alter nihil minus. Æschyli, qæ adducuntur ex *Prometheo vincto v.* 437. ista sunt.

Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
Κλύοντες οὐκ ἤκουον.

Qi primò qidem videntes videbant frustrà,
Audientes non audiebant.

At tu, Pfocheni, frustra es planè, dum ea laudas, qæ ad rem ipsam nihil pertinent. neqe enim dicit apud Æschylum Prometheus, mortales olim cæcos planè surdosqe fuisse. sed cum visu audituqe pollerent satis, perinde illis fuisse ante artes disciplinasqe a sese inventas invectasqe ac si nec viderent ea qæ in oculos ipsis incurrerent, nec audirent, qæ auribus incidissent. non sunt itaqe conjungenda *βλέποντες ἔβλεπον*, sed inciso potius à se invicem distingvenda. Id qo meliùs pateſcat, altiùs paulo repetita Æschyli verba representabimus.

——— τἀν βροτοῖς δὲ πήματα
Ἀκούσαθ', ὥς σφας νηπίους ὄντας τὸ πρὶν
Ἔννους ἔθηκα, καὶ φρενῶν ἐπηβόλους. ———
Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες, ἔβλεπον μάτην,
Κλύοντες, οὐκ ἤκουον, ἀλλ' ὀνειράτων
Ἀλίγκιοι μορφαῖσι, τὸν μακρὸν χρόνον
Ἔφυρον εἰκῇ πάντα, —— ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
Ἔπρασσον. i. e. vertente Grotio:

——— *nunc sed hominum incommoda*
Audite; qos ego mentis exortes prius
Expergefeci cordis ad prudentiam.
Etenim videntes multa, cernebant nihil;
Surdâ audiebant aure: sic par somniis
Abibat avum, cuncta cum promiscua
Passim jacerent, cuncta temere, improvidè,
Sine mente agebant. ———

Contenderam jam olim Tragici ista cum Mosis illis l. 5. c. 29. v. 3. *Specimina illa maxima, & ostenta, & prodigia viderunt oculi vestri: sed necdum dedit vobis Jova hactenus cor ad dignoscendum, neqe oculos ad perspiciendum, neqe avres ad avscultandum.* Item cum illis Esajæ c. 6. v. 9. (qo tamen loco in priore sententiolæ commatio formula, de qâ agitur, disertè exprimitur) *Audiendo avdietis,* (Græc. ἀκοῇ ἀκούσετε. & ex Græco Matth. c. 13. v. 14. & Lucas. Act. c. 28. v. 26.) *nec intelligetis; & videndo videbitis* (βλέποντες βλέψετε. Græc.) *neqe cognoscetis. pingvefacito cor populi hujus, avresqe eorum aggravato, & oculos occludito; ut ne oculis suis videant, neve avribus avdiant, neve corde intelligant.* et c. 42. v. 19. *qis adeò cæcus ac servus meus? surdus ac nuncius meus? qi multa videns, nihil observat, avres aperiens nihil obavdit.* ita οὐ συνίεναι, καὶ οὐ φυλάττειν Græcis interpretibus hîc idem sunt, qod Tragico illi βλέπειν μάτην. Geminum est avtem Sophoclis illud apud Stobæum tom. 2. tit. 4.

Ἀλλ' οἱ κακαῖς πράσσοντες, οὐ κωφοὶ μόνον,
Ἀλλ' οὐδ' ὁρῶντες εἰσορῶσι τἀμφανῆ.

Qos distinent adversa, surdescunt malis,
Et clara qæ sunt, non vident, nec cum vident.

Nec abscedit Heracliti illud apud Clementem *Strom. l.* 5. (qi cum dicto celeberrimo Matth. c. 11. v. 15. & c. 13. v. 19. & alibi, à Christo usurpato, componit, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω) & Evsebium *præpar. Evang. l.* 3. *c.* 13. & Theodoretum *therapevt. l.* 1. Ἀξύνετοι ἀκούοντες κωφοῖσι ἐοίκασι· φάτις αὐτοῖσιν μαρτυρεῖ, παρεόντας ἀπεῖναι. *Insipientes etiam cum avdiunt, surdis sunt similes: atqe etiam, teste adagio, præsentes absunt.* Qod avtem de avditu Heraclitus, de visu itidem avtoris ἀνωνύμου Senarius:

Ὁ γραμμάτων ἄπειρος, οὐ βλέπει βλέπων.

cujus dicti venustatem corruperit plane, qi eodem, qo Æschylum Pfochenius, modo exceperit. Grotius elegantèr sic expressit.

Illiterata vita, cum oculis cæcitas.

αὐτολεξεὶ sic habeas,

Illiterati, nec ea qæ vident, vident.

Contra,

Διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα.

Qi literas didicere, bis tantum vident.

Ex sapientum scitis illustremus ista. Apud Platonem, Socrates, sensu scientiam distare demonstraturus, à Theæteto qærit; τὴν βαρβάρων

ρων πρὶν μαθεῖν τὴν φωνήν, πότερον οὐ φήσομεν ἀκούειν, ὅταν φθέγγωνται, ἢ ἀκούειν τε, καὶ ἐπίστασθαι ἃ λέγουσι; καὶ αὖ γράμματα μὴ ἐπιστάμενοι, βλέποντες εἰς αὐτά, πότερον οὐχ ὁρᾶν, ἢ ἐπίστασθαι, εἴπερ ὁρῶμεν, διισχυριούμεθα; *Anteqam barbarorum vocem intelligamus, utrumne nos negabimus, audire eos, ubi loquuntur, an audire & scire qa dicent affirmabimus? rursusqe literarum imperiti, ubi eas spectamus, num videre, & scire, siqidem videmus, asseverabimus?* Cui ille; Αὐτό γε τοῦτο αὐτῶν, ὅπερ ὁρῶμέν τε καὶ ἀκούομεν, ἐπίστασθαι φήσομεν. τὸ μὲν γὰρ τὸ σχῆμά τε καὶ τὸ χρῶμα ὁρᾶν τε καὶ ἐπίστασθαι, τὸ δὲ τὴν ὀξύτητα καὶ βαρύτητα ἀκούειν τε ἅμα καὶ εἰδέναι· ἃ δὲ οἵ τε γραμματισταὶ περὶ αὐτῶν, καὶ οἱ ἑρμηνεῖς διδάσκουσιν, οὔτε αἰσθάνεσθαι τῷ ὁρᾶν ἢ ἀκούειν, οὔτε ἐπίστασθαι. *Hoc ipsum illorum qod videmus atqe audimus, scire nos dicemus. alterius nempe figuram ac colorem videre nos & scire, alterius acutum gravemve sonum audire simul & percipere. at vero qa literatores atqe interpretes docent; ea nec sentire nos, nec scire, dicemus.* Vides qomodò literarum lingvarumqe imperiti, *nec videntes vident, nec audientes audiunt*; qomodò item harum *periti duplo plus* qam illi & *audiunt*, & *vident*. De signis divinitùs datis paritèr Porphyrius, *de abstinent. ab animal. esu. l. 2.* Πᾶσι σημαίνουσιν· οὐ πᾶς δὲ συνίησι τὰ σημαινόμενα. οὐδὲ γὰρ ὁ παῖς τὰ γεγραμμένα δύναται ἀναγινώσκειν, ἀλλ' ὁ μαθὼν γράμματα. *Significant ea qidem omnibus; sed significata non intelligit qivis. neqe enim puer, qæ scripta sunt, legere potest, sed is solus qi literas didicit.* Idemqe apud Evsebium *præpar. Evang. l. 3. c. 7. præfat. ad Physiolog.* de signis ac statuis ab hominibus confectis, qas cum Pontificiis nostris librorum instar habere contendit. Τὸν θεόν, καὶ τοῦ θεοῦ τὰς δυνάμεις διὰ εἰκόνων συμφύλων αἰσθήσει ἐμήνυσαν ἄνδρες, τὰ ἀφανῆ φανεροῖς ἀποτυπώσαντες [ὑποτ. M.S.] πλάσμασι τοῖς καθάπερ ἐκ βίβλων τῶν ἀγαλμάτων ἀναλέγειν τὰ περὶ θεῶν μεμαθηκόσι γράμματα. θαυμαστὸν δὲ οὐδέν, ξύλα καὶ λίθους ἡγεῖσθαι τὰ ξόανα τοὺς ἀμαθεστάτους· καθὰ δὴ καὶ τῶν γραμμάτων οἱ ἀνόητοι, λίθους μὲν ὁρῶσι τὰς στήλας, ξύλα δὲ, τὰς δέλτους, ἐξυφασμένον δὲ πάπυρον, τὰς βίβλους. *Deum Deiqe virtutes per imagines sensui subjectas depinxerunt homines, in eorum gratiam, qi ex statuis tanqam ex libris qibusdam, didicerant divina eruere documenta: nihil autem mirum est, si homines imperiti statuas nihil aliud qam ligna lapidesqe reputent: qemadmodum literarum ignari, columnas*, sive *pilas tanqam lapides spectant, codices ut ligna, libros ut papyrum affabrè contextum.* Plutarchus *de Socrat. genio.* Ὡς ἐν ἰατρικῇ σφυγμὸς ἢ φλύκ-

ταινα,

ταῦτα, μικρὸν, ὡ μακροῦ δὲ σημεῖόν ἐστιν ἢ τῷ μαντικῷ ψυχῆς πταρμὸς ἢ κληδὼν, ὁ μέγα καθ' αὑτὸ [μεγάλου δὲ σημεῖον] σύμπτωμα. ὐδημίας γὰρ τέχνης καταφρονεῖται τὸ μικροῖς μεγάλα, καὶ δι' ὀλίγων πολλὰ σημαίνειν. ἀλλ' ὥσπερ εἴ τις ἄπειρος γραμμάτων δυνάμεως, ὁρῶν ὀλίγα πλήθει καὶ φαῦλα τὴν μορφὴν ἀπιστοίη ἀνδρὶ γραμματικῷ ἐκ τούτων ἀναλέγεσθαι πολέμους μεγάλους, οἳ τοῖς, πάλαι συνέτυχον, καὶ κτίσεις πόλεων, πράξεις τε καὶ μαθήματα (παθήματα, forsan) βασιλέων, εἶτα φανείη ὀμνύοντι ὑμνύειν καὶ καταλέγειν ἐκεῖνον τῷ ἱστορικῷ τούτων ἕκαστον, ἡδὺς ἂν, ὦ φίλε, γέλως σοι τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἀπειρίας ἐπέλθοι. &c. (Ita locum mancum ac perperam habitum restituere qadantenus conati sumus:) *Qemadmodum in re medicâ, pulsus aut pustula, parvum qiddam, nec parvi tamen indicium est. ita animæ divinationis parita sternutatio aut omen, cum per se nihil magni sit, magni tamen eventus potest esse præsagium. neqe enim ulli arti hoc neglectui est, è parvis magna, è paucis multa præsagire. Sanè siqis literarum imperitus, cum eas numero paucas, specio minùs elegantes videret, pro incredibili haberet, fore ut literatus qispiam ex eis recitaret bella magna à priscis gesta, urbes conditas, regum facta fortunasqe; ac jurare paratus esset, memoritèr illum ex notitiâ propriâ potiùs narrare unumqodqe horum, qam ex libro recitare; nonne suaviter hominem de imperitiâ ridere tibi subiret?* E nostris, qanqam in istis exterorum superstitionibus addictior, Synesius *de insomn.* Σημαίνει μὲν διὰ πάντων πάντα· καὶ ἔστι ταῦτα γράμματα παντοδαπὰ, καθάπερ ἐν βιβλίῳ τοῖς ὄψει (forsan, τοσαῦτα ὄψει) τὰ μὲν φοινίκεια, τὰ δὲ Αἰγύπτια, καὶ ἄλλα Ἀσσύρια· ἀναγινώσκει δὲ ὁ σοφός· σοφὸς δὲ ὁ φύσει μαθών. *Omnia per omnia numen significat: suntqe ista ut literæ omne genus,* in libris videre est, *qadam Phænicia, qadam Ægyptia, qadam & Assyria. sed legit hæc peritus duntaxat. peritus vero is est, qi naturâ didicit.* Ad qem locum videri possunt Nicephori Scholia. Meliùs Joan. Chrysostomus de divinis eloqiis in Ep. 1. ad Corinth. orat 7. Καθάπερ τὰ παιδία, τὰ βιβλία ὁρῶντα, οὐκ οἶδε τῶν γραμμάτων τὴν δύναμιν, οὐδὲ οἶδεν ἅπερ ὁρᾷ. μᾶλλον κἂν ἀνὴρ ἄπειρος ᾖ γραμμάτων, ταὐτὰ πείσεται· ὁ δὲ ἔμπειρος πολλὴν εὑρήσει τοῖς γράμμασιν ἐναποκειμένην τὴν δύναμιν, καὶ βίους ὁλοκλήρους, καὶ ἱστορίας. καὶ ἐπιστολὴν ὁ μὲν ἄπειρος λαβὼν, χάρτην ἡγήσεται καὶ μέλαν εἶναι· ὁ δὲ ἔμπειρος καὶ φωνῆς ἀκούσεται, καὶ διαλέξεται τῷ ἀπόντι, καὶ ὅπερ ἂν βούληται διὰ τῶν γραμμάτων πάλιν ἐρεῖ. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ μυστηρίου γίνεται· οἱ μὲν ἄπιστοι, καὶ πίγα ἀκούοντες, οὐ δοκοῦσιν ἀκούειν· οἱ δὲ πιστοὶ, τὴν διὰ τοῦ πνεύματος ἔχοντες ἐμπειρίαν

ποιεῖται, ὄψεσι τῆς ἀνακεκαλυμμένης τῆς διανοίας. *Qemadmodum pueri libros cum intuentur, qia literarum vim nesciunt, ne norunt qidem qæ vident: qin & pariter afficitur vir qoqe, si literarum fuerit imperitus. at peritus qi fuerit, magnam in literis illis delitescentem vim deprehendet, vitas integras, atqe historias. Epistolam pariter imperitus acceptam pro chartâ duntaxat atramento litâ habebit: at peritus vocem audiet in eâ loqentem, & cum absente ejus operâ colloqetur, & qicqid libitum fuerit literarum ope respondebit. ad eundem modum in mysteriis istis usu venit: infideles etiam cum audiunt, nec audire videntur: at fideles peritiâ spirituali imbuti, rerum subjectarum vim intuentur.* De operibus divinis itidem Gregorius Nyssenus *lib. de præmaturè abreptis*: ἐπὶ τῶν οὐρανίων θαυμάτων ὁρᾷ μὲν ἐπίσης τὰ φαινόμενα κάλλη, κἂν πεπαιδευμένος, κἂν ἰδιώτης τύχῃ τις ὤν, ὁ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέπων· διαφέρουσι δὲ τὰ περὶ αὐτῶν οὐχ ὁμοίως, ὅ τε ἀπὸ φιλοσοφίας ὁρμώμενος, καὶ ὁ μόναις ταῖς αἰσθήσεσι τὸ φαινόμενον ἐπιτρέπων. οὗτος μὲν γὰρ ἢ ταῖς ἀκτῖσιν ἥδεται τοῦ ἡλίου, ἢ τὸ κάλλος τῶν ἀστέρων θαύματος ἄξιον κρίνει, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ σεληναίου δρόμου ἐπὶ τοῦ μηνὸς παρετήρησεν. ὁ δὲ διορατικὸς τὴν ψυχὴν, καὶ διὰ παιδεύσεως πρὸς τὴν κατανόησιν τῶν οὐρανίων χειραγωγούμενος, πρὸς τὴν τοῦ παντὸς ἁρμονίαν ἐμβλέπει, καὶ ἐκ τῆς ἐγκυκλίου κινήσεως τὴν ἐκ τῶν ἐναντίων ἐναρμονίαν ἐπισκοπεῖ. &c. *In cælestibus miraculis, qæ oculis objiciuntur, pulcritudines vident pariter, sive qis eruditus, sive rudis fuerit, qotqot cælum intuentur. nec tamen pariter de illis cogitant, is qi philosophiâ imbutus accedit, atqe is qi sensibus rem totâ permittit. iste enim, vel radiis solaribus delectatur, vel siderû fulgorem admiratur, vel Lunæ per menses singulos redeuntis numerum observat. at verò is qi animum perspicacem habet, & eruditionis ope ad cælestium contemplationem excultus est, universi totius harmoniam miram intuetur, atqe ex motu circulari rerum sibi invicem adversantium concinentem pulcrè compaginationem considerat. &c.* De eisdem deniqe Augustinus *in Joan. tract.* 24. *Qemadmodum, si literas pulcras alicubi inspiceremus, non nobis sufficeret laudare scriptoris artificium, qoniam eas pariles, æqales, decorasqe fecit, nisi etiam legerimus, qid nobis per illas indicaverit: ita Dei facta miranda, qi tantùm inspicit, delectatur pulcritudine factorum, ut miretur artificem; qi autem intelligit, qasi legit. aliter enim videtur pictura, aliter videntur literæ. picturam cum videris, hoc est tantùm vidisse, laudasse. literas cum videris, commoveris eas & legere. qodsi forte non nosti, Qid putamus, inqis,* esse, qod hic scriptum est? *interrogas qid sit, cum jam vides, aliqid.*

lligid. sed aliud tibi demonstraturus est, à qo qaris agnoscere qod vidisti. alios ille oculos habet, alios tu: apices similitèr videtis, non similiter signa cognovistis. tu vides, & lavdas; ille videt & lavdat, legit & intelligit. Idemqe *de verb. Dom. orat.* 44. *Qemadmodum qi videt literas in codice optimè scripto, & non novit legere, lavdat qidem antiqarii manum, admirans apicum pulcritudinem; sed qid sibi velint, qid indicent illi apices, nescit; & est oculis lavdator, mente non cognitor. alius avtem & lavdat artificium, & capit intellectum: ille utiqe, qi non solum videre (qod commune est omnibus) potest; sed etiam legere, qod, qi non didicit, non potest. ita qi viderunt Christi miracula, & non intellexerunt qid sibi vellent, & qid intelligentibus qodam modo innuerent, mirati sunt tantùm, qia facta sunt. alii vero & facta mirati, & intellecta assecuti.* Verum oblitus es, inqis, eorum, qæ præ manibus habes. nihil minùs. Cinno hæc mantisa destinabatur. mercis avtem naturam referre mantisam novum non est. nec studiosis ingrata fore ista spes est. Sed de viâ in semitam.

Æschylum ostendimus Psochenio frustra advocatum. Ad Lucianum transimus. Apud hunc Protei Menélaus, ἰδὼν εἶδον. *videns vidi. ita locutus Lucianus* ὁ ἀττικώτατος. *nec verisimile Lucianum hominem Ethnicum, Judæis (pariter ac Christianis) infensissimum, ab eorumqe moribus, vitâ, conversatione qam maximè abhorrentem, Græci sermonis elegantiâ relictâ, illos in stylo imitatum.* ita *sect.* 131. Psochenius. Respondeo, 1. Lucianus ὁ ἀττικώτατος ille poetica suis immiscere solenne habet. è qo genere hoc esse potuit. tum potuit per ludibrium è nostris phrasin istam usurpasse. neqe enim hoc scurræ illi impuro insolens, inde enim et τὸν βραδύγλωσσον pro Mose posuit, et ἐκ τῶν ἀσεβῶν χώρων λυτρώσασθαι, pro liberare *à locis impiis*, dixit, in *Philopatride*: qo in centumculo dogmata Mosaica ritusqe Christianos subinde subsannat. ut Dei ipsius apud Mosem. l. 2. c. 3. v. 7. verba μυκτηρίζων immitari voluisse non immeritò censeatur. Cui adjici potest, avtores etiam profanos & Christiano nomini satis iniqos, horum tamen formulas, interdum serio, interdum et per derisum, usurpare. Sic Ammianus *l.* 22. *c.* 11. de Diodoro qodam Alexandrino, *dum ædificandæ præesset Ecclesiæ.* qod V. Cl. Cl. Salmasio observatum in *Epist. ad Colvium de Virorum casarie & mulierum comâ.* Deniqe geminationem vocabuli vim aliqam dictis adjicere ratio ipsa, eadem omnibus communis, suggerit. qid ergo impedit, qo minùs

istius

istius ductu, formulam qandoqe concipiat qis à lingvæ suæ usu alienam; qæ alii alicui, qam is nesciat tamen, familiaris existat? etiam mulierculæ ad mensam Hebraismum excidisse temerè animadverti non semel; qam tamen literas Hebraicas nunqam attigisse, etiam sacramento interposito, avsim asseverare. Qæ avtem, malùm, pervicacia ista, Hebraismum negare, qod singulis ferè paginis in Hebræis scriptoribus occurrit, qod apud Græcos horum interpretes huic exprimendo adhibetur, qod spiritus sancti amanuenses, ab istis sunt mutuati; Græcismum asserere, cum priscum nullum omninò, qi eo unqam usus sit, lavdes; unum duntaxat scriptorum sacrorum ætate inferiorem, scriptis sacrisqe Christianis illudentem passim, qi semel tantum id usurparit, proferas? at nos è contrario Græcis receptam formulam non esse, ex priscorum omnium silentio certiùs, non probabiliùs tantum, multo probabimus. Sic habeas. *Facundum* & *facundiam*, vocabula ista Ciceronis ætate extra poesin havd fuisse usu recepta, rectè contendunt Grammatici, qia *facundiæ literarumqe Latinarum parens Cicero* (Plinium avdis ex *l. 7. c.* 30.) cum de re ipsâ tot libros scripserit, totiès tam multa dixerit, vocabulis istis nusqam sit usus. Sed & qis non pro certissimo habuerit argumento, *gratitudinis* & *ingratitudinis* vocabula, qæ hodiè nec ab illorum scriptis exulant, qi politi tamen haberi solent, nec Senecæ ætate (qam *Ciceronianæ tanqam avreæ argenteam successisse*, Erasmus censuit) nedum Ciceronis obtinuisse, qia hic (qod & Budæo observatum) Græco ἀχαριστίας uti maluerit, *ad Attic. l.* 8. ille cum in libris *de beneficiis* istius vel virtutis vel vitii totiès meminerit, *animi grati ingratiqe* periphrasi perpetuò id utrumqe expresserit? Certè de *beatitatis*, forsan & *beatitudinis*, vocabulo idem statui possit; cum Cicero semel tantùm, idqe cunctabundus, *sive beatitas, sive beatitudo*. *de Natur.* Deor. *l.* 1. (qod & Fabius *l.* 8. *c.* 3. monuit) eo usus sit: Seneca argumentum illud ex professo prosecutus, non *de beatitate*, avt *beatitudine* etiam, sed *de vitâ beatâ* librum suum inscripserit. Parìqe nos ratione formulam istam, qâ de agimus, apud Græcos, ab antiqo nevtiqam receptam jure contendimus, qod cum variis admodum qæ vehementiæ inservirent formulas usurparint, istâ tamen ex eis nemo qisqam unqam uspiam usus deprehendatur.

Cæterum Pfochenio de formulâ istâ suppetias forsan tulerit Fr. Ribera. Is enim in *commentariis* ad Zephaniæ c. 1. v. 7. Etiamsi Euthymium castiget, qod ad Hymn. 192. ambigere videatur, an *Hebraismis*

braismis accenseri debeant *reduplicationes* istiusmodi; profert tamen ex Platone, qo nemo ἀττικώτερος, compositionis istius, uti ipse censuit, exemplum. Ex *Symposio* itaqe ejusdem adducit, Βίᾳ γὰρ ἔρως οὐχ ἅπτεται, οὔτε ποιῶν ποιεῖ qod ipse vertit; *violentia enim amoris non tangit, neq; faciens facit*: i. *non vehementer stimulat*. inqit ille. At vero pari modo in Platone lapsus est Ribera, qo in Æschylo Pschenius. dictionis Platonicæ series hæc est. Ἔρως οὔτ' ἀδικεῖ, οὔτ' ἀδικεῖται· οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει, (βίᾳ γὰρ ἔρωτος οὐχ ἅπτεται) οὔτε ποιῶν, ποιεῖ. subit animum viri mihi multis nominibus honorandi D. Joannis Bojsii dictum; *Da codicem probè interpunctum, commentarii justi vicem habebit*. interpunctione genuinâ adhibitâ, vides omnia istic proclivia; sed qæ ad Riberæ argumentum nihil qicqam pertinent. *Amor*, inqit, *injuriam nec infert cuiqam, nec a qoqam eandem patitur. neq; enim per vim patitur qicqam, siqid patitur, (vis enim amorem nulla tangit) neq; faciens, facit.* hoc est, *neqe si qid facit, per vim facit.* qod de perpessione superiùs dixerat. dicti ratio ab axiomate illo pervulgato petitur, *Nemo volens læditur.* subjungit enim, Πᾶς γὰρ ἑκὼν ἔρωτι πᾶν ὑπηρετεῖ. *Amori enim qisqe in reqâqe sponte suâ obseqitur.*

Unicum ubi adjecero, qod nemini hactenus animadversum offendi, formulam hanc mittam; *geminationem* nimirum *vocis* istam Hebræis solennem, non *augere* aut *intendere* semper, sed *minuere* qandoqe atqe *elevare*. Ita sumendum in serpentis verbis. Genes. c. 3. v. 4. *non moriendo moriemini*. ubi argutè nimis, sed & dilutè, Junius; qod Piscatori tamen placuit; *infert non esse certum, qod mors secutura sit, si de fructu vetito comedat*: *non enim dicit*, inqit, *moriendo non moriemini; qod ex diametro pugnaret cum verbis* Dei *supra* c. 2. v. 17. *sed inverso vocum ordine, tantùm negat mortis certitudinem*. At ego vocum ordinem inversum nullum video. מוֹת תָּמוּת *moriendo morieris*, inqit Deus. לֹא מוֹת תְּמֻתוּן *non moriendo moriemini*, inqit Diabolus. qænam istic inversæ voces? nec incertum esse voluit, an morituri essent fructu vetito gustato, sed pro certo planè habendum, non esse morituros; nullam esse prorsus à fructus illius esu mortis justam formidinem, vel suspitionem etiam levissimam. qod & Pareus vidit, qi ex Lombardo adducit illa, *Deus affirmat, mulier dubitat, diabolus negat*. ita *non moriendo moriemini*, idem valet ac si dixisset, *non omninò morituri estis*. nihil minùs eventurum est, qam ut mortis discrimen subeatis vel levissimum. Non absimile prorsus est

illud D. Christi, Joan. c. 11. v. 26. *πᾶς ὁ ζῶν καὶ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα.* qod malè accipiunt, qasi neget Christus, eos, qi dum in vitâ sunt, in ipsum crediderint, in æternum perituros. Avgust. *de verb. Apost. serm. 23. Licet moriatur ad tempus, non morietur in æternum,* qum Christus *nunqam moriturum* pronunciaverit. qo modo enim Judæi qoqe ceperant, cum idem ferè; nisi qod aliâ usus mortis periphrasi, *θάνατον θεωρεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀποθανεῖν* (qomodo Ethan Hymn. 89. v. 48. Et Luc. c. 2. v. 26. & Hebr. c. 11. v. 5. *ἰδεῖν θάνατον,* pro eodem; & contrà *ζωὴν ὄψεσθαι,* pro *vitâ frui, vivere.* c. 3. v. 36.) dixit. c. 8. v. 51, 52. nam qod ille *θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα,* illi *οὐ μὴ γεύσεται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα,* (eâ usi formulâ qâ & Apostolus Hebr. c. 2. v. 9.) *mortem in æternum non gustabit.* hoc tantùm falsi, qod mortem naturalem dixisse Dominum avtumabant, cum spiritualem ille diceret; nec morte istâ qæ naturam conseqitur, defungendos, sed in illâ etiam, qam oppetituri essent morte, morituros negaret. Sed ne de loco illo obstruatur, etiamsi verbi significatio minui videatur, intendi tamen rem ipsam negatè prolatam. plus enim esse extra omne mortis ullâ ex parte admittendæ periculum consistere, qam ejusdem subeundæ necessitate nullâ obstringi. qanqam ad id qod proposuimus obtinendum, illud suffecerit: de verbi siqidem geminati usu sensuqe duntaxat qæritur: alterum huic subjungemus, qo etiam affirmatè enunciata minuit formula ista. habetur is Genes. c. 43. v. 7. ubi Jacobo cum filiis suis expostulanti qod Benjaminis mentionem apud Ægyptium fecissent; respondent illi, *num cognoscendo cognoscere poteramus, dicturum illum fuisse, facite descendat huc frater vester.* rectè Jun. *Poteramus ne ullo pacto cognoscere?* itaqe perperam reddidere, qi vertunt; *poteramusne certò cognoscere?* cum illi hoc vellent, se ne suspicari qidem hoc potuisse. Eadem est formulæ istius ratio in jumenti verbis, qibus Balaamum dominum sessoremqe suum alloqendo interrogat, Numer. c. 22. v. 21. *an solere, sive solendo solita sit.* h. e. *an unqam omninò solens fuerit id facere* qod tum fecerat. Et neqis objiciat, *ἰσοδυναμοῦντα* ista negationem vi saltem ac virtute in se continere, habeat ex Mosis l. 4. c. 30. v. 12. & 15. *Si vir illius* הפר יפר *irrita faciendo irrita fecerit.* i.e. si qo modo *irrita fecerit.* ubi nostri *ἀλλόγλωσσοι,* priore loco, **utterly made void**; posteriore **any wayes made void**, rectius, reddunt.

CAPUT. X.

נפש *anima pro* homine. *Ezekiel Tragicus qalis autor. alius sermo communis, alius poeticus, et affectibus commovendis exprimend sve adhibitus.* συνεκδοχαὶ *linguarum omnium communes. nec omnes tamen usupariliter familiares.* σώματα *pro servis. Strabo emendatus. Campensis in Athenaeo lapsus. Epiphanii ratio altera rejecta. sed & Magii.* Animæ *pro servis.* Corpora *& de liberis. A parte totum. A potiore Hebraeis magis familiare. Apoc.* 18. 13. *explicatur. Pollux notatus.* Anima *pro vitâ. de Eucherio Erasmi elogium.* Anima *ipsa potest in Hesiodi & Homeri locis adductis intelligi. Scholiorum Homericorum autor qis.* Anima *pro cadavere, Hebrais: Maroni qoqe.* σάρξ, caro, *pro corpore. Hebraeis etiam pro homine, in sermone qoqe communi.* χρόα *pariter poetis Graecis, sed rarius. Sophoclis locus cum Aristophanea à Scholiaste perperam commissus.* περὶ ψυχῆς, de animâ *dimicare, fugere. Eunapius emendatur.* ἀεὶ κρεῶν, pro carnibus. *ubi frustra Scholiastes. aliter lepus, aliter servulus. Plauti locus, aliter qam Scaligero explicatus.* caro *pro homine Hebraeis crebrum, Graecis rarum.* corpus *contra illis rarum, his crebrum.* Caro *Hebraeis, pro parte genitali.* Corpus *item, juxta Augustinum. utrumqe pro parte irregenitâ.*

IStis expeditis alia nonnulla discutiamus. *Sect.* 34. נפש *anima*, pro *seipso Hebr. poni dicitur.* Psal. 16. v. 10. & ψυχὴ pariter Act. c. 2. v. 27, 31. sed & Jerem. c. 51. v. 14. & Marc. c. 13. v. 34. Sed *idem apud Graecos autores profanos legi* excipitur. Theocr. *Idyl.* 16. v. 24.

Ἀλλὰ τὰ μὲν ψυχῇ, τὰ δὲ καί τινι δῶναι ἀοιδῶν.

sed

sed partem animæ. i. sibi ipsi; *partem etiam alicui pietate datam.* Et Evripid. *Hercul. Fur.* v. 451.

Ἢ τῆς ταλαίνης τῆς ἐμῆς ψυχῆς φονεύς;

Aut qis miseræ animæ meæ, i. mei. *occisor?*

Hoc avtem aliis tantum verbis repetit noster nobis denuò *Sect.* 95. ψυχὴν *animam pro homine usurpari*; LXX. Gen. c. 46. v. 27. *Mosen secutis: & a Luca* Act. c. 7. v. 14. *a Petro itidem* Ep. 1. c. 3. v. 20. *Verum ab Evripide pariter usurpatum in Helena.* v. 15. *Ubi ea asserit,* ψυχὰς πολλὰς, *animas multas* i. e. *homines ob ipsam occubuisse. Et Ezechielem Tragicum* (qem nemo tamen pro Græci sermonis avtore idoneo jure habuerit) *eadem formula usum, ubi ex Mose eadem, qæ apud Lucam Stephanus, denarrat.* Verum cedo nobis arbitrum qemvis, non præjudicio corruptum prorsus. is sententiam ferat, æqum ne sit pro Hebraismo haberi, qod est nihil apud ipsos in sermone qolibet usitatius; an Græcorum idiomati ideò ascribi, qia apud poetam unum avt alterum semel, bis ve, aut sæpiùs etiam, ad affectus maximè teneriores exprimendos, usurpatum deprehenditur.

At unde, inqis, *Hebraismi illis innotuerunt, qibus nihil unqam fuit cum gente illâ commune?* norunt omnes συνεκδοχικῶς *partem pro integro* usurpari. estqe hoc in genere lingvæ nullius non commune. Verum in rebus qibusdam non in aliis, huic vel illi peculiare. Verbi gratiâ. Græci σῶμα i. *corpus pro homine* ipso, præcipuè ubi de *servis* loqintur, usurpant. Demosthenes *Phillip.* 3. Τριήρεις καὶ σωμάτων πλῆθος, καὶ χρημάτων πρόσοδοι, καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἀφθονία. *triremes, corporumqe multitudo, & pecuniarum reditus, reliqiqe apparatus copia immensa.* Aristoteles in *narrat. mirand.* Iberos refert gentem καλάγυνον, ἀντὶ ἑνὸς σώματος θηλυκοῦ διδόναι τοῖς ἐμπόροις τέτταρα καὶ πέντε σώματα ἄρρενα. *pro uno corpore fœmineo qatuor aut qinqe mascula mercatoribus permutare.* inde σωματέμπορος, *venalitius, Mango.* Glossar. sive ἀνδραποδοκάπηλος, καὶ μεταβολεὺς ἀνδραπόδων. Evstath. *ad Odyss.* α. et σωματεμπορεῖν Straboni, *l.* 14. qi de prædonibus Cilicibus, λῃζόμενοι καὶ σωματεμποροῦντες. *prædam agentes, & corpora nundinantes.* et rursus προσποιούμενοι σωματεμπορεῖν. *corporum mercaturam prætendentes.* ita enim conjunctim legendum, non divisim, σωματι ἐμποροῦντες, & σώματ' ἐμπορεῖν. qod Cl. Casavbonus tamen non mutavit. Sic Athenæus *l.* 5. ex Moschione refert, molis stupendæ navigium traxisse Archimedem, δι' ὀλίγων σωμάτων. i. e. non *paucis instrumentis* uti vertit Dalechampius, sed *paucorum servorum.*

rum.

[illegible]; qod monuerunt Hieron. Magius *Miscell. l.* 1. *c.* 12. & Casavbon. *ad Athen. l.* 5. *c.* 10. Epiphanius in *ancorat. S.* 59. ἡ συνήθεια τοὺς δούλους σώματα εἴωθε καλεῖν. δεσπότης, φησὶ, ἑκατὸν σωμάτων, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς ἐχόντων. *Servos usus communis corpora vocare consuevit.* centum, *inqit* dominus est corporum; *cum illa animas tamen habeant.* rationem subjungit primo loco argutiorem pavlò. ἐπειδὴ ἡ δεσποτεία τῶν ἀνθρώπων σωμάτων κυριεύει, ἀλλ' οὐ ψυχῶν, διὰ τοῦτο δούλους εὐλόγως σώματα ἐκάλεσαν, οὐ ψυχὰς, ἵνα δείξῃ τὴν χρῆσιν τῶν σωμάτων. *qandoqidem dominium in corpora, non in animas, habetur, ideò servos rectè corpora vocarunt, ut corporum usum designarent.* et favet qidem opinioni isti illiud Aristophanis *Pluto*;

Τοῦ σώματος γὰρ οὐκ ἐᾷ τὸν κύριον
Κρατεῖν ὁ δαίμων, ἀλλὰ τὸν ἐωνημένον.
Jus corporis, non illi qi illud possidet,
Sed ei, qi pretio est mercatus, concesserit.

nec tamen ea videtur formulæ hujusce ratio, cum aliis *animæ* contra pro eisdem dicantur; atqe ita ferè Epictetus apud Stobæum *tom.* a. *tit.* 5. ubi monuerat, ne ministrantium ad epulas turba nimiâ uterentur. ἄτοπον γὰρ, inqit ὀλίγαις κλίναις πολλὰς δουλεύειν ψυχάς. *absurdum est, ut toris exiguis animæ multæ inserviant*: nec *corporis* tantum sed *animæ* usum etiam habent fructumqe percipiunt domini, & ab eis præsertim, qi artificio aliqo insignes sunt, servis. Sed nec probabile videtur, qod Magius, ideo *corpora servos dici, qia in nostro sunt dominio, qomodo corpus, qod solum nostrum esse ex philosophorum qorundam sententiâ Servius ad Æn. l.* 6: qasi non et anima nostra sit. Qin nec de servis solis, licet de istis creberrimè, phrasis illa usurpatur, qâ *corpus* pro *homine* ponitur. Siqidem de se Iolaus in Evripidis *Heraclidis*,

Τὸν Ἡράκλειον ἴστε που παραστάτην
Ἰόλαον; οὐ γὰρ σῶμ' ἀκήρυκτον τόδε.
Nostis Iolaum, qi Herculi qondam astitit
Socius? neqe est enim incelebre corpus hoc.

h. e. non est *incelebris persona* hæc. Et in eadem fabulâ, v. 529.

Ἡγεῖσθ', ὅπου δεῖ σῶμα κατθανεῖν τόδε.
Deducite eô, ubi corpus hoc debet mori.

h. e. ubi me oportet mori. prout pavlò post ibidem.

Ἐπεὶ δ' οὐ δίκαιον κατθανεῖν ἄνευ πάλου·
At vero est iniqum sorte non missâ mori.

Nec

Nec secus Sophocles *Oedipo Rege,*

—— δρῶντα γάρ νιν, ὦ γύναι, κακῶς
εἴληφα τὸ μὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ.

Malum struentem, o mulier, artibus malis
Hunc deprehendi corpus adversus meum. i. e. adversus me.

Verum potius illud est, qod adjecit Epiphanius ibid. εἴωθεν ἡ ἀνθρωπότης καλεῖν τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ τῦ ἑνὸς ὀνόματος. & rursus, S. 78. ἀπὸ τῦ ἑνὸς εἴδυς ὁ ἄνθρωπος ὅλος καλεῖται. *Homo duabus cum constet partibus, animâ & corpore, solent homines hominem ipsum ab harum alterâ nuncupare.* sed & fortassis à parte seqiori servos sæpius, qia deterioris illi conditionis censeantur. At Hebræis familiare magis à parte alterâ, *animâ* scil. נפשות ψυχὰς *animas* eosdem nuncupare. Avgustin. *de Trinit. l. 7. c. 3. A parte meliore. i. animâ totum dicitur, cum anima & corpus sit totus homo.* Hinc Genes. c. 13. v. 5. inter Abrahæ facultates reliqas recensentur *& animæ qas acqisiverat:* Græc. πᾶσαν ψυχὴν ἣν ἐκτήσατο. Apocalyps. avtem c. 18. v. 13. utrumqe reperitur; ubi inter reliqa Babylonicæ meretricis mercimonia habentur, tum σώματα *mancipia*, tum & ψυχαὶ ἀνθρώπων, *animæ hominum*, qod ex Ezechiele mutuatum videtur c. 27. v. 13. ubi נפש אדם *anima hominis* (i. e *anima humana*) pro *mancipiis* venalibus usurpatur. qanqam apud Joannem non incommodè distingvere videtur Piscator, qi *corporum* nomine, *servos ære comparatos, animarum, liberos plagio surreptos*, avtumat designari. Pollux interim hîc notandus venit, qi. *l. 3. c. 7. S.* 1. σώματα ἁπλῶς, inqit, ὐκ ἂν εἴποις, ἀλλὰ σώματα δῦλα. vetat scil. servos σώματα simpliciter dicere, sine adjectâ voce δῦλα. qod avtorum omnium, probatissimorum etiam, avtoritati planè contrait. *corpora* ergò pro *hominibus, servis* maximè, Græcum est. *anima* pro eisdem idiotismi Hebraici: qi tamen usus cum fundamento communi nitatur, potuere Græcorum nonnulli, etiam usus Hebræorum ignari; poetæ præsertim qi à suorum usu freqentiùs recedere solent; præter lingvæ suæ morem, hominem aliqandò à parte illâ alterâ designare.

Addam, in Psochenii gratiam, nec Latinis ignotum, avt insolens planè, *animam* pro *homine* usurpare. Tertullianus *de anima c. 13. Enimverò qis non animæ dabit summam omnem, cujus nomine totius hominis mentio titulata est?* Qantas animas pasco? *ait dives; & animas salvas optat gubernator.* Cicero *famil. l. 14. Ep. 14. vos, mea carissima anima, qam sæpissimè ad me scribite.* Cæterùm qis

 mihi

mihi apud veteres Græcos, vel historicum vel philosophum exhibuerit, qi vocem ψυχὴ familiaritèr eo modo qo scriptores sacri, usurparit? Pavlus Rom. c. 2. v. 9. θλῖψις καὶ στενοχωρία ἐπὶ πᾶσαν ψυχήν. et c. 13. v. 1. πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω. Lucas Act. c. 3. v. 23. πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἂν μὴ ἀκούσῃ &c. et c. 2. v. 43. ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος· et ibid. v. 41. ψυχαὶ ὡς τρισχίλιαι. et c. 7. v. 14. Stephanus, ἐν ψυχαῖς ἑβδομήκοντα πέντε· et Petr. Ep. 1. c. 3. v. 20. εἰς ἣν ὀλίγαι, τουτέστιν ὀκτὼ, ψυχαί. et Joan. Apocalyps. c. 16. v. 3. πᾶσα ψυχὴ ζῶσα. pro *animante qovis.* neqe hîc qisqam mihi Homerum reponat, qi *Iliad. α.* dixerit,

Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.

qanqam & ibi ψυχὴ pro alterâ hominis parte sumi videtur: avt Juvenalem, qi *satyr.* 4.

——— — —— Claras qibus abstulit urbi
Illustresqe animas impunè & vindice nullo.

& *satyr.* 10. de Annibale,

Finem animæ, qa res humanas miscuit olim,
Non gladii, non saxa dabunt, nec tela, sed ille
Cannarum vindex, & tanti sangvinis ultor
Annulus ———

Avt siqid etiam ex rhetorum myrotheciis, avt amatorculorum blanditiis depromptum, huc arcessere libuerit. neqe enim avt poetico, avt oratorio, avt amatorio etiam dicendi genere usi sunt, ubi hoc modo loquntur Spiritus sancti amamuenses, sed simplicitèr vel res gestas narrant, vel præcepta suis tradunt,

Animam verò pro *vitâ* etiam Græcis usurpari, freqentèr satis, ego qidem Pfochenio id *sect.* 41. urgenti, non invitus concesserim. etiamsi poetarum tantùm hîc qoqe dicta adducat; qorum etiam pars dimidia meritò fuerit controversa. qum & Hesiodi illud, χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι, nihil impediat; qo minùs de *animâ* ipsâ sumatur, qam nec pecuniis cariorem habeant havd pavci. qos elegantèr Evcherius in insigni illâ *ad Valerianum epistolâ* parænetica (de qâ pronunciat Erasmus, *nihil vidisse profectum à nostræ religionis hominibus, qi eloqentiæ qoqe gloriâ floruerint, qod cum hujus phrasi sit conferendum*) his verbis alloqitur: *Qo devius ac præceps hominum amor raperis? scis ea qæ tibi obveniunt diligere, & ipsum te diligere nescis? foris est qod amas; extra te est qod concupiscis. revertere potius in te, ut tu tibi sis carior, qam tua.* (ipsum

te.

te vult animam tuam. *Animus enim cujusqe is est qisqe.* Cicero *Scipion. somn.)* Et, *Meritò*, inqit, *poscit studia majora pars melior.* sed nec Homeri illud *Iliad. ι.*

Αἰεὶ ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν,

non & de *animâ* ipsâ intelligi qeat. nam Didymus qem advocat, (qanqam Heracleo is, non Didymus, vicis doctis censetur) nihil hîc mutat. eoqe magis ob ea qæ seqvuntur. ubi Achilles, *οὐ γὰρ ἐμοὶ ψυχῆς ἀντάξιον*, &c. qibus animam sibi suam cariorem esse pronunciat, qam thesavros universos, qos vel Troja ipsa, cum floreret maximè, vel Apollinis Pythii septa contineant: et rationem adjungit, *ὅτι ἀνδρὸς ψυχὴ πάλιν οὐκ ἔλθοι, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.* ubi Evstathius *τὴν ψυχὴν, τὸ ψυχικὸν πνεῦμα*, *animam*, *animalem spiritum*, dicit. verum missis his; Hebræorum illud peculiare non immeritò censetur, qod *animam*, non pro *vitâ* tantùm, vel etiam pro *homine vivente*, sive *vitâ prædito*; sed etiam pro *homine mortuo & exanimi* usurpant, inde טמא נפש *pollutus animâ*, i. a contactu hominis mortui, cadaveris. Agg. c.2.v.14. Levit. c. 22. v. 4. Ibid. c. 19. v. 28. *Neqe casuram inditote carni vestræ* לנפש *pro animâ* i.e. *pro mortuo* qovis. et cap. 21. v. 1. *Sacerdos pro animâ ne se polluito.* & rursus v. 11. *Sacerdos maximus* על כל־נפשות *ad animas ullas*, i. cadavera, mortuorum corpora, ulla, *ne accedito.* rationem reddit Avgustin. epist. 157. *Anima corpus, qod animam continebat; ut ecclesia dicitur locus ille etiam absente populo.* atqe ita sumunt pleriqe nostri, qod ex Psal. 16, Pfochenius attulit At eandem tamen formulam Maroni usurpatam deprehendimus Æneid. l. 3. de Polydori cadavere ab Æneâ cum pompâ funebri sepulto. ——————

—— *animamqe sepulcro*

Condimus. —— i. *cadaver*, corpus inanime. *οὐ γὰρ θάπτομεν τὰς ψυχὰς ἐν τοῖς μνημείοις.* Epiphanius in ancorat. S. 87. nam qæ Servius ibi garrit, nec navci sunt.

Sed aliud est poetam aliqando insolentiùs sic locutum; aliud in sermone communi ac familiari obtinere.

Sed porrò pavlò pergamus. *Usus sacri eloqii est*, inqit Gregorius Rom. in Evangel. homil. 25. *ut aliqandò ex parte totum, aliqandò ex toto partem significet. ex parte totum*, ut Genes. c. 47. v. 26. *Omnes animæ, qæ descenderunt cum Jacobo in Ægyptum*, &c. *neqe enim animæ sine corporibus descenderant. sed per solam animam totus homo significatur; qia ex parte totum exprimitur. contra solum dominicum*

minicum corpus in monumento jacuerat, & Maria non corpus Domini, sed sublatum Dominum qærebat. videlicet ex toto significans partem. Nec ab usu, qem loqitur Gregorius, abhorret sermo profanus. Sed in lingvæ cujusqe proprietate usuqe peculiari statuendo, exqirendum semper *qatenùs*. Verbi gratiâ. adducit Pfochenius sect. 56. σάρκα i. *carnem* pro *corpore* usurpatam, ne pro *Hebraismo* mero id habeatur, ab Evripide Tragico non semel; ab Epicteto, etiam, qi Stoicis solenni more, *corpus* σάρκα, appellat. cui poterat & M. Antoninum Imper. adjicere, qi nunc κρεάδιον nun σαρκίδιον per contemptum corpus nuncupat. Epicurum etiam qi in select. sent. apud Laert. l. 10. Τὴν γὰρ σάρκα τὸ παρὸν μόνον σχηματίζει· τὴν δὲ ψυχὴν καὶ τὸ παρελθὸν καὶ τὸ μέλλον qod Cicero fin l. 1. *Nam corpore nihil nisi præsens, & qod adest, sentire possumus: animo avtem & præterita & futura.* Et è Latinis Senecam, qi Epist. 74. *Non est*, inqit, *summa felicitatis nostræ in carne ponenda.* Mittò qærere, an familiaris ista Græcis priscis locutio fuerit. nam de poetis non repetimus, qod dictum superius; Epictetus avtem an Arrianus, vix est ut lingvæ Græcæ purioris avtor idoneus habeatur. tum aliud est, ut rhetoricando ad rem elevandam, & deprimendam, *carnis* nomine *corpus* nucupetur; aliud ut in usu familiari, ubi nihil istiusmodi attenditur, eadem corpori appellatio tribuatur. Sed concedatur carnem illis pro corpore usurpatam; ex *parte* scil. *totum, totum*, inqam, *corporis*. at nunqid ideò & *totum hominis?* Certè Hebræis sicut נפש i ψυχὴ anima, pars altera freqentèr; ita בשר i. σάρξ caro, non minus familiaritèr, nec ubi tropi avt schemata qæruntur, sed ubi more vulgari ac usitatissimo sermo instituitur, pro *toto homine* sive *toto hominis*, siqis id maluerit, usurpatur. Exempla aliqot superiùs dedimus, ubi de variis hujus vocabuli apud sacros scriptores significatis egimus: qibus plura hîc adjicere, cum possent plurima, superfluum foret. Videantur Gen. c. 6. v. 3. 12, 13. Esaj. c. 40. v. 5, 6. cum Psal. 97. v. 6. Matth. c. 24. v. 12. Rom. c. 3. v. 20. cum Psal. 143. v. 2. &c.

Nec abnuerim tamen et κρέας, qo modo ψυχὴν supra diximus, pro homine ipso, sed rarenter admodum, poetis Græcis usurpatum. Exemplum unum dabitur, qod è Sophocle nobis suggerit Aristophanis enarrator. Apud Comicum, ludibundus, vector Stygius, negat servum qenqam admissurum.

Ει μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν.

Nisi qi navali interfuerit prælio.

Et

Et fortiter pro carnibus rem gesserit.

Ad qem locum Scholiastes, περὶ οὐδενὸς ἄλλου, ἢ περὶ τῶν ἰδίων κρεῶν, τουτέστι, σωμάτων· οὐ περὶ τῶν χρημάτων καὶ πατρίδος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος. *pro re nullâ aliâ, praterqam carnes suas. i, corpora: non pro pecuniis & patriâ, sed pro corpore proprio.* Additqe idem, κρέας γὰρ τὸ σῶμα. caro enim pro *corpore* usurpatur. qod & Sophocleo illo confirmatum it;

Τοιοῦτος ὢν ἄρξεις σὺ τοῦδε τοῦ κρέως.

Tun' ergò talis imperes huic corpori? Grot.

Ita perinde foret, acsi περὶ ψυχῆς, *pro animâ.* h.e. pro vita, sive salute, dixisset. qo modo περὶ ψυχῆς decertare, dimicare, fugere, currere, festivare dicuntur, qi in extremo versantur discrimine. Sic Reg. l. 3.c.19.v.3. Elisæus *pro animâ suâ* fugere perhibetur. Et apud Synesium Epist. 4. Maccabæus gubernator Judæus, etiamsi per diem qieti sacræ destinatum, clavo manum admovere obstinatius recusasset, tandem tamen, cum navfragii periculum clarum satis instare animadverteret, Νῦν, φησὶν, ὁ νόμος ἐφίησιν· ἐπειδὴ νῦν σαφῶς τὸν περὶ τῆς ψυχῆς θέομεν. *Nunc*, inqit, *lex permittit: qandoqidem pro animâ jam cursum instituimus;* h.e. vitæ nunc discrimen agitur. Comicus idem ipse in Vespis,

— πρῶτον δακὼν τὴν καρδίαν,
καὶ τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον δραμεῖν. —

Faxo suum cor morditus Ut lancinet,
Pedemq; pro vitâ struat. Florens.

De Valente Eunapius in Maxim. Τοῦ βασιλέως κινδύνοις τοῖς ἐσχάτοις ἐμβεβηκότος, καὶ οὐ περὶ βασιλείας, ἀλλὰ τὸν περὶ τῆς σωτηρίας ἀγῶνα τρέχοντος. *Rege in extremo discrimine constituto, nec de regno, sed de salutem jam decertante.* qod ἀγῶνα πανδέσιμον δραμεῖν dixit Euripides Oreste, et

Ψυχῆς ἀγὼν, ὡς ὁ ζῆν ἢ θανεῖν χρεών.

Idemqe in Julian. οὐ τὸν περὶ ψυχῆς θέοντες, ἀλλὰ τὸν περὶ κρότου καὶ φωνῆς ἀγωνιζομένης. (leg. ἀγωνιζόμενοι) *Non de vitâ, sed de plausu famaqe decertantes.* Qibus adjici posset & Nicetæ illud in Manuël. l. 6. c. 3. Πάντες γὰρ τὸν περὶ ψυχῆς τρέχοντες, ἀκούσιοί τινες ἦσαν ἀνοικτίρμονες, καὶ ὡς τάχους εἶχον, σώζειν ἑαυτοὺς ἔσπευδον. *Cum in extremo vitæ discrimine versarentur universi, inviti qodammodo immisericordes facti sunt, & propria qisqe, qanta poterat celeritate, saluti consulebat.*

Eadem itaqe ratione περὶ χρεῶν dimicare dictum avtumabat Scholiastes, qâ περὶ ψυχῆς in illis dicitur, ubi salutis discrimen agitur. ut qemadmodum τὸ κρέας apud Tragicum pro corpore, sive pro homine ipso, ita τὰ κρέα apud Comicum pro eodem usurpetur. Atqi aliud planè τὸ κρέας, aliud τὰ κρέα: nec περὶ κρέως, sed περὶ κρεῶν Comicus dixit. qod περὶ σωμάτων Scholiastes ineptissimè interpretatus est, *nisi siqis pro corporibus strenuè rem gesserit*; tanqam si Geryones qosdam, tricorpores, avt bicorpores saltem servos, Orci vector somniasset: Verum κρέα, non κρέας posuit Comicus, qo modo in Vespis idem, γαλῆν κρέα κλέψασαν, *carnes furatam felem*, dixit. Joci festivitatem corrupere prorsus, dum non advertunt, ab inexpectato poetam lusisse. Cum enim, *qi natali prælio rem strenuè gesserit*, dixisset; expectaret qis adjecturum, *pro salute*, vel *pro patriâ*. at ille servulorum, cum parasitis communem eisdem, indolem tangendo, *pro carnibus*, subjecit, Stasimus Plavtinus in Trimum. 2. 4.

——— pol ego, etiamsi vetet,
Edim, atqe ambabus malis expletis vorem;
Et qod illi placeat, præripiam potissimum,
Neqe illi concedam qicqam de vitâ meâ.

Habes luculentissimè depictum τὸν περὶ κρεῶν ἀγῶνα. *Servi Comici sententia*, inqit Erasmus, *qi felicitatis puppim ac proram in ventris expletione collocat*. Rectissime! avdi enim qod seqitur;

Verecundari neminem apud mensam decet:
Nam ibi de divinis atqe humanis cernitur.

Senatum respexisse putat Jos. Scaliger, in qo dici solet, *Nulla verecundia debet nos demovere à sententiâ dicendâ, ubi de rebus divinis & humanis agitur. divina res & humana Parasiti est esca. aliter*, inqit, *ceperis, perit lepos*. At qidni bellum patrium spectetur potius? In hoc enim qoqe *pro aris focisqe* pugnatur. Celeberrimum illud Hectoris Il. μ. v. 243. pronunciatum, a tot avtoribus, Aristotele, rhet. l. 2. c. 21. Cicerone, Plinio, Luciano, aliis tantopere prædicatum,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

i. e. *Una avis optima, pro patriâ pugnare tuendâ.*

Parasitus a Metagene Comico inductus, ad suos mores inflectendo, sic παρῳδῶν,

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ δείπνου.

Una avis optima, pro cœnâ pugnare tuendâ.

qod nos diceremus, **to fight for ones victuals.** Verum aciem pugnamqe bellicam, non Senatus dissidia avt disceptationes forenses allusisse Comicum Græcum patet clarissimè. cujus mentem paræmiograptus cum fæliciter satis expressisset; aliorsum tamen declinare maluit hîc, ubi posuit, respicere potuisse adagium illud, qo ὁ λαγὼς τὸ περὶ τῶν κρεῶν τρέχει dicitur, ne in pulpamentum concedant scil. qod σωμάτων tamen, me avtore, nullus interpreteris. Illud potiùs huc fecerit, qod Plutarchus *in animant. terrest. & aqat. collat.* ubi canes ait venaticos, qi lepores insectantur, qos exanimes nolint attingere, οὐ κρεῶν χάριν, ἀλλὰ νίκης ἀγωνίζεσθαι, non carnium, sed victoriæ caussâ contendere; sed & qod Neoptolemum Pindarus Nem. 7. κρεῶν ὑπὲρ μάχας (qia pro carnibus victimæ, qas diripere contendebant indigenæ) decertantem occubuisse. qod mortalibus priscis freqentius usu venire necesse fuit, qum de victu ac commeatu potissimum bella invicem gererent. De Achille ac Hectore Homerus Iliad. χ.

Τῇ ῥα παραδραμέτην, φεύγων, ὁ δ᾽ ὄπισθε διώκων,
Καρπαλίμως· ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην
Ἀρνύσθην, ἅ τε ποσσὶν ἀέθλια γίνεται ἀνδρῶν·
Ἀλλὰ περὶ ψυχῆς θέον. ———

Currebant, iste hàc fugiens, pone ille secutus,
Qam poterant rapidi: neqe enim carnes ve petebant;
Aut offam, solita velocis præmia cursus:
Cursus erat de animâ. ———

At istis contra, qos perstrictos volebat Comicus, *de offâ* planè *carnibusq;*; qanqam & ideo *de animâ*, sive *de vitâ*, uti alter ille Comicus. Pari avtem modo in Epicureos ludit Plutarchus; apud qem ubi negaverat qidam, *juxta Epicuri placita* ἡδέως ζῆν εἶναι, *suaviter vitam agi posse*; Παπαί, inqit aliter, εἰς τὴν γαστέρα τοῖς ἀνδράσιν ἔοικας ἐναλεῖσθαι, καὶ τὸ περὶ τῶν κρεῶν ἐπάξειν. *Papa, videris in ventrem viris istis insultum facturus, & ad cursum pro carnibus adducturus.* Servus ergo catillo *pro carnibus*, non tamen, qo modo *lepus*, pro suis, ne in escam & pulpamentum aliis cedant, sed *pro offâ*, ut habeat ipse, qod abliguriat, strenuè rem gerere dicitur. Perperamqe omninò Tragici dictum, cum Comici isto committitur. aliud enim ibi κρέας, aliud hîc κρέα. Qin nec κρέας Sophocli, tam *corpus*, qam *hominem* ipsum designat: μεταληπτικῶς tamen, havd diffiteor; ut *carne*

primò

primò corpus, tum *corpore homo*, ὅλον τὸ ὑποκείμενον, denotetur. Cæterum nec hujus tantum unius significati, sed reliqorum qoqe à lingvarum aliarum usu, etiam isto remotiorum, exempla protulisse Pfochenium oportuit, si cavsam suam obtinere vellet.

Illud insuper istic observatum velim, qo lingvarum idiomata accuratius attendantur. cum σῶμα i. *corpus* Græcis sit in usu freqentiore pro *homine* ipso, σὰρξ i. *caro* non item, contra Hebræis בשר i. *caro*, in usu familiari pro eodem habetur; at גף sive גוף *corpus* non item: ut sicut vix Hebraicè loqatur, qi גוף pro *homine*; ita vix Græcè qi σὰρξ pro eodem usurparit cum tamen eadem in hoc utroqe, qæ & in illis, synecdoche existat. Nec sum nescius apud Mosem l.2.c.21.v.3,4. בגפו i. e. αὐτολεξεὶ *cum corpore suo*, αὐτὸς μόνος (uti Græci rectè reddiderunt) i. e. *ipse solus*, usurpatur. sed & apud Doctores Hebræos τὸ גוף i. e. *corpus* pro *homine* adhiberi. unde illud Simeonis Gamalielis filii in Dictis Patrum c. 1. v. 17. לא מצאתי לגוף טוב משתיקה *non inveni qod sit corpori*, i. *homini*, *melius silentio*. Verum aliud est in formulâ peculiari unicâ, aliud in sermone communi qovis promiscuè adhiberi: nec qid lingva Rabbinica avt Talmudistica, sed qid sacra & purè Hebræa admittat, jam qæritur. certè qi כל־גוף pro *omni homine* Hebraicè dixerit, nescio an Hebraicè locutus dicatur; qi avtem πᾶσα σάρξ, cum Apostolo Rom. c.3.v.20. pro eodem dixerit, cum priscis Græcis ego locutum dicere non avsim. Adjicere liceret & illud בשר sive *carnem* pro *certis* qibusdam *corporis membris*, qæ disertè nominari pudor prohibet, Hebræis sumi familiaritèr. Levit. c. 15. v. 1. Ezech. c.23. v.20. unde tractum videtur, qod σὰρξ pro *parte* hominis *irregenita* ab Apostolo usurpatur. Rom. c. 7. v. 18. qia partes eæ concupiscentiæ sedes. nec τὸ σῶμα secius eidem usurpatum, si Avgustino credimus, in ad Corinth. Epist. 1.c.7.v.4. *Corporis*, inqit, adv. Julian. l. 5. c. 4. *nomine appellat, non totum corpus qod membris omnibus constat, sed membra, qibus sexus discernitur, concubitusqe peragitur.* qo nomine pars itidem nondum regenita censetur, Rom. c.6.v.6. & Col. c. 3. v.5. Verum nec Avgustini istud nos præstabimus; & ad alia properamus.

CAPUT.

CAPUT. XI.

Λόγοι σεμνοί. *A rè rusticâ & agriculturâ. in his,* νεοσσοὶ Pſochenio *haud rite.* Ἄρροτοι ἱεροὶ *Athenis.* ἀροῦν, σπείρειν, ἐκφύειν, שכבת זרע עא הורי זרע פרי נין *ſemen mulieris etiam. Lev.* 12. 1. *de qo commentum Rabbinicum.* ſemen & fructus *pro ſobole & poſteris, Hæbreis qam Græcis in ſermone communi uſitatiora.* φιλότητι μιγῆναι *Heſiodo & Homero freqens.* Βατραχομυομαχίας *autor.* Εὔνοια, *Hebræorum* עונה *Epiphanius emendatus.* Φιλότης, & φιλότητες. χάρις, χαρίζεσθαι, χάριτας πρᾶξαι. *Maximus Tyrius emendatus & Pindari Scholiaſtes.* εὔνοια ἀπὸ τῆς ὁμιλίας *diverſa Plutarcho, & Dioni: ſed ejus qam Apoſtolus radix genuina, comesqe neceſſaria.* Εὔνοια ὀφειλομένη *Solonis lege indicta.* πόθεν; &, πόθεν γάρ; *elegans formula. Plutarchus mendâ fœdâ emundatus. Halicamenſis interpres notatus.* Cognoſcere, & notitiam habere, *in* σεμνοῖς λόγοις; *nec Hebrais ſolis. Epiphanius notatus. formula eadem de ſexu ſeqiore uſurpata. Ab Hebrais derivatam vult Grotius.* Τὸ συνελθεῖν, καὶ τὸ συνοικεῖν, *in eiſdem. Laertium Pſochenius haud rectè cepit.* συνοικεῖν, ἢ συμβιῶναι *Themiſtius emendatus. Vita pars minima vivitur. Senarius Menandro aſſertus. Ennius reſtitutus & explicatus.* שכב συγκαθεύδειν. בוא ביאה εἰσπορεύεσθαι, εἰσελθεῖν, intrare, ingredi: *Locutiones ellipticæ; metonymicæ, vel ſynecdochicæ. Græci* βαίνειν, & ἐπιβαίνειν *de brutis ſolis.* קרב & πλησιάζειν *tam de homine qam de brutis;* πλησιασμὸς *de his* διαλεχθῆναι *de hoc negotio uſurpatur, at non* διάλεξις: πλάτης, πλάτις, & ἐμπλάτειρα; *at non* πιλάζειν. *Pollux, & Ariſtophanis Schol. emendati. Friſhlini verſio parum idonea.* Eſſe cum aliqâ. συγγίνεσθαι נגע ἅπτεσθαι, θιγεῖν, tangere, attingere. tagaces. *Nonius emendatus. A Phil. Paræo diſſenſus.*

sus. ἀδίκτως, ἀνέπαφος, intacta virgo. *Catullus frustra sollicitatus.*

*N**Atura* (inqit Tertullianus de animâ c. 27.) *veneranda est, non erubescenda. concubitum libido, non conditio, fœdavit. excessus, non status, est impudicus.* Cæterum ita verenda qædam sunt naturæ officia, ut disertis vocabulis id palam proloqi sit pudor, qod exeqi tamen pudor nullus prohibeat. imo, sicut apud verecundos ac modestos homines (Cynicos enim impudicos pariter ac impudentes nihil istic moramur) actus ipse lucem aspectumqe alienum non sustinet; ita nec verba nuda claraqa sermo patitur pudicus, ubi facti mentionem exigit cavsæ justa necessitas. Inde λόγοι σεμνοὶ, qi dicuntur, formulæqe honestiores, (de qibus Agellius noct. Atac l. 9. c. 10.) apud omnes ferè gentes, rebus istiusmodi exprimendis conqisitæ. Atqe hâc in parte Pfochenio Sect. 36. Hebræorum de re conjugali sermo, cum Græcorum, committitur; nec horum hac in parte inferior esse pronunciatur. qanqam istud istic non qæritur; sed an formulæ eæ, qas scriptores sacri usurpant, Græcis priscis pariter familiares fuerint. sed qid afferatur videamus tamen. qæ ex sermone Græco, eoqe serto, non soluto, adducuntur *metaphoræ elegantes, à re rusticâ & agriculturâ* traductæ (qanqam, qod liberi νεοσσοὶ Evripidi in Herc. Fur. dicuntur, qum ad avium pullitiem potiùs Tragicus respexerit, qî ad agriculturum spectet, non video,) ad controversiam præsentem nihil qicqam faciunt. Potest tamen istis adjici Plutarchi insigne illud ex libr. de præcept. conjugal. Ἀθηναῖοι τρεῖς ἀρότους ἱερὺς ἄγουσι. πρῶτον ἐπὶ Σκίρῳ, τοῦ παλαιοτάτου τῶν σπόρων ὑπόμνημα· δεύτερον ἐν τῇ Ρασίᾳ· τρίτον ὑπὸ Πόλιν, τὸν καλούμενον βουζύγιον. τούτων δὲ πάντων ἱερώτατός ἐστιν ὁ γαμήλιος σπόρος καὶ ἄροτος ἐπὶ παίδων τεκνώσει. διὸ δεῖ μάλιστα τούτῳ χρῆσθαι μεθ' εὐλαβείας τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα, τῶν ἀνιέρων καὶ παρανόμων πρὸς ἑτέρους ἁγνεύοντας ὁμιλιῶν, καὶ μὴ σπείροντας, ἐξ ὧν οὐδὲν αὐτοῖς φύεσθαι θέλουσιν, ἀλλὰ κἂν γένηται καρπὸς, αἰσχύνονται καὶ ἀποκρύπτουσιν. *Tres arationis ritus sacros Athenienses celebrant. ——— Cæterum istis omnibus sacratior est satio conjugalis, & de liberis gignendis instituta aratio. in qâ itaqe cumprimis virum ac mulierem religiose conversari addeces; congressibus extraneis, incestis eis illegitimisqe, puros sese conservantes; nec*

ibi

ibi serentes, unde nihil enasci velint, avt siqis inde fructus prodeat, cum probro futurum sit, clam haberi cupiant. Sed et è Legibus Atticis Isidori Pelusiotæ illud lib 3. ep. 243. Τὴν γὰρ παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος, γυναῖκα, τουτέστι, γόνιμον ποιεῖ· διὸ καὶ παρ' Ἀθηναίοις, ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον, ἐπ' ἀρότρῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι, καὶ γονᾶς οἱ τεκόντες καλοῦνται. qo loco tamen cum Plutarcho ἐπ' ἀρόντῳ malim. Ibidem: Τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ ἀποδιαστέλλεται· τουτέστι, τῷ σπείροντι γεωργῷ, καὶ ἀνορύττοντι τὴν γυναικείαν χώραν, (παρ' ὃ καὶ ἀνὴρ, ὡς οἶμαι, λέγεται) ἡ σπειρομένη γῆ, καὶ διὰ τοῦτο γόνιμος γινομένη. De qibus verbis (nam notationes ridiculas mitto) alibi dicetur. Et Epist. 12. ὁ μὲν σπείρει, ἡ δὲ σπείρεται· ὁ μὲν γεννᾷ, ἡ δὲ τίκτει· ὁ μὲν γεωργοῦ χώραν ἐπέχει, ἡ δὲ γῆς. Poterant adjici et è poetis Latinis havd pavca; qæ tamen qia reverâ magna ex parte sunt minus σεμνά, prætereo. Subjiciam duntaxat Sophoclis locum qendam ex Oedipo Rege, in qo pluribus eodem respicientibus vocabulis subjectum hoc prosecutus est.

——— τὴν τεκοῦσαν ἤροσε,
Ὅθεν περ αὐτὸς ἐσπάρη, κἀκ τῆς ἴσης
Ἐκτήσαθ' ὑμᾶς, ὧν περ αὐτὸς ἐξέφυ.

——— *genitricem arans;*
Ex qâ ipse satus est ipsam, vos sibi insuper,
Qibus ipse pullulavi, ex eis protulit.

Habes hic ἄροτον, σπορὰν, φυτόν. Verba sunt Oedipi filias ex Jocasta matre suas alloqentis.

Sed nec insveta Hebræis ista: qibus non in poeticis tantum, sed in sermone familiari, נין *filius* à נון sobolescere Hymn. 72. v. 17. unde crebrum illud נין ונכד *filius et nepos*. Gen. c. 21. v. 23. Job. c. 18. v. 19. et Esajæ c. 14. v. 22. Tum זרע *semen*, et פרי *fructus*, pro *prole* ac *sobole*; qod utrumqe passim occurrit. unde & שכבת זרע *concubitus seminis*. i.e. *seminalis*. Lev. c. 19. v. 20. Et ibid. c. 12. v. 1. אשה כי תזריע *mulier ubi seminaverit, & marem pepererit*. Græc. σπερματωθῇ. Heb. *seminificaverit*; inqit Piscator. atqe ita Pagninus reddidit. Piscator ipse, *semen conceperit*. atqe ita nostri. Vetus, & Tigurinus, *susceperit*. At Buxtorfius, *sementaverit*. Vatablus, *semen emiserit*; Junius, *ediderit*. Atqe ita Abr. Esdraides; adducto Genes. c. 1. v. 11, 12. ubi מזריע זרע de plantis dicitur, unde et mulierem semen edere, contra Aristotelis dogma, *de generat. annimal*. l. 1. c. 19. evincunt: è Græcorum qoqe sapientibus pariter contendentibus, *ex utriusqe parentis semine coagulato fetum confingi*, uti et

Esdraides

Esraides istic monet. Qanqam nugantur planè, qum (eodem referente) ulterius progressi Hebræorum Magistri, inde colligunt, *Marem edi, qoties mulier semen mittere prior ceperit, fœminam, ubi vir.* ita Menachem in locum illum; & Jarchus ad Gen. c. 46. v. 15. qi ideò vult prolem masculam Leæ matri attribui, Dinam filiam Jacobo patri. Verum missis istorum nugamentis, patet hinc formulas hasce non Hebræis minus qam Græcis esse usitatas.

Illud obiter hac occasione atqe hoc loco in antecessum dabimus. Sect. 109. Pfochenius eos perstringit, qi dicto Apostolico ad Corinth. ep. 2.c.11.v.22. σπέρμα Ἀβραάμ, pro *Abrahami posteris; metonymiam Hebraicam subesse* mònuerunt. *cur non*, inqit, *aqè metonymia Græca diceretur? non minus enim Græcis est atqe Hebrais usitata.*

Atqi hoc ille nevtiqam probavit. neqe enim si apud Tragicum unum avt alterum, vel poetas qosvis etiam, eâ notione vox ista usurpata sæpiusculè depræhenditur; ideò *Græcis aqè atqe Hebræis usitatam metonymiam* esse illam inde constabit. cum prorso sermone (qi est lingvæ cujusqe maximè familiaris atqe usitatus) scribentibus minus freqens tamen esse qeat: et est reverâ istis apud Græcos insolens satis; qum apud Hebræos in omne genus scriptione, tam historicâ & didacticâ, qam poeticâ & dramaticâ nusqam non sese ingerat.

Qod idem & de eo dictum sit, qod Sect. 117. de usu vocis καρποῦ in eandem mentem Act.c.2.v.30. Psal.132.v.11. & alibi passim, disseritur. qo loco, ut priscis Græcis in vsu parili vocem eam fuisse comprobet, nihil qicqam adducitur præter illud Evripides Ione,

Ἄλλης γυναικὸς παῖδας ἐκκαρπούμενος.

ubi tamen vox ipsa qoqe nevtiqam comparet. Sed in transitu istic ista; nos jam in σεμνοῖς illis recensendis & dispiciendis pergamus.

Illud itaqe φιλότητι μιγῆναι, ex Homero ipso, apud qem passim occurrit, qemqe Plutarchus *in erotico* monet φιλότητα τὴν τοιαύτην προσαγορεύειν συνουσίαν, vel ex Hesiodo, qem Scultetus lavdat *in deliciis Evangelicis*, c.2. ubi pleraqe ista reperiuntur, adduci potiùs poterat; qam ex Care illò, Tigrete, an Pigrete, cui pugnam cum ranis murinam illam viti docti attribuunt. Siqidem, ut Philosophus Topic. l.8.c.2. παραδείγματα οἰστέον, οἷα Ὅμηρος, οὐχ οἷα Χοίριλος.

Cæterum non minus eleganter τῆς εὐνοίας ὀφειλόμενος vocabulo (qanqam Græcis id insolens) idem expressit Apostolus, ad Cor. ep. 1. c. 7.

c.7.v.3. Hoc avtem Hebræorum עונה qod Exod. c. 21. v. 10. LXX. ὁμιλίαν vertunt; cujus radix ענה non qâ *compreſſionis* notionem habeat, ſed qâ *benignitatem*, ſive *benevolentiam*, h.e. εὔνοιαν, Pſal. 18.v.36. & Pſal.45.v.5. deſignet, ab Apoſtolo expreſſum cenſet V. Doct. Lud. Cappellus *in Spicilegio*. Qo prior etiam Jo. Druſius monuit *Præteritorum* lib. 6. εὐνοίας vocabulum Hebræorum τῷ עונה reſpondere, qod ex Magiſtrorum ſententiâ coitum ſignificet. Proinde qod de Abiſag Epiphanius hæreſ. 69 S. 46. dixit, cognoviſſe eam regem jam decrepitum, εἰδήσει τῇ δι' ἐννοίας, non εἰδήσει τῇ διὰ χρήσεως, poterat elegantius καὶ σεμνοτέρως etiam ſic extuliſſe, ut diceret, cognoviſſe eam, εἰδήσει τῇ δι' ἐννοίας, non τῇ δι' εὐνοίας; qod ibi pro ἐννοίας perperam legitur. Certè non σεμνῶς minus, undecunqe id havſerit, Apoſtolus τῆς εὐνοίας vocabulo officii conjugalis id extulit, qam Græci illi, qi hujus loco uſurpant, vel φιλότητα, (qod poetis magis peculiare, Homer. Iliad. v. 636.

Πάντων μὲν κόρος ἐστὶ, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος.

Et in plurali, Pindar Pyth 9.

κρυπταὶ κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων.

vel χάριν, qod eſt proſi ſermonis avtoribus etiam in uſu; unde χάριν δοῦναι, & χαρίζεσθαι, ἐπ' ἀνθρώπων περὶ μίξεως dici, monet Pollux l.5.c.15.S.1. Xenophon memoral. l. 3. ubi Theodotam meretricem, qâ ratione amaſios ſuos excipere ex uſu ſit, inſtruit Socrates. καταμανθάνεις ὡς ἐκβλέπουσα χαρίζοιο. &, τὸ σφόδρα σου φροντίζοντι, ὅλῃ τῇ ψυχῇ κεχαρίσθαι. Et, τὸ φαίνεσθαι βουλομένη χαρίζεσθαι, καὶ διαφεύγουσαν. Heſychius: Χαρίσασθαι, παρασχεῖν. λέγονται γὰρ αἱ γυναῖκες χαρίζεσθαι, αἱ πρὸς συνουσίαν ἑαυτὰς ἐκδιδοῦσαι. Et Svidas: Χαρίζεσθαι. κοινῶς μὲν, ὡς οἱ πολλοὶ· ἰδίως δὲ, ἐπὶ ἀφροδισίων. Plutarchus in amatorio: χάρις ἡ τῆς θηλείας ὕπειξις τῷ ἄρρενι κέκληται πρὸς τῶν παλαιῶν. adducitqe Pindarum, qi dixerit, τὸν Ἥφαιστον ἄνευ χαρίτων ἐκ τῆς Ἥρας γενέσθαι. Et Sapphus illud πρὸς τὸν οὔπω γάμων ἔχουσαν ὥραν.

Σμικρά μοι παῖς ἔμμεναι φαίνεαι κἄχαρις. et in plurali χάριτας πρᾶξαι eodem ſenſu uſurpatum. unde emaculandus obitèr Maximus Tyrius: apud qem diſſert. 8. pro ἄχαρις vitioſè (qod eſt ex diametro contrarium) χαρίεσσα exhibetur. Nec Pindari Scholiaſtes minùs; apud qem ad Pyth. oden. 4. voce nec navci, λιθόχαρις legitur. qanqam lectionis geminæ interpretationem veram ſubjunxit, ἢ ὡς οὔπω δυναμένη διὰ τὴν ἡλικίαν χαρίσασθαι. Porrò ex diametro contrarium qod ajebam, etiam hâc mente ſi dixero, V.C. Hejnſium aſtipulantem

 habiturus

habiturus sum. sic enim in Lection. Theocriti c. 15. ad Idyll. 8. cujus initium, Δάφνιδι τῷ χαρίεντι &c. ὁ πάνυ, *Daphnis ingressus ἡλικίαν τὸ χάριτος, venustè à poetâ χαρίεις dici potest, ut hac voce denotetur, non forma corporis, sed ætatis tempus.* Ælianum in partes arcessit, qi var. histor. l. 11 c. 18. de Daphnide; Βουκόλων δὲ κατὰ Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι, καὶ νέῳ καὶ πρῶτον ὑπηνήτῃ, ἔνθα τοῦ χρόνου ἡ χαριεστάτη ἐστὶν ἥβη τῶν καλῶν μειρακίων, ὥσπερ φησὶ καὶ Ὅμηρος. Homeri locus qem respexit Ælianus, habetur Odyss. κ. v. 279.

Πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦπερ χαριεστάτη ἥβη.

qod & eodem prorsus modo legitur Iliad. ω. v. 384. atqe ita forsan etiam scripserit Ælianus. Cæterum aliud est apud Plutarchum εὔνοια; qod ἀπὸ τῆς ὁμιλίας dispescit verbis illis. εἰ γὰρ ἡ παρὰ φύσιν ὁμιλία πρὸς ἄῤῥενας οὐκ ἀναιρεῖ τὴν ἐρωτικὴν εὔνοιαν, οὐδὲ βλάπτει, πολὺ μᾶλλον εἰκός ἐστι τὸν γυναικῶν ἢ ἀνδρῶν ἔρωτα τῇ φύσει χρώμενον εἰς φιλίαν διὰ χάριτος ἐξικνεῖσθαι. ubi χάριν dicit, qam prius ὁμιλίαν, φιλίαν qam prius εὔνοιαν dixerat. de qâ & postea; Στέργειν δὲ καὶ στέργεσθαι ἐνίοις μοι δοκεῖ γράμματι τοῦ στέρξειν διαλλάττον, εὐθὺς ἐμφαίνειν τὴν ὑπὸ χρόνου καὶ συνηθείας ἀνάγκῃ μεμιγμένην εὔνοιαν. Sed et Dio Prus. orat. 3. Καὶ τὰ ἀφροδίσια ταῦτα ἥδιστα καὶ ἀνυβριστότατα, ὅσα γίνεται μετὰ φιλίας τῶν συνόντων, καὶ ὅσα μαρτυροῦσιν εὔνοιαν ἀνθρώποις ἐπελθεῖν. qibus locis etiamsi aliam τὸ εὐνοίας ὄνομα notionem habeat, qam apud Apostolum; clarè tamen ostendunt, qam aptum fuerit ad eum sensum, in qem Apostolus usurpavit. Edictum autem Apostolicum, qo εὔνοιαν ἀποδιδόναι sibi invicem conjugatis interdicit, accedit proximè Solonis lex illa, à Plutarcho in vitâ ejusdem recensita; qæ jubet τρὶς ἑκάστου μηνὸς ἐντυγχάνειν πάντως τῇ ἐπικλήρῳ τὸν λαβόντα. cujus & constituti rationem subjungit: καὶ γὰρ εἰ μὴ γίγνοιντο παῖδες, ἀλλὰ τιμή τις ἀνδρὸς αὕτη πρὸς σώφρονα γυναῖκα καὶ φιλοφροσύνη, πολλὰ τῶν συλλεγομένων ἑκάστοτε δυσχερῶν ἀφαιροῦσα, καὶ ταῖς διαφοραῖς οὐκ ἐῶσα παντάπασιν ἀποστραφῆναι. Qanqam avtor idem in opusculo amatorio legem eandem, non ad τοὺς ἐπικλήρους τοὺς λαβόντας restringit, sed ad omnes promiscuè conjugatos extendit; Κελεύσαντα, μὴ ἔλαττον, ἢ τρὶς κατὰ μῆνα τῇ γαμετῇ πλησιάζειν. subditqe; οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα πάντως; ἀλλ' ὥσπερ αἱ πόλεις διὰ χρόνου σπονδὰς ἀνανεοῦνται πρὸς ἀλλήλας, οὕτως ἄρα βουλόμενος ἀνανεοῦσθαι τὸν γάμον ἐκ τῶν ἑκάστοτε συλλεγομένων σχημάτων ἐν τῇ τοιαύτῃ φιλοφροσύνῃ. qæ eo libentius adduco, partim ut formulā elegatē observē, partim ut loco turpiter depravato medicinā faciam.

formula

mula elegans, πόθεν; et πόθεν γάρ; qâ negari aliqid solet, tanqam qod vel non possit esse, vel non fas sit credi. Dionys. Halicarn. l. 4. Ἀρ' ἐγὼ τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν, ὡς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενόμενοι βασιλεῖς; πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δεῖ. *num impetium accepit, eo modo, qo reges qi eum antecesserant? unde? multum abest.* ubi dicti venustatem interpres corrupit, dū formulæ usum non advertit Arriani Epictetus l.2.c.21. ὡς γὰρ ἀποθησόμενοι, ἢ ἐπανορθώσοντες, ἢ ἄλλ' ἀντ' αὐτῶν ληψόμενοι ἔρχεσθε; πόθεν; οὐδ' ἐγγύς. *num enim acceditis, tanqam vitia vestra deposituri, avt correcturi, avt alia eorum loco meliora accepturi? unde? longe ab eo abestis.* Plinius min. l. 4. ep. 14. *Qa nos refugimus, non qia severiores. unde enim? sed qia timidiores sumus.* Gregórius Naz. de pace orat. 3. ἢ πολλὰ ἂν κατέβαλον χρήματα τοῖς ἐπαινοῦσιν, εἴ με βελτίω τοῖς ἐπαίνοις εἰργάζοντο. νῦν δὲ οὐχ οὕτω τοῦτο ἔχει. πόθεν; ἀλλ' ὅπερ εἰμί, τοῦτο μένω καὶ δυσφημούμενος καὶ θαυμαζόμενος. *Ego me collavdantibus pecunias copiosas dependerem, siqidem me lavdibus suis meliorem facerent. nunc verò havd ita se res babet qî id qeat? sed idipsum qod sum idem maneo, sive me illi maledictis incessant, sive admirationi habent.*

Tum σχημάτων vox hîc obscænum sonat: ac si conjuges Plutarchus vellet, ἐν τῇ γαμικῇ φιλοφροσύνῃ σχήματα συλλέγειν, ea *schemata*, (*modos*, Naso art. l. 3. *Mille modi Veneris.*) conqirere, qibus scorta impura amasiis suis solent χαρίζεσθαι. cujusmodi sunt qorum meminit Clemens in hortatorio, τὰ Φιλαινίδος σχήματα, τὰ συνουσιαστικά scil. de qibus scripsisse Astyanassam qandam Helenæ famulam, avtor est Svidas. qo mode Alexis (referente Plvtarcho de poet. legend. et de virt. moral.)

Τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα.

Voluptates undiqaqe svadet *conqirere*. Verum nihil minùs Plvtarchus in animo habuit, qi & *uxorem meretriciè haberi* vetuit in præcept. conjugal. locum vitiatum interpres vidit; sed tanqam conclamatum omisit. forsan sic ex priore restituendum fuerit, ut pro σχημάτων, δυσχερασμάτων reponatur. qod itaqe priore loco δυσχερῶν avtor dixerat, hoc loco δυσχερασμάτων dixisse videtur; qod excriptor cum non intelligeret, in σχημάτων corruperit. δυσχεράσματα Svidæ sunt ἀτυχήματα. apud qem avtor innominatus. ὁ δὲ ἐπὶ τὸ ἀπραγμοσύνην ἐτράπετο, μίσει τῶν ἐν πολιτείᾳ δυσχερασμάτων. qanqam possit & molestiarum nomine commodè reddi. *Legelatâ, inqit, Solon jussit, ut ter nimin ùm qot mensibus maritus cum uxore consvesceret. neqꝫ id*

volnptatis

voluptatis cavsâ. unde enim? (sive, qî enim id vellet?) *sed qod qemadmodum fœdera secum invicem temporibus statis renovant civitates: perinde connubium renovari vellet, ex eis qæ undeqaqe occurrunt molestiis, per ejusmodi gratam utrisqe familiaritatem.*

Verum ista de Græcis elegantiis illis suffecerint; de qibus impræsentiarum minùs qærebatur. propiùs ad rem de qâ agitur accedit, qod formulam illam, *Cognovit Adam uxorem suam.* Genes. c. 4. v. 1. *Et non cognovit eam, donec peperisset promogenitum suum.* Matth. c. 1. v. 25. (qod frustra, imò ineptè ac ridiculè, Epiphanius hæres. 78. S. 17. & 20. aliò conatur detorqere) nec Græcis scriptoribus insolentem esse docet, adductis tribus è Plutarcho locis: qibus adjici plura ex eodem qeunt. uti qod in *monitis politicis*, de Alexandro, ἀκούσας τὴν ἀδελφὴν ἐγνωκέναι τινὰ τῶν καλῶν καὶ νέων, ὐκ ἐγανάκτησεν. *cum accepisset sororis suæ notitiam habuisse adolescentem formosum qendam, non succensuit.* Et in Pompeio, de ipso; ἥτι σωφροσύνη τοῦ ἀνδρὸς μόνην γινώσκοντος τὴν γεγαμημένην *nuptæ solius notitiam habentis temperantia.* Et in Catone majore de Lælio, μίαν ἣν ἔγημε ἐξ ἀρχῆς γνοὺς γυναῖκα. *unius qam primam duxit, mulieris notitiam habens,* Sed poterat ex Menandro potius Comico vetusto; eo magis qia familiari isti ac vulgari magis sermone utuntur. ex qo σεμνοῦ λόγου παράδειγμα istud profert Hermogenes de inventione tom. 4. c. 11. sunt avtem puellæ vitii sibi allati historiolam referentis: Διονυσίων ἦν πομπή. ὁ δέ μοι ἠκολούθησε μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν. ἔπειτα φοιτῶν, καὶ κολακεύων τὴν μητέρα, ἔγνω με. *Bacchanalia agebantur. ille avtem ad fores usqe secutus est. tum ventitans, matre delinitâ, cognovit me.* ἐκόσμησεν, inqit rhetor, πρᾶγμα αἰσχρὸν σεμνοτέρᾳ λόγου συνθέσει. *rem turpem oratione honestâ insignivit.* Et hæc itaqe nec priscis Græcis insveta prorsus fuerit formula. Sed nec Latinis, qod ex Cæsare; apud qem *Belli Gallic.* l. 6. *Germanis,* dicitur, *turpissimum haberi intra annum vigesimum fœminæ notitiam habuisse*; ostendit Pfochenius. et ex Nasone, qi *fabul.* l. 4. de Cadmo in angvem verso,

——— ille suæ lambebat conjugis ora,
Inqe sinus charos, veluti cognosceret, ibat.

ex qo eodem adjicio et de muliere usurpatum. Sic enim apud eundem de Medeâ Hysipyle ad Jasonem,

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo;

Et apud Nonium Turpilius Demiurgo,

Mulier meretrix, qæ me qæsti cavsâ cognovit sui.

Cæterum

Cæterum ſtatuere non dubitat, qi & iſtud ſuggeſſit V. Cl. Grotius, locutionem iſtam *ex Hebraicâ in lingvas cæteras derivatam*, in *Annot.* ad Matth. c. I. v. 15.

Qemadmodum avtem τὸ γινώσκειν, ita & τὸ συνελθεῖν, ut nonnullis placet, et τὸ συνοικεῖν, eodem ſignificatu, tam priſcis Græcis, qam & noſtris ſcriptoribus utrunqe adhibetur. Prius illud forſan juris controverſi fuerit. Attamen apud Matthæum c. I. v. 19. non deſunt, qi ſic ſumant, avtores magni, in illis, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, *prinſqam conveniſſent illi*, Joſephus utiqe & Maria. qod non de *coitione*, ſed de *coitu*, ſive congreſſu Eraſmus expoſuit; non de *conventione in ædes communes*, ſed de *cubilis ejuſdem conſcenſione*. Certè ita cepiſſe videtur Joannes ὁ χρυσόστομος. οὐκ εἶπεν, inqit, πρὶν ἢ ἀχθῆναι αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ νυμφίου· καὶ γὰρ ἔνδον ἦν. Nec abſcedit Piſcator, adjecto ex Lex. Vet. Sophoclis illo, (qo & ſuppletur τὸ ἐλλιπές) Συνῆλθον τὸ σὸν λέχος. *In cubile conveni tuum*. Favorinus itidem, undecunqe habuit, Συνῆλθον, τὰ ζῶα, ἐπὶ τῇ ὀχείᾳ.

Verum τὸ συνοικεῖν qin ſic uſurpetur, ambigi non poteſt. Siqidem τοῦ συνοικεῖν h.e. *cohabitandi* vocabulo Petrus Epiſt. I. c. 3. v. 7. mariti cum uxore converſationem, ac conſvetudinem connubialem integram complexus eſt. Mitto tanqam coactum nimis, & ineptum planè, qod κατὰ γνῶσιν eodem loci, huc trahit Oecumenius, ac ſi Petrus Pavli illud ad Cor. ep. I. c. 7. v. 3. honeſtiùs pavlò formulâ iſtâ extuliſſet. Sed verbum συνοικεῖν ita uſurpant paritèr Athenienſium leges apud Demoſthenem, an qem alium adv. Neæram. ἐὰν ξένος ἀστῇ συνοικῇ τέχνῃ ἢ μηχανῇ ἡτινιοῦν, γραφέσθω πρὸς τοὺς θεσμοθέτας. ——— ἐὰν δὲ ἁλῷ, πεπράσθω. ——— ὡσαύτως δὲ καὶ ἐὰν ἡ ξένη τῷ ἀστῷ συνοικῇ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὁ συνοικῶν τῇ ξένῃ τῇ ἁλούσῃ, ὀφειλέτω χιλίας δραχμάς. Et Orator ipſe: οὐκ ἐᾷ τὴν ξένην τῷ ἀστῷ συνοικεῖν· οὐδὲ τὴν ἀστὴν τῷ ξένῳ. *non permittit lex, avt peregrinam cum cive, avt civem cum peregrina cohabitare, conſveſcere*. Ex Timæi hiſtor. l 10. refert Laertius l. 8. dicere ſolitum Pythagoram, τὰς συνοικούσας ἀνδράσι θεῶν ἔχειν ὀνόματα, κόρας, νύμφας, εἶτα μητέρας καλουμένας. *qæ cum viris cohabitant, ſive conſveſcunt, dearum ſortiri nomina, puellas, nymphas, ſive ſponſas primò, mox matres nuncupatas*. qem locum in animo habuiſſe Pſochenium exiſtimo, cum Sect. 39. ſcripſit Timæum κόρην pro νύμφη, *ſponſâ*, כלה accipere. qod Laertius tamen non dicit. Fefellit illum utiqe interpunctio vitioſa, qæ conjungenda disjunxerat. Scitè avtem Plvtarchus ad iſtud τὸ συνοικεῖν vocabulum de conjugibus uſurpatum

parum alludens in monitis conjugalibus. Τῶν σωμάτων οἱ φιλόσοφοι, τὰ μὲν ἐκ διεστώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὡς οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δὲ ἡνωμένα καὶ συμφυῆ, καθάπερ ἐστὶ τῶν ζώων ἕκαστον. σχεδὸν οὖν καὶ γάμος, ὁ μὲν τῶν ἐρώντων, ἡνωμένος καὶ συμφυής ἐστιν· ὁ δὲ τῶν διὰ προῖκας ἢ τέκνα γαμούντων, ἐκ συναπτομένων· ὁ δὲ συγκαθευδόντων, ἐκ διεστώτων, οὓς συνοικεῖν ἄν τις ἀλλήλοις, οὐ συμβιοῦν νομίσειεν. *corpora philosophi, alia dicunt ex disjunctis constare, ut classem & exercitum: alia ex connexis, ut domum & navem: alia unita & coalita, ut animantium unumqodq;* (de qâ distributione videri possunt & Seneca Epist. 102. Et Pomponius I. C. Digest. l. 41. tit. 3. leg. 30.) *eodem ferè modo conjugium eorum, qi qidem mutuo erga se invicem amore afficiuntur, coadunatum est & coalitum: eorum, verò qi dotis sobolisve cavsa duntaxat contrahunt, qasi rerum est connexarum; eorum deniqe, qi ut simul dormiant tantum, tanqum rerum à se invicem sejunctarum; qos itaqe cohabitare potius, qam unâ vitam degere dixeris.* Hoc avtem Plutarchi Themistius forsan respexit, qi in libr. de animâ, referente Stobæo tom. 2. c. 97. de conjugum pari qi in amore mutuo, ac concordiâ singulari ævum simul transegerant; Ὅθεν ἐμοί γε, inqit πλεῖστον αὐτῇ φαίνεται χρόνον ἀνὴρ συμβεβιωκέναι. πάντα γὰρ δι' ὅλου τὸν δεκαετῆ χρόνον ὁμαλῶς συνεβίωσεν· αἱ δὲ ἄλλοις (ἄλλαι leg.) συνοικοῦσιν, οὐ συμβιοῦσιν, ὅταν λυπῶσιν τοὺς ἄνδρας, ἢ ζηλοτυπῶσιν, ἢ διαφέρονται περὶ χρημάτων, ἢ κακῶς λέγωσι, ἢ φεύγωσι θρυπτόμεναι τὰς φιλοφροσύνας ἢ συνδιαιτήσεις. ὥστε ἂν τοῦτον ἐξαιρῇς χρόνον, ἐν ᾧ ταῦτα πράττουσιν, ἀπολείπεται βραχὺς ἐκεῖνος ὁ τῆς συμβιώσεως. *Unde mihi visus est maritus ejus plurimum temporis cum eâ convixisse. per totum enim decennium aqali & inoffenso cum ipsâ tenore convixit. at alia maritis suis cohabitant, non convivunt, ubi vel viros suos tristitiâ afficiunt, vel zelotypiâ laborant, vel de facultatibus litigant, vel obloquuntur, vel benevolentiam mutuam & convictum aversantur. proinde tempus illud si exemeris, qo se hoc modo gerunt, breve admodum deprehendetur intervallum, qo sibi invicem convivunt.* Novissima illa Menandri in Plocio dictum puto, alludunt, qod apud Stob. extat. tom. 2. tit. 108.

Μικρόν τι τοῦ βίου καὶ στενὸν ζῶμεν χρόνον.

Illud certè expressisse Senecam (missis aliorum conjecturis de P. Syro avt Ennio, Lipsii; de Actio, Mureti; nam Maroni versus abjudicat) cum Jano Rutgersio, l. 4. c. 17. statuo; qum ait de vit. brevit. c 2.

Adeò

Adeò ut, qod apud maximum poëtarum more oraculi dictum est, verum esse non dubitem,

Exigua pars est vitæ, qam nos vivimus.

Cæterum qidem omne spatium, non vita, sed tempus est. Idem Epist. 99. *Hoc, qod ætatem vocamus humanam, compara tempori universo, videbis qam exiguum sit. Ex hoc qantum lachrymæ, sollicitudines occupant, mors anteqam veniat optata, valetudo, timor, teneri, avt rudes, avt inutiles anni: adjice labores, luctus, pericula; & intelliges etiam in longissimâ vitâ minimum esse qod vivitur.* qod Martialis festivè sic expressit l.6. ep.70.

At n-stri benè computentur anni,
Et qantum tetrica tulere febres,
Avt langvor gravis, avt mali dolores,
A vitâ meliore separetur;
Infantes sumus, & senes videmur.

Vide Senecam amplius de brevit. vit. c. 3. & 7. qi & ibid. c.8. eleganti imagine hoc ipsum illustravit. *Non est,* inqit, *qod qenqam propter canos avt rugas, putes diu vixisse: non ille diu vixit, sed diu fuit.* (*nihil enim minus est hominis occupati, qũ vivere.* Ibid.c.6.) *Qem sæva tempestas à portu exceptum huc & illuc tulit, ac viribus ventorũ ex diverso furentium per eadem spatia in orbem egit, non ille multũ navigavit sed multùm jactatus est. Potest fieri, imo sæpè fit, ut qi diu vixerit, parum vixerit.* Idem. Epist. 49. Facit huc Similis Epitaphium apud Xiphilinum ex Dione in Hadriano, Βιὼς μ̃ ἔτη τόσα, ζήσας δὲ ἔτη ἑπτά. qod cum Menandro, necnon Themistio avt Plutarcho, etiam verbis tenus (mens enim eadem omnibus his) adamussim convenit. Hinc illa Manilii reprehensio astronom. l. 4.

Qid tam sollicitis vitam consumimus annis;
Torqemurq; metu, cæcaqe cupidine rerum,
Æternisqe senes curis, dum qærimus, ævum
Perdimus; & nullo votorum fine beati,
Victuros agimus semper, nec vivimus unqam?

Hoc est avtem qod Ennius Iphigen. apud Gellium. l.9. c.10.

—— ——— *præter propter vitam vivitur.*

sive, ut magno cum judicio restituit V. Cl. Cl. Salmasius in *Exercit. Plinian.*

——— ——— *præter propter vita vivitur.*

h. e. *absqe ullâ certâ ratione* τῇδε κἀκεῖσε πλανώμενοι. dum *incertè*

errat animus, qod prius dixerat, tanqam in ſalò fluctuabundus. Sed ut ad penſum revertamur: cum τὸ συνοικεῖν. i. cohabitandi nomine tota maritalis conſvetudo & converſatio comprehendi ſoleat, de conjugibus adverſus ſe invicem diſſidia, ſuſpiciones, rixas foventibus, avt non mutuâ ſibimet invicem dilectione ac benevolentiâ conjunctis, uſurpari poſſe concedunt avtores illi, ut *cohabitare* dicantur; at *convivere* unâ dici non oportere, cum hâc ratione βίον ἀβίωτον, *vitam nec vitalem* ſibi invicem faciant. Itaqe qomodo Plato olim Xenocratem bonum probumqe cæteroqi, cum moribus tamen nimis eſſet avſteris, θύειν ταῖς χάρισι, i. *gratiis litare* juſſit: ita Plutarchus, καὶ τῇ σώφρονι μάλιστα δεῖν πρὸς τὸν ἄνδρα χαρίτων, *etiam mulieri ſobria ac temperanti gratias eſſe erga virum qam maximè neceſſarias*, ἵν' ἡδέως συνοικῇ, *ut*, qod Metrodorus olim dicebat; *ſvaviter ac jucundè cohabitare*, ſive (qod ſuperiùs dictum eſt) *non cohabitare* tantum, ſed & *convivere poſſint*.

Cæterum Plutarchi illud συγκαθεύδειν, etiam alterius σεμνοῦ λόγου meminiſſe facit, qo Græci Veteris Inſtrumenti interpretes; ſed & Latinus vetus, creberrimè, negotium iſtud viri cum muliere exprimemere conſveverunt; & Hebræorum שכב qod *concumbere* ſignificat, interpretari. Eſt avtem iſtud καθεύδειν, ſive κοιμᾶσθαι; unde συγκαθεύδειν, ſive συγκοιμᾶσθαι. nam *dormire*, & *unâ dormire* utrumqe ſignificat. Ita Geneſ. c. 39. v. 10. οὐχ ὑπήκουσε καθεύδειν μετ' αὐτῆς. *non ſuſtinuit cum eâ dormire*. Vet Lat. *recuſabat ſtuprum*, cum tamen ſupra verſ. 7. & rurſus verſ. 12. κοιμήθητι μετ' ἐμοῦ, vertiſſet; *dormi mecum*. ſic & Levit. c. 29. v. 20. ἐάν τις κοιμηθῇ μετὰ γυναικός. *vir ſi dormierit cum muliere*. & Hiſtor. Reg. l. 1. c. 2. v. 24. συνεκοιμῶντο μετὰ τῶν γυναικῶν, *dormiebant cum mulieribus*. Et Devt. c. 27. v. 21. ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ ἀδελφῆς. *maledictus qi dormit cum ſorore*. ſed & valdè καταχρηστικῶς ibid. v. 20. ἐπικατάρατος ὁ κοιμώμενος μετὰ παντὸς κτήνους. *Maledictus, qi dormit cum omni jumento*. Heſych. Συγκοιμᾶσθαι, συνελθεῖν. inde συγκοίμησις Platoni. Et Pollux. l. 5. c. 15. περὶ μίξεως, συγκοιμηθῆναι, συγκατακοιμηθῆναι, συγγενέσθαι. Epictetus enchirid. c. 39. Αἱ γυναῖκες εὐθὺς ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν κυρίαι καλοῦνται· τοιγαροῦν ὁρῶσαι, ὅτι ἄλλο μὲν οὐδὲν αὐταῖς πρόσεστι, μόνον δὲ συγκοιμᾶσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἄρχονται καλλωπίζεσθαι, &c. *Fœminæ ſtatim atqe annos qatuordecim attigerint, à viris Dominæ vocari ſolent. videntes itaqe nihil aliud habere ſe eximium, niſi qod cum viris unâ dormire poſſint, corpori excolendo operam dare incipiunt.*

Sed & ביאה illa, qam ex doctoribus Hebræis commemorat Pfochenius, aliam resipit formulam in sacris usitatam; qà *intrare* vir ad mulierem dicitur. Genes. c. 6. v. 4. יבאו *post qam filii Dei ad filias hominum,* (qas uxores duxerant) *intraverant.* εἰσεπορεύοντο, Græc. Et cap. 16. v. 2. Sara Abrahæ בא *intra ad ancillam meam.* εἴσελθε. Græc. Et cap. 29. v. 29. ויבא *& intravit etiam ad Rachelem.* εἰσῆλθε. Græc. Et cap. 19. v. 31. *non est qisqam* לבא עלינו *qi veniat,* vel *intret ad nos juxta morem totius terræ.* ὃς εἰσελεύσεται πρὸς ἡμᾶς. Rarior qidem ista, nec insveta tamen prorsus, exteris qoqe formula. Sic enim Avgustum de Cæsare Cleopatra apud Dionem l. 51. alloqens inducitur, Ὁρᾷς τὸν πατέρα σου τοιοῦτον, οἷος πολλάκις πρὸς ἐμὲ εἰσῆλθεν. *Vides patrem tuum* (inqit, imaginem hujus δακτυλοδεικτοῦσα) *talem, qalis ad me sæpenumerò est ingressus.* congressum amatorium havd obscurè volens intelligi. Est avtem forma Elliptica; qæ exprimitur plenius Judic c. 15. v. 1. ubi Sampson. אבאה אל־אשתי החדרה *ibo,* sive, *intrabo, ad uxorem meam, in cubiculum.* Ubi Targum לאדרון משכבא־בית *in cubiculum* (qod est) *locus concubitus.* Græc. εἰσελεύσομαι πρὸς τὴν γυναῖκά μου καὶ εἰς τὸν κοιτῶνα optime τὸ בית משכב expressit. Porrò figuratæ sunt etiam aliâ ratione locutiones istiusmodi. Vel enim metonymicæ sunt, qibus ex antecedente id qod est conseqens designatur; ut *introitus* pro *concubitu* sumatur; vel saltem synecdochicæ, qibus actiones plures ad unum idemqe ἀποτέλεσμα producendũ concurrentes unâ aliqâ continentur; ut *introitus* hujusce nomine *concubitus* qoqe, & *coitus* etiã simul comprehendantur. qæ distinctius pavlò expressius qe qandoqe proponuntur. Sic enim hist. Reg. l. 2. c. 11. v. 4. de Bathsheba dicitur, ותבוא אליו וישכב עמה *Intravit ad illam, & cubuit cum eâ.* Et in eadem historiâ, c. 12. v. 24. de Davide; ויבוא אליה וישכב עמה *Introibat ad illam, & cubuit cum eâ.*

Cæterum qo lingvarum idiomata discrepantia adnotemus; Græci τὸ βαίνειν & ἐπιβαίνειν, qæ ab Hebræo, בא & בוא mediante βῶ sive βάω, originem trahunt, de *animantibus* reliqis, non de *homine* usurpant. Aristoteles hist. animal. l. 6. c. 21. de bove. βαίνει δὲ σφοδρῶς, ὥστε συγκάμπτεσθαι τὸν βοῦν. Et lib. 5. c. 14. de Elephante, ἄρχεται δὲ βαίνεσθαι, δέκα ἐτῶν ἢ πέντε καὶ δέκα. —— βαίνει δὲ πέντε ἐτῶν ἢ ἓξ ὤν. Et Homer Odyss. ψ.

—— συῶν τ' ἐπιβήτορα κάπρον.

Huic propinqum est & קרב *appropinqare, accedere propius*

Genes. c. 20. v. 4. *Et Abimelech.* לא—קרב *non accesserat ad eam* οὐχ ἥψατο αὐτῆς. Græc. non *attigerat eam.* Esaiæ c. 8. v. 3. ואקרב *& accessi ad prophetissam* προσῆλθον πρὸς τὴν προφῆτιν. Græc. Ezech. c. 18. v. 6. *ad mulierem separatam* לא יקרב *non accessit.* Græc. πρὸς γυναῖκα ἐν ἀφέδρῳ οὐ προσεγγιεῖ. Levit. c. 18. v. 14. *ad uxorem ejus* לא תקרב *non accedes propiùs.* εἰς γυναῖκα αὐτοῦ οὐκ εἰσελεύσῃ. Græc. Et pleniùs ibidem, v. 6. *nemo vestrum* תקרבו *accedito* (προσελεύσεται, Græc.) *ad ullam proqinqam carnis suæ, ad retegendam nuditatem ejus.* Huic avtem ἐκ παραλλήλου respondet planè Græcorum τὸ πλησιάζειν. qo tamen Græci interpretes nusqam usi deprehenduntur. Maccabæorum Scriptor semel tantum l. 2. c. 6. v. 4. ἐν τοῖς ἱεροῖς περιβόλοις γυναιξὶ πλησιαζόντων. *inter scepta sacra cum mulieribus concumbentium.* apud exteros nihil freqentius. pulcrum illud vereqe regium Nicoclis apud Isocratem votum. Εἰδὼς ἅπαντας ἀνθρώπους περὶ πλείστου ποιουμένους τοὺς παῖδας τοὺς ἑαυτῶν καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ μάλιστα ὀργιζομένους τοῖς ταῦτα ἐξαμαρτάνουσιν, ——— οὐδενὶ φανήσομαι σώματι πεπλησιακὼς, πλὴν τῆς ἐμαυτοῦ γυναικός. *cum omnes homines norim liberos suos conjugesqe plurimùm facere, nec qicqam graviùs ferre, qam qæ in istis admittuntur; id mihi curæ futurum est, ut ad nullius unqam, præterqam uxoris meæ, corpus deprehendar accessisse.* Inde πλησιασμὸς Aristoteli, sed de *brutis* animantibus, usurpatum, hist. animal. l. 4. c. 9. εἰσὶ γὰρ ἑκάστοις τῶν ζώων ἴδιαι φωναὶ πρὸς τὴν ὁμιλίαν καὶ τὸν πλησιασμόν. scil. αἷς ἀνακαλοῦνται τὰς θηλείας πρὸς τὴν ὀχείαν. ut priùs dixerat. ut ideò forsan vocabulum istud rejecerit Pollux l. 5. c. 15. qia de *homine* dici non consveverit, Pollucis verba hæc sunt; οὐ γὰρ ὁ πλησιασμὸς, οὐδ' ἡ διάλεξις, ἀλλὰ διαλέχθην, καὶ διειλεγμένος εἰμὶ, ὡς Ὑπερείδης. legendum διαλέχθην. Sic enim Aristophanes Pluto. Act. 4. sc. 5.

οὐκ ἂν διαλεχθείην διεσπεκλωμένη.

Ubi frustra fuit interpres eruditus Nic. Frischlinus, qum vertit, *verba non commutaverim.*

Atqe hic lingvarum ἰδιώματα rursum notanda veniunt. διαλεχθῆναι verbum, inqit, Pollux, περὶ μίξεως usurpatur, idqe Atticis etiam; nam Hyperidem lavdat. qod à λέχεσθαι, ἀντὶ τοῦ κεῖσθαι, κοιμᾶσθαι, pro *cubare, dormire* tractum est; at διάλεξις nomen inde enatum non item. tum τὸ πλησιάζω eadem notione adhibetur; at non & πελάζω; qum ad hoc tamen illud originem suam referat, & significationem primam propriamqe eandem utrumqe sortiatur. qin & τὸ πελάζω

qamvis

qamvis hunc usum non habeat, tamen inde, tanqam si ejusmodi qippiam designet, orto vocabulo, sed poetis peculiari, (qo modo eisdem πόσις *maritus*, ita) πλάτις *uxor* dicitur, παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην, *qod virum in concubitu accedat*, sive appellat propè (nam *appellere* ad verbum est τὸ προσπελάζειν) ut Svidas & Scholiastes ad illud Aristophanis in Acharn.

Καὶ τοῖσι παιδίοισι καὶ τῇ πλάτιδι.

Et liberis meis meaqe conjugi.

et *meretrix* itidem ἐμπελάτειρα (ita enim scribendum, non ἐμπελάτρεια, & analogia & avtoritas ipsa docent.) ἀπὸ τοῦ ἐμπελάζειν πᾶσι, qod neminem refugiat, sed omnibus *applicet* & *adjungat* se. ut Etymologus indicat, ex Callimachi illo;

Τὺς αὐτῷ σκοτίυς ἐμπελάτειρα τέκεν.

Qos illi spurios ediderat meretrix.

qin & τοῦ πελάτου nomine ejusmodi qippiam subinnuit Sophocles in Philoctere, cum Ixionem vocat τὸν τοῦ Διὸς λέκτρων πελάταν. qasi *lecti insessorem Jovialis*. denique τὸ πλησιάζω verbum, tam de *homine*, qam & de aliis animantibus usurpatur; qum πλησιασμὸς inde deductum, qantum compertum habemus, ad *bruta* sola restringatur. ut analogiæ solius ratio in his nevtiqam sufficiat; sed usus, qi in omni sermone πρεσβεύειν φιλεῖ, cum primis attendendus sit.

Qo modo avtem בא adire, & קרב accedere, in notione istâ creberrimè usurpant Hebræi; ita ratione non absimili, (qod rarius tamen occurrit) *esse*, vel *fuisse cum aliqâ virum* dicunt. Sic enim Tamari sorori Absalom, Reg. l. 3. c. 13. v. 20. *Num Amnon frater tuus* היה עמך *fuit tecum*? Jun. *fuit apud te*. Vulg. *concubuit tecum*. Vatabl. *rem tecum habuit*. Piscat. *compressit te. Synecdoche generis verecunda.* Huic avtem convenit planè Græcorum τὸ συγγίνεσθαι, cujus meminit & Pollux supra adductus ex. l. 5. c. 15.

Cæterum qod קרב Græci supra ἥψατο verterunt, respondet magis τῷ נגע qo etiam in eandem mentem usus est Salomon Paræm. c. 6. v. 29. *Ita et* הבא אל־אשת רעהו *qi ad uxorem alienam ingreditur; non futurus est insons* הנגע בה *qisqis eam attigerit.* Græc. ὕτως ὁ εἰσελθὼν πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον, ὐκ ἀθωωθήσεται· ὐδὲ πᾶς ὁ ἁπτόμενος αὐτῆς. Et Genes. c. 20. v. 4. Ἀβιμέλεχ δὲ ὐχ ἥψατο αὐτῆς. *Abimelech non attigerat illam.* pro eo qod Hebr. dictum est. לא קרב אליה eodem planè vocabulo idem Pavlus Apostolus expressit ad Corinth. Epist. 1. c. 7. v. 1. καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι.

bonum

bonum fuerit homini, mulierem non attingere. Eodemqe modo exteri etiam usurparunt. Aristoteles *histor. animal.* l. 5. c. 14. de elephante. Ὃν δ' ἂν ἐγκύμονα ποιήσῃ, ταύτης πάλιν οὐχ ἅπτεται· *qam impleverit, eandem deinceps non attingit.* Idem *polit* l. 7. c. 16. Περὶ δὲ τῆς πρὸς ἄλλην ἢ πρὸς ἄλλον, ἔστω μὲν ἁπλῶς μὴ καλὸν ἁπτόμενον φαίνεσθαι μηδαμῇ μηδαμῶς, ὅταν ᾖ καὶ προσαγορευθῇ πόσις. *Aliam præterqam conjugem ullam unqam omninò attingere, ubi qis maritus factus fuerit, inhonestum, sive ignominiosum habeatur.* Xenophon Hierone; Τὸ δὲ καὶ φιλοῦντα μισεῖσθαι, καὶ ἅπτεσθαι ἀχθομένου, πῶς οὐχὶ τοῦτο δυσχερές; *At amare odio habentem, & ægrè ferentem attingere, qomodo non molestum fuerit?* Epictetus *Enchirid.* c. 32. S. 6. Περὶ τὰ ἀφροδίσια, εἰς δύναμιν πρὸ γάμου καθαρευτέον. ἁπτομένῳ δὲ, ὧν νόμιμόν ἐστι μεταληπτέον. *Are venereâ. qantum potest, ante nuptias abstinendum; ubi attigeris verò, eâ legitimè utendum.* qod V. C. Theodor. Beza ad Apostoli locum exhibuit. Sic Clemens pædag. l. 2. c. 10. Μηδὲ μὴν ἅπτεσθαί τινος πλὴν γαμετῆς τὸ παράπαν τῆς ἑαυτοῦ γυναικός. *nullam præter uxorem propriam mulierem attingere.* Et Plutarchus in Pomp. de Florâ, *postqam Geminium admiserat;* μηκέτι αὐτῆς ἅψασθαι τὸ παράπαν, καίπερ ἐρᾷν δοκοῦντα. *deinceps eam neutiqam attigisse Pompejum, etiamsi amare videretur.* Cæterum qod V. Doct. Phil. Paræus in *Lexic. Plavtin.* ἀψόμενον γυναικός, *Græcis* ait *eum dici.* qi mulierem *aliqam depereat; sicut Latini dicunt amore percussum;* non magis possum probare, qam qod tanqam ex Plutarcho in Lexicis vulgaris affertur, ἡψάμενος αὐτῆς, pro *ejus amore vecors.* qod mendosum esse censet Lexicographorum princeps.

Qvemadmodum verò τὸ ἅπτεσθαι γυναικὸς, ita etiam τὸ θιγεῖν, qod est illi συνώνυμον, Græcis paritèr usurpatur. Apud Evripidem Hippolyto v. 885. Theseus,

> Ἱππόλυτος εὐνῆς τῆς ἐμῆς ἔτλη θιγεῖν
> Βίᾳ, τὸ σεμνὸν Ζηνὸς ὄμμ' ἀτιμάσας;
>
> *Lectum meum vi sustinuit attingere*
> *Hippolytus; oculum nec reveritus est Jovis?*

lectum attingere dixit, qod de Revbene filio Jacobus, Gen. c. 49. v. 4. *stratum ascendit meum.* de Alexandro Plutarchus in vitâ ejus. οὔτε τούτων ἔθιγεν, οὔτε ἄλλην ἔγνω. *nec has attigit, nec alterius cujusqam notitiam habuit.* Idemqe apud Plutarchum *in amatorio* Antipatridæ, qem resciverat puellam qandam deperire, Ἀπόλοιο πονηρὸς κακῶς, ἀποσχέσθαι καὶ μὴ θιγεῖν τῆς γυναικός. *Malè igitur*, inqit,

malus

malus pareas, qi abstineas nec attingas mulierem. qod Terentius Hecyrâ, 1.2.

Nocte illâ primâ virginem non attigit.

Plavtus Amphitr. 2. 3.

Ut mî unum extra te nemo corpus corpore
Contigit, qo me impudicam faceret.

Apud eundem in Avlul. 4. 10. ubi senex inducitur de thesavro surrepto qem suspectum habebat, adolesentem compellans; adolescens de virgine qam vitiaverat, veniâ petitâ, seni se vicissim purgitans.

S. Qid tibi ergò meam me invito tactio est?
Tu illam scibas non tuam esse: non attactam oportuit.
L. Ego qia sum tangere avsus, havd cavssificor, qin eam
Ego habeam potissimum. ———

de *avlâ*, scil. sev *ollâ*, senex loqebatur, de *filiâ* adolescens. dictionis interim ambiguo Comicus lusit. nam & *rem aliam tangere*, sive *attrectare* fures dicuntur, uti ex Sabino *de jure civili* l. 2. Gellius monet, *Noct. Attic.* l.11.c.18. unde *tagaces* Lucilio l. 30 nuncupantur. qod ex Nonio, sed emendato, discitur. et *puellam tangere*, qi vitium oblatum, & virginitatem imminutum eunt. havd absimilis lusus in eâ voce Comico alteri Evnucho, 4.9. Martialis l.1.Ep.74.

Nullus in urbe fuit totâ, qi tangere vellet
Uxorem gratis, Caciliane, tuam.

Inde ἀθίκτορας, ἀνεπάφους παρθένους, ἀνάνδρους Hesych. Et *intacta virgo*, ad Flacci illud, *serm.* l. 1. *sat.* 2.

——— *matronam nullam ego tango.*

et, ——— *sunt qi nolint tetigisse nisi illas.*

Acron schol. *Prop iè. inde intactæ virgines.* Catullus in Epithalamio.

Ut flos in septis secretis nascitur hortis,
Ignotus pecori, nullo contusus aratro,
Qem mulcent avræ, firmat Sol, educat imber,
Multi illum pueri, multæ optavere puellæ:
Idem cum tenui carptus defloruit ungvi,
Nulli illum pueri, nullæ optavere puellæ:
Sic virgo, dum intacta manet, dum cara suis; sed
Cum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris jucunda manet, nec cara puellis.

dum intacta, i. qoad. dum cara i. eousqe. Fabius l. 9. c. 3. ut frustra sint, qi *dum* alterum in *tum* pervertunt. Sed de istis satis superqe: ad alia, nec ab istis longè dissita, transimus.

CAPUT. XII.

Κόρη, puella, virgo. *Nomen ætatis, integritatis.* Γυνὴ, mulier, *virum experta, nupta, matrona. Nomen sexus, ætatis, status.* Ἀνὴρ, vir, *itidem. Gal.* 4. 4. *&* 1. *Cor.* 7. 34. *explicantur. Tertulliani dictum minus commodum; lapsus memorialis. Isidori notationes ineptæ.* Virgo *non semper integritatis nomen. Homeri & Evangelistæ Verba malè commissa. Nec* κόρη sponsa *Timæo; nec Homero, aut* κόρη sponsa, *aut* γυνὴ uxor. Κόρη, puella, pupilla. *Locus* 2. *Pet.* 2. 14. *explicatus.* μοιχαλὶς *qid. De Matth.* 5. 28. *Piscatoris sententia probata.* Γυνὴ uxor, *respondet Hebreorum* τῷ אשה *non* τῷ אשה Ταπεινοῦν γυναῖκα, *&* ταπεινοῦν τὰς ψυχάς, *Hebraismi.*

NArrat Laertius vitarum l. 9. ex Athenodori περιπάτων l. 8. Democritum Hippocratis medici, qi ipsum invisebat, comitem puellam, primo aditus die salutasse verbis illis, χαῖρε κόρη, *Salve Puella*; postridiè verò redeuntem cum ea nocte interveniente vitiata esset, χαῖρε γυνή. *Salvè mulier.* ut κόρης nomine τὴν ἀπ' ἀνδρὸς καθαρὰν, uti ad Odyss. υ. Eustathius; *à viro puram atqe intactam*, γυναικὸς autem, *virum expertam* intellexerit. Poterat itaqe philosophus de se prædicare, qod apud Æschylum ille in Jaculatricibus;

Νέας γυναικὸς οὔ με μὴ λάθῃ φλέγων
Ὀφθαλμὸς, ἥ τις ἀνδρὸς ᾖ γεγευμένη.
Ἔχω δὲ τούτων θυμὸν ἰχνογνώμονα.

Non me puellæ lumina ardescentia
Fallant, solentqe prodere expertam virum.

Mens

Mens mi perita dignoscendi hujusmodi.

Apud Theocritum, an Moschum (huic enim Hejnsius asserit) ubi puella devirginata,

Παρθένος ἐνθάδ' ἔβην· γυνὴ δ' εἰς οἶκον ἐφέρπω.

Veneram ego huc virgo: at mulier jam hinc sum reditura.

regerit ille, qi vitium obtulerat,

Ἀλλὰ γυνὴ μήτηρ, τεκέων τροφὸς, οὐκέτι κούρα.

At mulier mater, sobolis nutrixqe; puella

Amplius haud dicenda. ——

Ita tam ἀπὸ τῆς κόρας, qam & ἀπὸ τῆς παρθένου ἡ γυνὴ disertè distingvitur. Musæus de Herone, qæ, cum à suis pro virgine haberetur, noctu cum Leandro clam consvescebat,

Παρθένος ἠματίη, νυχίη γυνή. ——

Virgo diu, noctu mulier. ——

Tatius Levcippe. l. 8. Εἰ μὲν τυγχάνει γυνὴ, δουλεύειν τῷ δεσπότῃ· εἰ δὲ φησὶν εἶναι παρθένος, ἐν τῷ σύριγγος ἄντρῳ κλεισθῆναι. *siqidem mulier fuerit, hero suo serviat: sin virginem esse se profitetur, in Syringis antrum concludatur. Est autem,* inqit, *Syringis antrum,* ἀπόρρητον γυναιξὶν, καθαραῖς δὲ εἰσελθούσαις οὐκ ἀπόρρητον παρθένοις, *mulieribus qidem interdictum, at non virginibus intactis,* Longus Pastoral. l. 3. de Daphnide & Chloe; Ἤδη ποτὲ καὶ γυμνοὶ συγκατεκλίθησαν, καὶ ἐγένετο ἂν γυνὴ Χλόη ῥᾳδίως. *Aliqandò & nudi unâ cubitum ierant; & facilè mulier fieri poterat Chloe.* Hinc Cicero objurgantibus, qod homo sexagenarius puellam virginem duxisset, *Cras,* inqit, *mulier erit.* refert Fabius instit. l. 6. c. 4. De Junone pariter Lactantius Institut. l. 3. c. 17. *Si adolevit, si virgo fuit primò, posteà mulier; hominem fuisse, qi non intelligit, pecudem se fatetur.* In Aristæneti qæ nomen præferunt epistolis l. 1. ep. 6. de puellâ ante conjugium violatâ; Διδάξω, πῶς ἂν ἡ πρὸ γάμου γεγονυῖα γυνὴ, παρθένος ἐπιδείξῃ τῷ νυμφίῳ *Docebo, qomodo mulier ante nuptias facta, sponso virgo videaris.* Et ibid. ep. 10. de puellâ pridiè nuptâ; Νυνὶ δὲ τῆς νύμφης ἐν γυναιξὶ ταττομένης. *Sponsâ nunc in mulierum ordine constitutâ.* Porrò qemadmodum *virgo,* sive *puella,* ex congressu virili *mulier*; ita *mas* pariter. ex usurâ muliebri, *vir* fieri dicitur. Apud Longum fabulæ dictæ l 3. Lycænium adolescentulo Chloes amasio, qem eâ anticipatâ ad se pellexerat; Μέμνησο, ὅτι σε ἄνδρα ἐγὼ πρὸ Χλόης πεποίηκα. *Memineris Chloe priorem me, te virum fecisse.* Martialis l. 11. Epigr. 79.

Illa virum faciet. ——

Et l.8. epigr. 46.

Fælix qæ faciet prima puella virum.

qod imitatus Clavdianus in Fescen. ade 1.

Beata, qæ te mox faciet virum.

Virginis ac *mulieris* distinctionem hanc agnoscunt & Juris magistri. Sic enim ex Ulpiano ad Sabin. l.28. in Digest. l.10. tit.1. leg. 11. *Qodsi ego me virginem emere putarem, cum esset jam mulier, emptio valebit.* Idemqe ad Edict. Ædil. Curul. l. 1. (habetur Dig. l.21. tit. 1. leg. 14.) *Mulierem ita arctam, ut mulier fieri non possit, sanam non videri, constat.* ubi *mulier* priore loco *sexus*, posteriori *status* nomen est. Isidorus Ægyptius l.3. Epist. 243. Evdæmoni cuidam, qi Mosis illud Genes. c. 2 v. 23. de ratione nominis ex originatione Hebraicâ mulieri inditi, ad lingvæ Græcæ rationes ineptè exigens, παρὰ λόγον dictum censebat, Αὕτη κληθήσεται γυνή, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Ἐγὼ δὲ, inqit, οὐ μόνον κατὰ λόγον, ἀλλὰ καὶ θαυμασίως αὐτὸ γεγράφθαι φημί· καὶ ὅπως ἄκουε. ἡ γυνὴ παρὰ τὴν γονὴν εἴρηται. αὕτη γὰρ κληθήσεται γυνὴ, τουτέστι, γονίμη, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς τοῦ μέλλοντος γόνιμον ποιεῖν, ἐλήφθη. τὴν γὰρ παρθένον ὁ ἀνὴρ συναπτόμενος γυναῖκα, τουτέστι, γόνιμον, ποιεῖ. qibus verbis, etiamsi per lingvæ Hebraicæ inscitiam, parem cum Evdæmone errorem erraverit, dum dicti exotici ex Græco sermone rationem investigat; et Græco etiam vocabulo notationem havd satis probabilem tribuerit; cui etiam multo minus verisimilem adjecit, cum ἄνδρα, παρὰ τὸ τὴν γυναικείαν χώραν ἀνορύττειν dictum avtumat; at γυναῖκα, sive *mulierem*, ἀπὸ τῆς παρθένου, *a virgine* ita dispescit, ut hoc nomine eam designari velit, qæ viri congressu fæcunda sit facta. qod tamen non est congressionis illius conseqens necessarium. Eodem facere videatur & Apostoli illud ad Cor. ep. 1. c. 7. v. 34. Μεμέρισται ἡ γυνὴ καὶ ἡ παρθένος. *Discretæ sunt mulier, sive uxor potius, & virgo.* Verum *conditionis civilis* ibi nomen est γυνὴ, et τῇ ἀγάμῳ *innuptæ* opponitur; ut seqentia liqidò docent. qo modo sumi videtur & apud Sophoclem in Trachin, ubi Deianira,

Τὸ νεάζον, —— ἐν ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον
Ἐς τοῦθ᾽, ἕως τις ἀντὶ τῆς κόρης γυνὴ Κληθῇ. ——

Læta exigit, mærorum expers juvencula
Ævum, donec pro virgine mulier cluat.

Et apud Longum past. l.3. ubi Lamon de nuptiis inter prius dictum par amatorium contrahendis pollicitus; Τότε ἔσονται ἀνὴρ καὶ γυνή· νῦν δὲ φιλείτωσαν ἀλλήλους ὡς ἀδελφοί. *Tunc fient vir & mulier: interim castè*

caſtè ſe diligant, ut frater & ſoror. Sed & apud Theocritum idyll. 2. γυνὴ. i.e. *mulier*, qaſi *nupta*, ſive *matrona*, ab eâ diſtingvitur, qæ extra nuptias vitiata, mulier ſit facta, in Simæthæ verbis illis,

——— ὅς με τάλαιναν
Ἀντὶ γυναικὸς ἔθηκε κακὰν καὶ ἀπάρθενον ἦμεν.

——— *qi pro matronâ miſeram me*
Fecit ut infamis fierem, nec virgo vocarer.

i. fecit, ut nec *virgo* jam, nec *mulier*, etiam, i. *matrona*, nuncuper. qam obſervationem agnoſco debere me doctiſſimo Jer. Hoelzlino ex notis in Apollonium. rectèqe ibid. Schol. ἀντὶ γυναικός. τ. ἀντὶ τοῦ γυναικὸς κατάστασιν ἔχειν. *mulierem fieri, in conjugis, ſive matronæ ſtatu ac conditione conſtituti.* Cæterum de Mariâ Chriſti matre ſupra dictus Apoſtolus, ad Galat. c.4.v.4. *Miſit Deus filium ſuum* γενόμενον ἐκ γυναικός, *factum ex muliere*; qæ *virgo* tamen, & peperit, & poſt partum perſtitit. nec fuit qicqam, qod eo confugeret Tertullianus, ut diceret, de carne Chriſti c. 23. *eam virginem concepiſſe, in partu nupſiſſe*; *Apoſtolumqe* cum *non ex virgine, ſed ex muliere, editum filium Dei* pronunciavit, *agnoviſſe adapertæ vulvæ nuptialem paſſionem.* Siqidem, ut Tertulliano ſatisfaciamus de ſuo; ipſe idem de virgini. veland: c. 4. *Naturale vocabulum eſt fæmina, naturalis vocabuli generale, mulier. generalis etiam ſpeciale, virgo, vel nupta, vel vidua, vel qot etiam ætatis nomina accedunt. ſubjectum igitur generali eſt ſpeciale, qia generale prius eſt, & ſubceſſivum anteceſſivo, & portionale univerſali : & in ipſo intelligitur, cui ſubjicitur, & in ipſo ſignificatur, qia in ipſo continetur.* Qin & cap. 5. adverſus eos, qi putant non competere *mulieris* nomen niſi ei ſoli, qæ virum paſſa ſit, contendit multis, *proprietatem hujus vocabuli, ad ſexum ipſum, non ad gradum ſexus pertinere, qo communitèr etiam virgines cenſeantur.* Qumqe de primâ generis humani matre Evâ ex Moſe Geneſ. c.2.v.23. dixiſſet. *Fæmina illa ſtatim mulier eſt cognominata, adhuc virgo; vocabitur mulier, qia de viro ſumpta eſt, & ipſo adhuc virgine.* De Mariâ ipſâ (qam *Evam alteram* Irenæus l.3.c.33. indigetare non dubitat; qomodo Chriſtum ea editum *Adamum alterum* Apoſtolus ad Cor. Epiſt. 1.c.15. v. 45.) ſubdit cap. 6. *Apoſtolus formam vocabuli iſtius ſecundum Geneſin obſervat, ſexui deputans illud; ſic Mulierem vocans virginem Mariam, qemadmodum & Geneſis Evam. Sed & Angelus Gabriel cum benedicit, illam, inter mulieres, non inter virgines deputat : Be-*

nedicta tu inter mulieres. sciebat angelus muliorem etiam virginem dici. Hæc ille prioribus illis potiora: absqe eo qod memoriâ lapsus, qæ *mulieris*, *angelo*, qæ Elisabethæ sunt verba, Gabrieli tribuit. Vide Lucæ c. 1. v. 42. Qibus gemina suppeditat, & qam superius lavdavimus, Isidorus l. 3. ep. 176. Γυνὴ καὶ ἡ παρθένος καλεῖται, κἂν ἀνέπαφος ᾖ. γυνὴ διὰ τὸ εἶδος, κἂν ἀκέραιος ᾖ· γυνὴ διὰ τὴν φύσιν, κἂν ἀρρενικῆς ὁμιλίας ἀμύητος τυγχάνῃ tum adductis περὶ τῆς ἀεὶ παρθένου Apostoli verbis, Τί ποιεῖς. inqit, ὦ Παῦλε; τὴν παρθένον γυναῖκα καλεῖς; ναί, φησί· γυναῖκα καλῶ διὰ τὴν φύσιν, παρθένον δὲ ἔχω τὴν γνώμην. γυνὴ γὰρ ἡ παρθένος, κἂν ἀνέπαφος ᾖ. γυνὴ διὰ τὸ σχῆμα καὶ τὴν πλάσιν· παρθένος διὰ τὸ ἀκέραιον καὶ τὸ καθαρόν. Hæc ille.

Sed qorsum ista? qærat qis. pavcis accipias. de vocabulorum istorũ usu qædam nobis cum Pfochenio sunt dispicienda. havd malè ergo Pfochenius sect. 39. qod Græcum κούρην tam *adolescentulam*, qam & *virginem* designare pro concesso sumit. utramqe enim comprehendit. nec abs vero abit, qod ex Homero observat, Briseidem, nunc κούρην, nunc & γυναῖκα eandem dici. sed nec controversum est, qod sect. 103. ex Nasone, Flacco, Gellio contendit, etiam *gravidas*, *utero laborantes*, *puerperas*, *puellas* nuncupari. Qibus illud qoqe adjici poterat, cum poetæ Græco dictum,

Κοῦροι τ' ἀδμῆτές τε κόραι·

tum & imitato eundem Latino, Æn. l. 2.

——— *pueri*, *innuptaqe puellæ*.

qo κόραι ἀδμῆτες, ἀπὸ τῶν δαμάρτων, ab uxoribus διὰ τὸ πρὸς ἀνδρῶν δεδαμάσθαι sic dictis; & *puellæ* pariter *innuptæ*, à nuptis distingverentur. Poterit &, (qod pavcis animadversum, Servio tamen observatum) *Virginis* qoqe nomen, non *integritatis* semper, *ætatis* qandoqe duntaxat existere. De Penthesileâ Amazonidum ductrice, qam viro intactam voluisse cur opinemur, nihil est, Maro Æn. l. 1.

——— *avdetqe viris concurrere virgo.*

ad qem locum Servius, *Virgo*, *ætatem ostendit & sexum.* et pleniùs adhuc, ad Æn. l. 11. ubi Camilla, qæ innupta, *arma muliebria* appellat sua; *Usus obtinuit, ut innuptas virgines, nuptas mulieres vocemus. nam apud majores indiscretè, Virgo dicebatur & mulier. utrumqe enim sexum tantum designabat.* Lavdat qidem ex Terentii Hecyrâ illud, 3. 3.

Nam vitium est oblatum virgini olim ab nescio qo improbo. etiam mulierem, inqit, *post partum virginem vocat.* qod tamen hîc nihil

est

est necesse. Potuit enim ita dictum intelligi, qo modo de Medea in Nasonianis epistolis Hypsipyle,

Turpiter illa virum cognovit adultera virgo.

At alterum illud, qod ex Bucolicis citat, clarum est satis: ubi de Pasiphae, qæ & *nupta*, & bis etiam *mater*, Eclog. 6. *Ah virgo infelix*; dicitur. et ibi Servius; *Virgo, à viridiore ætate. nam jam mater fuerat.* et subjungit Calvi dictum geminum de Ione in Vaccam demutatâ.

Verum ista forsan de *Virginis* appellatione tam laxâ poesis solâ suggesserit. In communi qoqe sermone usum promiscuum qodammodo sortiuntur vocabula ista, κόρη, γυνὴ, *puella. mulier*; & nunc de *intactis*, nunc & de *attactis* usurpantur; nec promiscuum tamen prorsus, sed qi ex subjectæ materiæ ratione, dictiqe occasione distingvendus sit; qod optimè observavit & Tertullianus de Virg.vel.c 4. & 8. ubi duo illa Apostoli dicta, qo *mulierem a virgine divisam* pronunciat, ex ad Cor. Ep. 1. c. 7. v. 34. Et qo *mulierem omnem velato capite esse* jubet, ibid c. 11. v. 5. secum invicem componit. Siqidem, (qod supra est abunde demonstratum) sicut κόρη Græcis, *puella* Latinis, nunc *ætatis*, nunc *integritatis*; ita γυνὴ illis, *mulier* istis, nunc *sexus*, nunc *ætatis*, nunc *conditionis*, sive honestæ, sive inhonestæ etiam nomen est.

Cæterum aliud est istud omne, ab eo, qod à Pfochenio propositum fuerat. *Qod Matth.* inqit, *cap.* 1. *vers.* 20. *dixit*, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. *ne metuos accipere Mariam uxorem tuam. id Hebr. diceretur.* לקחת מרים אשתך *Syrus exponit.* למכב מ ים אנתתך *hic* γυνὴ (*uxor*) *ponitur pro sponsâ. videtur autem hæc loqendi ratio Hebraismum importare. sic enim Jacob Labano Genes.* c. 29. v. 21. הנה את אשתי οἱ LXX. δὸς μοι τὴν γυναῖκά μου *cedo mihi uxorem meam. cum tamen nondum esset Jacobi uxor, sed tantùm destinata in uxorem.* Et subjicit, *Sed sic qoqe Græci loquuntur profani*, et ὁ συμπάντων λῷστος ἀοιδῶν. Verum qo modo tu, ὦ λῷστε, id nobis confirmatum exhibes? *Homerus*, inqis, *Briseidem* γυναῖκα *vocat, eandemqe* κούρην. κούρην *autem Timæus pro* νύμφην *sponsâ accipit.* de Timæo supra vidimus. nusqam ille κούρην ἀντὶ τῆς νύμφης accepisse, avtori tuo, unde istud es mutuatus, perhibetur. Qanqam, age, concedamus hoc tibi; esto *sponsam* alicubi κούρην dixerit Timæus. ergone hinc seqetur Homerum, ubi Briseidem κούρην dixit κούρης nomine *sponsam* intelligi voluisse? avt etiam,

qia

qia γυναῖκα eandem dixit, ideò γυναικὸς nomen, de *sponsâ*, qæ hîc nulla comparet, usurpari? rectè vertis ipse Homeri illud,

Ἡ δ' ἀέκουσ' ἅμα τοῖσι γυνὴ κίεν.

Ipsa autem simul cum eis mulier ibat.

at malè verteris, *uxor ibat*; avt *mulierem*, ibi *sponsam*, nedum *uxorem* interpreteris. imò cavte minùs, qod κούρην *uxorem* eodem loci reddideris, (ubi ais, *Hac ipsa* γυνὴ vers. 336. & 337. *vacatur* κούρη, *adolescentula*, *virgo*.) cum poeta qam istud nihil minus voluerit. Evstathius, Ἰστέον, inqit, ὅτι τὴν Βρισηΐδα, ὥσπερ καὶ τὴν Χρυσηΐδα, κούρην καλεῖ, οὐχ ὡς παρθένον· ψεῦδος γάρ· ἀλλ' ὡς ἁπλῶς νεάνιδα. *Briseidem perinde ac Chryseidem, non ut virginem, (falsum enim hoc) sed ut puellam, sive adolescentulam, simpliciter,* κούρην *appellat:* Nec malè tamen qis κόρας *virgines* verterit in illo rhetoris dicto, qi (referente in lib. *de verecundiâ* Plutarcho) hominem *impudicum*, an *impudentem*, an utrumqe ἀναίσχυντον, dicebat, οὐ κόρας, ἀλλὰ πόρνας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, *non virgines, sed meretrices in oculis habere.* Alterum utiqe is τὸ κόρας significatum allusit, qo oculi etiam *pupillam* vox ea designat. Unde & in Didymonem famæ pariter vitæqe parum integræ medicum, qem in adulterio deprehensum, dignum pronunciavit, qi e nomine suo (ἀπὸ τῶν διδύμων nempe) suspenderetur, ambiguo lusit. cum enim κόρης ὀφθαλμὸν *puellæ oculum*, sive puellam ab oculo laborantem curaret, Ὅρα, inqit Cynicus, μὴ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς παρθένου ἰατρεύων, τὴν κόρην φθείρῃς. *Cave, ne dum virginis oculum curas, pupillam,* vel etiam *puellam* (nam in alterutram partem sum poterat) *corrumpas.* de oculi incolumitate solicitus videri volebat, cum de virginis integritate discrimen potius ageretur. Rhetoris verò dictum illud allusisse potuit avtor Græcus ille, qisqis fuit, cujus ἀποσπασμάτιον satis prolixum Cæsarii dialogis, à Levunclavio Latinè repræsentatis, insertum reperitur. Is inter alia, de oculi natura usuqe differens, Christi Domini verba illa adducit, Matth. c.5.v.28. *Qicunqe mulierem ad concupiscendum adspexerit, jam adulterium cum illa in corde suo commisit.* De qo loco, ut obiter aliqid dicam; non possum non Piscatori calculum dare, qi illud πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι interpretatur ὥστε ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς *ita ut concupiscat*; sive *donec concupiscat.* qomodo Marc. c. 13. v. 22. dicitur, πρὸς τὸ ἀποπλανᾷν, *adeo ut seducant*, vel, *seducturi sint.* i. talia & tanta, ut per illa seducerentur etiam electi, si ut seducerentur illi fieri posset. præpositio utrobiqe non *finem avt propositum*, sed *eventum* designat.

designat. atqe ita certè sumendum est de aspectu illud, ut aspectus exterior corruptelæ interiori præeat, & ab illo ista oriatur. alioqi qi hoc fine fæminam qo concupiscentiam irritet & accendat, intuetur, is in corde suo jam libidinatus est, nec est à præcepto illo violato immunis. Verum ut ad avtorem illud innominatum redeamus. Is ex Christi dicto illo ansâ arreptâ, *Qapropter*, inqit, *virgines esse debent oculorum pupulæ, qæ idem cum virginibus nominis ornamentum sortitæ sunt. sæpenumero enim, qæ intra palpebras virgo erat pupilla, per ipsarum diductionem, vagumqe motum suum, nutus & cogitatio scortationis facta est.* qæ verba novissima qam sint fideliter è Græco reddita, incertum est. Hæc verò eo libentius hîc inserta volebam, qia accedunt prope Petri illud ep.2.c.2. v.14. ὀφθαλμοὺς ἔχοντες μεστοὺς μοιχαλίδος. h.e. verbum verbo reddendo, *Oculos habentes plenos adulteræ.* qo modo & Erasmus reddidit. At vetus interpres, *plenos adulterii.* qod Beza probat. et *Hebraismum esse censet, qo epithetonpro substantivo ponitur.* qo modo Devt. c. 29. v. 19. *ut addat ebriam sitienti.* i. *ebrietatem siti.* nec tamen, Hebraismum id cum esse pronunciat, ideò in nullâ aliâ lingvâ reperiri voluerat. qod ex ejusmodi locutionibus, sed iniqè satis, elicere noster solet. nam & Gallis suis familiare hoc esse profitetur. Et ἐπιθετικῶς qidem τὸ μοιχαλὶς usurpatur Matth. c.12. v.39. & Marc. c. 8. v. 38. ubi γενεὰ μοιχαλὶς dicitur. Potest tamen energiæ amplius aliqid voci hinc μοιχαλίδος hîc subesse, ut substantivè potius, sicut ad Rom. c.7. v.3. sumatur; & *adulteram* designet, qam *in oculis* (qod proverbio dici consvevit) ferre jugiter perhibeantur.

Cæterum Hebraismus ille (ut ad institutum redeamus) qem & apud profanos scriptores reperiri contendit Pfochenius, τὸ γυναικὸς ὄνομα, non *mulieris* simpliciter, sed *uxoris* notione sumit; ut Hebraico, non אשה qod *mulierem*, sed אשת qod *uxorem* duntaxat significat, (vide Judic.c.4. v.4. ubi utrumqe reperitur) respondeat; nec avt sexus, avt ætatis, sed conditionis nomen sit; & desponsatam sive nuptiis destinatam uxoris appellatione dum cohonestat, uxoris loco habendam moneat. Substernitur fundamentum hoc legi illi, qæ virginis desponsatæ violatorem morte multat. אשר ענה את אשת רעו *qia uxorem proximi sui vitiavit.* Devt. c.22. v. 24. Græc. ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ. qod tu etiam havd fidè satis verteris, *humiliavit mulierem proximi sui.* monet avtem locus iste phrascon illarum meminisse, qæ apud Græcos illos interpretes occurrunt

T

currunt toties, ταπεινοῦν τὴν γυναῖκα, de virginitate imminutâ ; & ταπεινοῦν τὰς ψυχάς, de corporis per jejunia solenniora maceratione, Lev. c.16. v. 29, 31. & c. 23. v. 19, 32. qas vix, credo, apud prophanum Scriptorem e Græcis priscis aliqem, etiamsi qam curiosissimè ruspatus fuerit, Pfochenius deprehenderit. Interim aliud istic proponit, & aliud probat. *sponsam uxoris* nomine Evangelistæ insignitum proponit ; *virginem mulieris* Homero nuncupatam, (et hoc frustra) probare conatur. qod nihil plane cum illo commune habet.

CAPUT. XIII.

Κακία *pro vexatione, Hebraismus. aliud* κακία, *aliud* κακότης. *aliud* φιλία, *aliud* φιλότης. κακὰ, *mala, etiam de vexationibus usurpata.* טוב bonus, *&* ἀγαθὸς pro hilari, *Hebraismus.* טוב לב *&* טוב יום ἀγαθὴ ἡμέρα. *Locus Prov* 15. 15. *explicatur. Drusius in eo* ἀλλοπρόσαλλος. *Animus lætus à mente benè consciâ.* טובה bona, *pro* pulcrâ, *sive formosâ. Verba Mosis Gen.6 2. explicata. Antiqi qam plurimi in eo lapsi.* Dei filii, *eo loci, non desertores Spiritus ; sed Semi, Enoshi, Enochi progenies. Angeli* Dei filii *dicti ; contra qam Chrysostomus.* טוב *primâ notione* bonum ; *alterâ* pulcrum. Καλὸν *contra primâ notione* pulcrum, *tum* bonum *&* honestum.

ILlud monui non semel, & monendum identidem videtur, peculiares qasdam esse sæpenumerò suas lingvis singulis rationes, etiam in eis, qæ sibi invicem respondent vocabulis. Verbi gratiâ. Qod Matthæi c.6.v.34. κακία pro *vexatione* usurpatur, cum usitatè *malitiam* denotet, *Hebraismo* solet *deputari*, & *Hellenistarum* qos nuncupant *peculiare* censeri: & reperitur qidem crebrò sic sumptum apud *Gracos interpretes* Exod. c. 22. v.23. Histor. Reg. l. 3. c. 21. v. 28. & l. 4. c.6. v. 33. & c. 14. v. 10. Annal.

Annal. l. 1. c. 21. v. 15. & l. 2. c. 7. v. 22. & c. 25. v. 15. Eccles. c. 5. v. 12. & c. 7. v. 4. Dan. c. 9. v. 14. Amos. c. 3. v. 6. & alibi. sed & apud Maccabaicon scriptorem l. 1. c. 7. v. 23. & c. 10. v. 46. Hoc autem ut rejiciat Psochenius sect. 53, opponit, (qod & Fr. Ribera prior monuerat ad Joelis c. 2. S. 21.) τὴν κακότητα *Græcorum disertissimos* (sed poetas tamen solos) ***hoc eodem sensu usurpare. nihil autem*** inqit, ***plus distat*** κακότης à κάκια, qam φιλότης à φιλία.

At tu, Psocheni, si me consuluisses, exemplo istoc abstinuisses planè. pugionem enim hoc facto eis, qi ex adversâ sunt parte, porrexisti, qo exceptionem tuam confoderent. Esto enim ab eadem stirpe proveniant φιλία et φιλότης, & significatione eâ, qæ utriqe est usitatissima, conveniant. peculiares tamen habet suos horum alterum usus, qi non sunt alteri cum eodem communes. neqe enim, qod Homerus dixit Iliad. ν. v. 636.

Πάντων μὲν κόρος ἐστι, καὶ ὕπνου, καὶ φιλότητος.

probè feceris, si φιλότητος loco φιλίας substitutum ieris. Sed & ὦ φιλότης, ἀντὶ τοῦ, ὦ προσφιλέστατε usurpari monet Hesychius. Et firmant exempla. ita enim Lucianus non semel usurpavit. at ὦ φιλία, sensu gemino siqis dicere voluerit, næ ille cum Græcis nullus loqetur. nec conseqentèr pro ***vexatione***, qi κακίαν adhibuerit, etiamsi ***Græcorum disertissimi*** notione pari τὴν κακότητα usurparint. Tertullianus reverâ adv. Marc. l. 2. c. 24. ***Apud Græcos interdum malitiæ pro vexationibus & læsuris, non pro malignitatibus ponuntur.*** Dixisset aliqid, si ***mala*** posuisset. κακὰ enim tam Græcis, qam Latinis ***mala***, in hanc mentem usurpatur. at κακία nec istâ, nec ullâ opinor, Græcis dictum deprehendas.

Τῷ רע apud Hebræos τὸ טוב oponitur; qod primâ notione ***bonum*** significat, ab hâc ortâ, lætum. sic Ester c. 1. v. 10. כטוב לב המלך ***cum bonum esset cor*** (i. ***hilaris animus***) ***regis vino.*** Jun. ***cum esset hilari ac læto animo rex.*** Drus. qod ego malim; ut טוב ad ***regem***, non ad ***cor*** referatur, cum istic, tum & Reg. histor. l. 2. c. 13. v. 28. sicut Ester. c. 5. v. 9. exiisse dicitur Haman טוב לב ***bonus corde.*** Jun. i. ***lætus animo.*** sive, ***læto hilariqe animo.*** Et Ruth. c. 3. v. 7. Boaz cubitum concessisse, ***bonus corde.*** i. ***hilaris animo.*** Jun. ubi tamen Græci, ἠγαθύνθη ἡ καρδία αὐτοῦ. sicut & Reg. l. 2. c. 13. ὅταν ἀγαθυνθῇ ἡ καρδία αὐτοῦ. Sic יום טוב ***dies bonus*** pro ***læto ac hilari***, Ester. c. 8. v. 17. & c. 9. v. 19, 22. ubi ἀγαθὴν ἡμέραν, iidem reddidere. Nec secus sumendum regis sapientissimi illud, Paræm. c. 15. v. 15. ***Omnes***

dies afflicti (ita enim malim, qam, *pauperis*, qod est nimis restrictum, cum Junio) ▭רעים *mali*, i. *molestiæ ac mæstitiæ referti*, *sunt*. וטוב לב *at boni corde* (i. *læti animo*, Jun.) *dies* (ex τȢ κοινȢ repetendum) *sunt juge convivium*. errant enim, qi de *conscientiâ bonâ* accipiunt; ut sit, qod Diogenes apud Plutarch. de tranqill. Ἀνὴρ ἀγαθὸς πᾶσαν ἡμέραν ἑορτὴν ἡγεῖται. *Vir bonus diem unumqemq; festum ducit*. Sic tamen Drus. miscellan. l. 1. c. 75. *Voluptate continuâ perfunduntur, qibus mens benè conscia. Ita Comicus*, (Plavtus Pseudo 1. 5.)

Bonus animus in malâ re dimidium est mali.

Idemqe Captiv. 2. 1.

In re malâ animo si bono utare, adjuvat.

Et contra Mostell. 1. 3.

Nihil est miserius, qam animus sibi conscius.

Melius idem ipse Proverb. l. 2. cl. 1. adag. 10. *Constans animi lætitia, molestias, qas gignit inopia, discutit. cor latum ac suâ sorte contentum, tanqam epulæ nuptiales*. Nec inficior, lætitiam solidam absqe conscientiâ bonâ nullam haberi; et oraculi instar mihi Senecæ illud, Epist. 59. *Gavdium hoc non nascitur nisi ex virtutum conscientiâ*, sed & Isidori illud, soliloq. l. 2. *Vis nunqam tristis esse? fac vivas benè*. Sed aliud istic Parœmiastes voluit, idqe ipsum planè, qod cap. 17. v. 22. aliis verbis dixit; *cor latum*. i. *animus hilaris, est instar bonæ medicinæ: sed spiritus fractus*, i. e. *mæstus exiccat ossa*. Et c. 15. v. 13. *Cor latum*, i. *animus lætus, bonum*. i. *hilarem facit vultum*, cordis lætitia vultu hilari se prodit. *sed cordis dolore frangitur spiritus*. Iste avtem τȢ ἀγαθȢ usus Græcis priscis, opinor, ignotus est.

Idem, puto, & de alio vocabuli istius usu dici poterit, qo טוב nimirum Hebræis pro *pulcro*, sive *formoso* usurpatur. Ita Gen. c. 6. v. 2. sumitur. Verba sunt Mosis; *Cum filii Dei* (non Angeli illi, sive Spiritus desertores nescio qi; etiamsi Angeli qoqe ita qandoqe nuncupentur; contra qam Chrysostomus avtumat, Job. c. 1. v. 6. & c. 2. v. 1. & c. 38. v. 7. uti Enoch ille ἀποσολιμαῖος, cujus ἀποσπασμάτιον satis amplum Jos. Scaliger evulgavit, fragmenta aliqot Tertullianus dedit; Josephus itidem antiqit. l. 1. c. 4. Justinus, apolog. 1. & 2. Irenæus, l. 4. c. 70. Clemens, Pædag. l. 3. c. 2. et strom. l. 3. & 5. Tertullianus, de cultu fœmin. l. 1. c. 1. & l. 2. c. 10. & de Virgin. vel. c. 6. & de idololat. c. 9. Methodius, de resurrect. apud Epiphan.

hær.

hær. 64. S. 21. & Photium cod. 234. Athenagoras, apolog. pro Christ. Lactantius, instit. l. 2. c. 5. Evsebius, præpar. Evang. l. 5. c. 4. Sulpitius, hist. l. 1. Ambrosius, de Noe, c. 4. & de Virgin. l. 1. Pavlus Burgens. in Gen. c. 6. Fr. Georgius, tom. 1. problem. 330. qod refutant Jo. Chrysostomus, in Gen. orat. 22. Basilius Selevc. orat. 6. Philastrius, hæres. 108. Avgustinus, in Gen. qæst. 3. et de civit. Dei, l. 15. c. 23. Theodoretus in Gen. qæst. 47. Nic. Lyranus, in Gen. c. 6. sed Sethi, ut Avgustinus & Theodoretus, sive Enoshi, ut Cæsarius, dialog. 1. & Cyrillus, adversc Julian. l. 9. & ad Calosyr. c. 17. avt Enochi etiam, ut ex antiqo avtore aliqo Svidas, in Μιαιγαμίαι, posteri, (apud qos religionis veræ professio hactenus perstiterat) *viderent filias hominum* (eorum utiqe, qi à recto Dei cultu ac pietate alieni extiterant) *qod* הבת sive *bonæ*, h. e. pulcræ, sev formosæ, *essent*. Inde, *mulier*, *puella*, *virgo*, טובת-מראת *bona aspectus*, sive *aspectu*. Gen. 24. 16. & 26. 7. (qod Latini *facie honestá*, dicerent. qanqam nec ista eadem prorsus videntur) pro qo Cap. 12. v. 11. 14. יפה i. *pulcra*, sive *formosa*: et יפת--מראה *formosa aspectus*, sive *aspectu*, dicitur. Et טובות מראה *puellas*, sive *virgines*, *bonas aspectu*; pulcras utiqe & formosas. Ester. c. 2. v. 2. At verò apud priscos Græcos, κόρlω, avt παρθένον, aut γυναῖκα, ἀγαθὴν, pro *puellâ*, *virgine*, *muliere*, *pulcra*, sive *formosâ*, vix uspiam, credo, reperies. Atqe hîc denuò usum lingvarum variantem observes licet. Τὸ καλὸν Græcis primâ notione *pulcrum*, sive *formosum*, alterâ deinde *bonum*, avt *honestum* etiam indicat. inde Maximus monachus, centur. 5. S. 83. Ταυτὸν τὸ ἀγαθὸν καὶ καλόν· πᾶσι γὰρ ἐστι τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ὡς ὄντως ἀγαστὸν, ἐφετὸν, καὶ ἐραστὸν, καὶ αἱρετὸν, καὶ ἀγαπητόν. Contra apud Hebræos τὸ טוב primò *bonum*, post latius dimanando, *pulcrum* qoqe sive *formosum* designat. Atqe hæc de vocabulorum usu sufficiant, qibus *malum bonumqe*, cum Hebræis, tum & Græcis priscis denotantur.

CAPUT. XIV.

שמע *ἀκούειν*, avdire, obedire. *Photii interpres lapsus. Plutarchus emendatus. In Plinio lectio varia.* משמעת *ἀκοή*, *pro* obedientiâ, *Hebraismus. item qod* ἀκοὴ ἀπειλεῖν, *ἀπειλεῖν dicitur. Gellii locus suspectus.* φωνὴ, forma, rumor. קול *Hebraeis idem. D. de Dieu hîc haerenti satisfactum. quid pro* re, *coactius. nec seqi, qia* דבר *sic sumitur, ideò &* קול *A synonymo ad synonymum seqela non est universalis.* λόγον *pro* re *non necessario sumi in exemplis à Psochenio adductis.* Νόος *&* Καινὸς *diversa.* Ἔπος *in diverbio,* versus, *non* res. *Rhesi autor qis.* Dictum *an Maroni pro* re; ἔπος *an Homero.* ῥῆσις, res, ἔπος opus, *ab* ἔπω. πρᾶγμα *&* χρῆμα res *utrunqe:* χρήματα *tamen &* πράγματα, *non idem ubiqe. Disceditur à de Dieu in explicatione Exod. 4. 8.* שמוע לקול animadvertere. דברי אותות *Hymn.* 105. 27. *vox rebus mutis tributa. Hymn.* 19. 3. *variè expositus.* ἀκούειν, intelligere. קול φωνὴ, *pro* praeconio. איש רנה praeco.

Tῷ שמע Hebraeorum respondet graecum ἀκούω, Latinum *avdio*, habetqe horum unumqodqe varias qasdam, easqe inter se communes, apud suos notiones ac significationes. שמע enim Hebraeis, & *avribus* aliqid *percipere*, & monenti sive jubenti *obtemperare*, significat. qin & Graecum ἀκούω, non illud tantum, sed hoc etiam designat. Qanqam enim qod refert Diodorus Sic. l. 40. (apud Photium Cod. 244.) legibus à se promulgatis subscripsisse Mosem, Μωσῆς ἀκούσας τοῦ θεοῦ, τάδε λέγει τοῖς Ἰουδαίοις. Latinè parum fidelitèr reddidit, qi Andr. Schotti nomen praefert. *Hac Moses loqitur Judaeis, obediens Deo.* cum debuisset, *Hac a Deo accepta*, sive *cum à Deo avdivisset, Moses Judaeis loqitur.* Attamen sic Demosth. adv. Leptin. καὶ πρότερον τοῖς ἄλλοις ἐπιτάττοντας

ἴδιον

εἴθισεν ἀκούειν ὑμῶν. *vosqe qi aliis prius imperabant, vos audire* i. *vobis obtemperare*, sive *vobis dicto audientes esse, assvefecit.* allusit saltem hunc verbi usum Pythius in oraculo Soloni dato, cujus in Symposio meminit Plutarchus:

Εὔδαιμον πτολίεθρον ἑνὸς κήρυκος ἀΐον.

(sed leg. ἀκοῦον)

Felix urbs, qæ præconis vocem unius audit.

i. *qæ uni obtemperat.* itaqe apud Plutarchum subjungit Solon, cum ad Monarchiam id traheret Æsopus; Ἀλλὰ μὴν καὶ νῦν Ἀθηναῖοι ἑνὸς κήρυκος ἀκροῶνται καὶ ἄρχοντος, τοῦ νόμου, δημοκρατίαν ἔχοντες. *Atqi Athenienses, cum statum habeant popularem, unum tamen præconem ac principem audiunt, legem.* Sed & *audio* pariter Latinis. Plavtus (si is saltem est) Amphitr. act.4.sc.4.

Si me audias, observes. et rursus,

——— *Mitte hunc meâ gratiâ, & me audias.*

Cicero ad Curion. Epist. 7. *Tecum loqere, te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera.* Et eleganter; Sed non sine tropo, Virgilius Georg. l. 1. extremo;

——— *frustra retinacula tendens,*

Fertur eqis auriga, neqe audit currus habenas.

i. inhibenti, sive habenas tenenti avrigæ non obseqitur. Et Plinius hist. nat. l.10. c.43. *cornum maximè audit sorbus.* i. eidem obseqitur, ut glutini ope cum eà committatur. qanqam qidam codices, *odit* exhibent; ut adversum planè denotetur.

Atqe hactenus verborum qidem ipsorum in tribus lingvis illisce usus planè convenit. at verò nomina ab his verbis deducta si spectaverimus, mox lingvarum illarum phrasin sermonemqe havd perinde concordem deprehendemus. Siqidem משמעה Hebræis non *audientiam* tantùm, sed & *obedientiam* significat. Esaiæ c. 11. v. 14. cum notione istâ, nec *auditio* Latinis, nec ἀκοὴ Græcis in usu sit. nec tamen vocabulo isto Græci abstinuerunt interpretes, qo τὸ שמע Hebræum hoc sensu usurpatum exprimerent, in insigni Samuelis dicto, Histor. Reg. l. 1. c. 15. v. 22. ἰδοὺ ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίαν ἀγαθή. ecce obedientia victimis præstat. Hujus ergò potiùs, qam alterius illius significatus, παραδείγματα nobis si exhibuisset Pfochenius, insveti sermonis hac in parte notâ interpretes illos liberasset.

Nam formulam illam qod attinet, qam Sect. 44. ex Matthæi c. 4. v. 24. attulit, καὶ ἀπῆλθεν ἡ ἀκοὴ αὐτοῦ. qod Marcus c. 1. v. 28. ἐξῆλθε

δὲ ἡ·

δὲ ἡ ἀκοὴ αὐτῦ. etiamsi ἡ ἀκοὴ pro *famâ* sive *rumore*, apud Græcos qandoqe, sed rariùs usurpetur: tamen formula illa, qâ *exire famâ*, sive rumor dicitur, cum divulgatur & propalatur, Hebraismum planè resipit, respondetqe Hebræorum illi, Ester c.9.v.4. ושמעו הולך בכל־הארץ *& fama ejus exivit*, divulgata est, *per totam terram*. Et ibid. c.1.v.17. יצא דבר *exibit*, divulgabitur, *verbum*, sive *res*. vel etiam ut Drusius, *famia de facto*.

Hâc avtem occasione & de aliâ voce huic vicinâ, significationem qod attinet, dispiciemus. Act.c.2.v.6. γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης, *orto avtem hoc rumore*, Beza. ut φωνὴ αὐτὴ τῆς φήμης, sicut ἀκοὴ supra, pro *famâ*, *rumore*. *nos Anglicè* diceremus, **when it was voiced abroad**. qo etiam pertinet, qod apud Gellium habetur, (ni corruptus sit locus, & pro *vocificant*, *notificant*, legendum sit) ubi de Philippo Macedone l.9.c.3. *cujus*, inqit, *vim atqe arma*, ——— *inclyta illa Demosthenis orationes concionesqe vocificant*. i. διαβοῶσι, διαθρυλλῦσι, διαφημίζυσι, *famigerant*. Verum hoc Cl. V. Ludovico de Dieu minùs arridet. *nusqam* enim *qærenti diligentèr occurrere*, *ubi avt* קול Hebræis *avt* φωνὴ *Hellenistis pro rumore sumatur*. atqi ego illum id ulteriùs qæritandi labore levaturus sum. Genes.c.45.v.16. והקול נשמע καὶ διεβοήθη ἡ φωνὴ, Græc. *auditumqe est & celebri sermone vulgatum*. Vet. Lat. licentiùs. castigatiùs Jun. *cum rumor iste auditus esset*. sed & Castellio; *famâ domum Phar. perlatâ*. habes hîc utrumqe & קול Hebræis, & φωνὴν Hellenistis, qos appellas, hâc qam qæris, notione. ita fidem liberavi meam. sed habeas insuper ἐκ τῦ περιόντ@ loca ista. Jerem. c.4.v.15. יכ קול מגיד מדן Græc. διότι φωνὴ ἀναβαίνοντ@ ἐκ Δὰν ἥξει. *vox*. i. *fama*, rumor, *annunciantis à Dan venit*. vel, ut Græcus, *rumor*, sive *fama ascendentis*, i. de ascendente. Ibid. c. 50. v. 46. מקול נתפשה בבל Græc, ἀπὸ φωνῆς ἁλώσεως Βαβυλῶν@. Vet. Lat. *à voce captivitatis Babylonis*. Jun. *propter rumorem qod occupata sit Babel*. vel etiam, *à rumore*. Sed & Jerem. c. 10. v. 22. qo minùs קול שמועה φωνὴ ἀκοῆς, *fama nuncii*, verti possit, qod obstet, nihil video. coactius multo certè mihi videtur, φωνὴν αὐτὴ τῦ πράγματ@, pro *re*, sive *negotio*, apud Lucam sumere, qia Hebr. דבר LXX nunc per λόγον, nunc per ῥῆμα, nunc per φωνὴν interpretantur; & sicut דבר, sic ῥῆμα & λόγ@ sæpe pro *re* & *negotio* usurpantur: ut reddatur, *Factâ avtem hâc re* i. qum hæc res ita contigisset. nam nec φωνὴ nisi rariusculè, bis tantum, opinor, Genes. c. 11. v. 1. & c. 15. v. 4. loco τῦ דבר Græcis

Græcis illis adhibetur. qibus etiam locis דבר in *sermonis* significa-ta reperitur. nec firmum satis fundamentum videtur, notionem novitiam vocabulo alicui citra exemplum affingere, eo qod huic cognata qædam sic qandoqe capiantur.

Atqe hîc obiter occasione istâ divertemus pavlisper ad Pfochenii sectionem 54. qâ contendit τὸ ῥῆμα pro *re* à Lucâ c. 1. v. 37. usurpatum, *tam Græcorum qam & Hebraisantium* esse. idqe hâc ratione subnixus, qia λόγον, et ἔπος Græci avtores sic usurparint. Nolo istic Montacutii nostri, ex Analect. exercit. 5. sect. 4. de Lucæ loco isto argutiolam Pfochenio opponere. *Non ait*, (inqit) Nil impossibile, *ait*, πᾶν ῥῆμα apud Deum esse possibile. *prius enim oportet ut sit* ῥῆμα, *vel in proposito, vel in propalatione, qam sit in possibilibus fieri. nam impossibile est, qod non est* ῥῆμα. *qod dici non debet, fieri neqit*. Et Vetus qidem interpres, *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*. Beza itidem, *Apud Deum non erit ullum verbum, qod fieri non possit*. Simplicius meliusqe, opinor, Tigurinus, *Non erit apud Deum impossibilis ulla res*. et Castellio, *Nulla res est, qam Deus facere non possit*. Et *Hebraismum* rectè adnotavit Vatablus. Cæterum tam Græcismum qam Hebraismum esse Pfochenius qâ probare nititur, rationem discutiamus. Ac primò, controversi juris videntur, qæ pro antecedentis firmamento adducuntur, exempla. nam λόγον qod attinet. Platonis illud è de repub. l. 2. ἔτι πω οἴει ἱκανῶς εἰρῆσθαι περὶ τοῦ λόγου. ut vertatur. *de re istâ*. qod cogat nihil est. potest enim ibi λόγος vel *sermonem* significare, ut respectus habeatur ad Socrates illud, qod antecesserat, ὤμην λόγου ἀπηλλάχθαι, *existimabam me sermone defunctum*, cum ad Thrasymachi, scil. dissertationem oratione benè longâ respondissem; vel etiam *sententiam ac opinionem*; ea enim qoqe est familiaris τοῦ λόγου notio; atqe in hunc sensum eô loci accepit Serranus. tum Evripidis illud ex Andromachâ, νέους λόγους, (ut de libertate Poeticâ nihil hîc dicam) qidni *nuncium novum*, sive *Sermones novos*? nam qod, *verba ipsa famula non fuisse nova Andromachæ*, suggerit Pfochenius, *ut pote qibus jam assveverat*. ut nihil dicam νέους, non καινοὺς dici, de qo alibi (cum Deo bono) videbitur: qis nescit *novos sermones* dici, qibus res narrantur novæ? ἔπος avtem qod attinet; nihil minùs evincit tritum illud, οὐδὲν πρὸς ἔπος, qam qod istic vult Pfochenius. sonat enim ad verbum, *nihil ad versum*. originem dicti ex Demetrii illius, qi Phalarei personam gerit, illis petas licet, Οἱ δὲ πρὸς οὐδὲν διακληρώσαντες τὸ

προσδοκώμενον, ἐοίκασι τοῖς ὑποκριταῖς τοῖς τὸ καὶ τὸ οὐδὲν πρὸς ἔπος λέγουσι, ab histrionibus nimirum, qi ea vel effutirent, vel exeqerentur, qæ *ad versum* carmenve, qod vel pronunciabatur, vel agebatur, *nihil* faceret. qod firmat & aliud inde ortum diverbium, Platoni de legib. l. 3. & alibi usurpatum, παρὰ μέλος. i. e. præter cantionem. nam qod Latinè verti solet, *nihil ad rem*, non magis probat ἔπος, qam ῥόμβον, avt Διόνυσον, *rem* significare, qia οὐδὲν πρὸς ῥόμβον, & οὐδὲν πρὸς Διόνυσον, idem eodem pariter modo reddatur. νέον avtem ἔπος Evripidis in Hecubâ parem habet cum priore illo, νέων λόγων rationem. nec obstat, qia πρᾶγμα τι νέον θροεῖσαι in materiâ geminâ eidem (si idem saltem; nam Aristarchi mavult esse in miscellan. l. 3. c. 22. Petitus) in *Rheso* dicitur; cum tam *rumor novus*, qi de re novâ, qam res rumori subjecta nova dicatur. Attamen ne qid subticeamus qod huc facere videatur. Jos. Scaliger ad illud Maronis in Ceiri,

At levis ille Deus, cui semper ad ulciscendum
Qæritur ex omni verborum injuria dicto.

dictum, inqit, *hic accipitur, ut Homero* ἔπος, *hoc est, res.* Locum nullum indicavit. hæc forsan, avt ejusmodi voluit. Iliad. α. v. 545.

Πρόφρων τέτληκας εἰπεῖν ἔπος, ὅττι νοήσεις.

dicere qicqid animo agitares. Et ε. v. 816.

Τῷ τοι προφρονέως ἐρέω ἔπος, οὐδ' ἐπικεύσω.

——— *rem dicam, nec celabo.* ——— Et λ. 651.

Νῦν δὲ ἔπος ἐρέων, πάλιν ἄγγελος εἶμ' Ἀχιλλῆϊ.

Rem nunciaturus redeo. ———

Verum de istis etiam ambigi potest; nec obstare qicqam videtur, qo minus in his ἔπος *sermonis* significationem habeat. nec verò sermonis etiam communis ac familiaris ideam exhibent nobis Poetica qælibet.

Deniqe dato vel λόγον vel ἔπος pro *re* usurpatum, esse Græcis familiare; non tamen conficietur hinc, ῥῆμα qoqe eundem apud hos usum habere, etiamsi a ῥῆσις *res.* sicut & ab ἔπος vel ἔπω potius, sed aliâ mente, *opus*, si Jos. Scaligero fidem adhibemus. Sic habeas. Et πρᾶγμα & χρῆμα *rem* significant. χρήματα tamen & *opes*; at πράγματα non item. itaqe siqis pro Hesiodi illo,

χρήματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

dicere voluerit,

Πράγματα γὰρ ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.

per

per allusionem aliud indicasse, Græcè peritus qvis; idem protulisse, nullus dixerit. rursus *πράγματα negotia* ac *molestias* designat; at χρήματα non item. itaqe qod Epicurus olim, οἱ θεοὶ πράγματα οὔτε αὐτοὶ ἔχουσιν, οὔτε ἄλλοις παρέχουσιν. *Dei negotium nec ipsi habent, nec aliis exhibent*; siqis hoc modo proferre voluerit, χρήματα οἱ θεοὶ οὔτε αὐτοὶ ἔχουσιν, οὔτε ἄλλοις παρέχουσιν. à Græci sermonis usu qam longissimè divertet. Sed & nos è diverticulo tandem in viam redeamus.

Nec verò mihi qidem svaderi potest, hoc sensu sumendum, vel קול Hebr. vel φωνὴ Græc. Exod. c. 4. v. 8. ut שמוע לקול האות et, האמין לקול האות εἰσακούειν φωνῆς τοῦ σημείου, & πιστεύειν σοι τῆς φωνῆς τοῦ σημείου; *avscultare ad vocem signi*, & *credere ad vocem signi*; sit *avscultare ad negotium* sive *rem ipsam signi*; Et *credere negotio* sive *rei ipsi signi*, vel etiam *ad negotium* sive *rem ipsam signi*. nam & שמע לקל est simplicitèr τὸν νοῦν προσέχειν *animadvertere*, *animum intendere* rei alicui, qid id velit, vel exigat. ut histor Reg. l. 1. c. 15. v. 1. שמע לקול דברי יוו *animum adhibe verbis*, sive *dictis Domini*. etiamsi Hymn. 105. v. 27. דברי אותות malim cum Piscatore, *res signorum*, i. res miraculosas; qam cum Junio *verba signorum*, licet αὐτολεξεὶ ita sonet, reddere. atqe ita Camius; *fecerunt miracula*. pariqe modo דברי usurpatum deprehendas Hymn. 65. v. 4. Est. c. 9. v. 31. Jer. c. 14. v. 1. de qo alibi diximus. sed aliud דבר hîc; aliud קול illic. nec est adeò insolens etiam, ut *vox* avt rebus inanimatis, avt actionibus etiam tribuatur. Sic enim & *sangvis e terrâ* Genes. c. 4. v. 10. Et *lapis è muro*, *nodus è tigno*, Habbac. c. 2. v. 11. & Sodomæ excessus, Genes. c. 18. v. 20. *clamorem* edere dicuntur. et *cælorum fabrica*, *solisqe cursus*, & *diei noctisqe perpes intercursus*, majestatem divinam tantùm non *vociferari*, Hymn. 19. v. 1, 2, 3. ubi etiam disertis verbis Hymnographus qocunqe modo interpretari libuerit, *vocem* illis tribuit. אמר ואין דברים בלי נשמע קולם אין· sive, ut Junius, *etiamsi neqe sermo neqe verba sint eis*, *sine his tamen intelligitur vox eorum*. i. tametsi muta sint, nec sermone humano prædita, tamen ipsis suis operationibus voce altâ satis & canorâ creatoris sui gloriam prædicant. et sic Abraham & David exponunt. sive, ut Calvinus mavult, *non est sermo neqe verba*, *ubi non avdiatur vox eorum*. q. d. nihil qicqam impedire lingvarum discrepantiam, qo minus ubiqe avdiatur ac percipiatur istorum præconium; cum *communi gentium universarum idiomate loqantur*. *avdiri* avtem pro *intelligi*, Piscator, non malè. Sicut avdire, pro *intelligere*:

telligere : Esaj. c. 33. v. 19. & 36. v. 11. eodem hoc modo Budæus observat, τὸ ἀκούειν usurpari, Galeno method. med. l. 4. ἀκούειν σε χρὴ, *intelligere te oportet*. Et Themistio de anim. l. 2. ἁπλούστερον ἀκουστέον ἁπάντων τούτων τῶν ὀνομάτων. *simplicius intelligenda sunt omnia hæc nomina*. Sed & *audire* Latinis pariter usurpatum qandoqe deprehendas, sic enim Terent. Andr. 4. 1. ;

Audivi Archillis jamdudum, qod Lesbiam adduci jubes.

i. intelligo, hoc te velle.

deniqe ut mittam tritum illud, *Res ipsa loqitur*; nec *virgulæ* divinæ *vox* denegabitur, qam *attendere* & *auscultare* שמע jubentur; ut pote per qam Deus ipse populum suum alloqatur. Micæ c. 6. v. 9. *Vox*, inqit, *Jovæ civitatem inclamat*; *virgam audite*, sive *auscultate*. Et est reverâ geminus plane hic Mosaico illi locus: ut alter alteri illustrando facem invicem alluceat. Certè si *virga* divinæ *vocem audire* dicitur, qidni & *signi* sive *prodigii* in *virgâ* Mosaicâ virtute divinâ exhibiti *voci attendere, fidemqe adhibere* pariter dicatur?

Sed aliam τῆς φωνῆς, qâ τὸ קול Hebr. respondet, notionem minùs usitatam, ubi adjecero, huic capiti colophonem imponam. קול itaqe Hebræis, & φωνὴ Hebraisantibus, etiam ἀντὶ τοῦ κηρύγματος adhibetur, qod admonuit me, Calvino usurpatum in loco illo Psaltæ explicando, *præconii* vocabulum. Et sanè qidni Hymni verba ita vertamus, *nusqam non auditur præconium eorum*. ita קול sumitur Analium l. 2. c. 30. v. 5. *Et edictum fecerunt* להעביר קול Græc. τοῦ διελθεῖν κήρυγμα, *ut proclamatio transiret per totam terram*. Ibid. c. 36. v. 22. ויעבר קול Græc. παρήγγειλε κηρύξαι. Vet. Latin. *jussit prædicari. proclamationem edidit, per totum regnum suum.* qod idem repetitur & Esdræ c. 1. v. 1. ubi Græcus etiam φωνὴν habet, & Latinus *vocem* Ibid. c. 10. v. 7. ויעבירו קול. Græc. καὶ παρήνεγκαν φωνήν. Lat. *& missa est vox, proclamationem, præconium, promulgationem ediderunt*. Et iste (credo) τῆς φωνῆς usus inter Hebraismos, qem ei dedimus, locum tuebitur, pro eo qod alibi רנה dicitur. Histor. Reg. l. 3. c. 22. v. 36. ubi R. Levi. הרנה . i. e. קול חכרוז *vox præconis*. Et R. David Masculino verbo jungi observat, vel qia loco קול ponitur, vel qia ad hominem refertur, qi scil. vocem eam ediderit. itaqe Junius *virum clamoris* reddidit איש רנה *præco*. atqe ita Chaldeus כרוז κήρυξ, *præco*; et Græcus ὁ στρατοκήρυξ.

CAPUT.

CAPUT. XV.

Substantiva adjectivorum loco Hebræis freqentia. Ea qandoqe subjecti, qandoqe adjuncti notionem habent. σοφία λόγου Apostolo, sermonis peritia. σοφία Græcis priscis αὐτὴ ἡ ἐμπειρία. sapientia Latinis pro peritiâ: Σόφος, & Sapiens pro perito. Stobeus à Gesnero & Grotio malè habitus, restituitur. Ætas ἐλέκτων ὁ σοφός. Provocabulum affixum ad substantivum remotius pertinens.

Nihil est apud Hebræos in usu magis, quam ut *adjectivorum loco substantiva substantivis in regimine subjuncta* usurpent. Hinc qæ passim occurrunt formulæ illæ איש דמים *vir sangvinum.* i. sangvinolentus. Histor. Reg. l. 2 c. 16. v. 8. איש רמה *vir doli* i. dolosus. Paræm. c. 26. v. 19. איש ריב *vir litis*, pro litigante. Esai. c. 41. v. 11. איש שפתים *vir labiorum*, pro eloqente. Job. c. 11. v. 2. Et איש דברים *vir verborum*, pro eodem. Exod. c. 4. v. 10. איש שיבה *vir canitiei*, pro cano. Deut. c. 32. v. 25. איש חיל *vir roboris*, pro robusto. Annal. l. 1. c. 26. v. 8. אל אמת *Deus veritatis*, pro veraci, veracissimo. Hymn. 30 v. 6. אל דעות *Deus Scientiæ*, pro sciente, scientissimo. Histor. Reg. l. 1. c. 2. v. 3. אל הכבוד *Deus gloriæ*, pro glorioso. Hymn. 29. v. 3. רוח חכמה *Spiritus sapientiæ, peritiæ.* i. sapiens, peritus. Exod. c. 28. v. 3. & Deut. c. 34. v. 9. רוח קנאה *Spiritus zelotypiæ*, i. zelotypus. Num. c. 5. v. 14. הר קדש *mons sanctitatis.* i. sanctus. Ezech. c. 28. v. 14. בשר קדש *caro sanctitatis*, i. sancta. Agg. c. 2. v. 12. אדמת קדש *terra sanctitatis.* i. sancta. Exod. c. 3. v. 5. Et sexcenta istiusmodi. Hinc in Novo Instrumento illa etiam creberrima. ὁ Θεὸς τῆς δόξης. *Deus gloriæ*, pro glorioso. Act. c. 7. v. 2. τὸ κράτος τῆς δόξης. *potentia gloriæ*, pro gloriosâ. Colos. c. 1. v. 11. ὁ πλοῦτος τῆς δόξης. *divitiæ gloriæ*, pro gloriosis. Eph. c. 1. v. 18. & c. 3. v. 17. ὁ πατὴρ τῆς δόξης *pater gloriæ*, pro glorioso. Ephes. c. 1. v. 17. ἐπιφάνεια τῆς δόξης. *apparitio gloriæ*, pro gloriosâ. Tit. c. 2. v. 13. πνεῦμα πραότητος. *spiritus lenitatis.* i. lenis.

Galat.

Galat. c.6.v.1. πνεῦμα σοφίας, *spiritus sapientiæ*, i. sapiens. Ephes.c.1. v.17. πνεῦμα δειλίας. *spiritus pavoris*, i. pavidus. Tim. Ep.2. c.1. v.7. πνεῦμα δουλείας, *spiritus servitutis*, i. servilis. Rom.c.8. v.15. σκῆπτρον δικαιοσύνης. *sceptrum justitiæ*. i. justum. Heb.1.v.8. ὁσιότης καὶ δικαιοσύνη ἀληθείας. *justitia & pietas veritatis*. i. vera. Ephes. c.4. v.24. ῥήματα ἀληθείας καὶ σωφροσύνης. *verba veritatis & sobrietatis*. i. vera, & sobria. Act.c.26.v.25.

Ex his omnibus, qæ in veteri Instrumento occurrunt, unicum Pfochenius sect. 42. selegit illud, Prov. c. 1. v. 2. אמרי בינה Græc. λόγους φρονήσεως. *dicta prudentiæ*. huic autem geminum esse vult Apostoli illud ad Corinth. Ep.1.c.1.v.17. ἐν σοφίᾳ λόγου. Syr. בחכמת מלא *in sapientiâ sermonis* h. e. *sermone sapiente*. At verò advertere debuit, prout ipse explicat, non esse formulas has prorsus pares. nam in formulâ priore, *adjectivi* loco ponitur *substantivum* qod regitur; in posteriore qod regit. in Solomonis dicto prius nomen *subjecti*, posterius *adjuncti* rationem habet; qum in Apostoli verbis, prius *adjuncti*, posterius *subjecti* speciem induat. atqe hæc juxta Pfochenii ipsius mentem sensumqe dicta sunto. neqe enim ego illi assenserim in interpretatione phraseos illius Apostolicæ. Siqidem σοφία λόγου non est, ad verbum reddendo, *sermo sapiens*: qo modo σοφοὺς λόγους *sermones sapientes* Tragicus dixit, à Plutarcho laudatus de garrulitate, & a Stobæo tom. 2. tit. 4. verbis illis.

Οὐκ ἂν δυναίμην σὲ γ' ὄντα πιμπλάναι,
Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους.

Implere unqam potero pectus perfluum,
Sapientem non sapienti sermonem ingerens.

Sed est *sapientia*. i. *peritia sermonis*; uti Beza optime reddidit. à qâ λέγειν σοφὸς, *dicendi peritus*, Euripidi, apud Athen. l. 15.

Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος δισσῶν λόγων
Ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός.

Dicendi vir peritus, in re qalibet
Utramqe in partem gnaviter contenderit.

Ita Exod. c.28.v.3. & c.35.v.10. חכמי לב *cordis sapiens*, pro perito. ita cum Castellione malim, qam cum Junio, *industrium*. Et ibid. רוח חכמה *spiritus sapientiæ*. i. peritiæ. Sed & exteris. De Hippiâ Plato. Πάντως δὲ πλείστας τέχνας πάντων σοφώτατος εἶ ἀνθρώπων. *Omnium in artibus plurisqe omnium es hominum peritissimus*. Et eidem in Alcib. 2. σοφία ἐστὶν ἡ ἡνιοχεία. *aurigandi peritia est sapientia qædam*.

Aristoteles

Aristoteles ethic. l. 6. c. 7. τὴν σοφίαν ἐν ταῖς τέχναις, τοῖς ἀκριβεστάτοις τὰς τέχνας ἀποδίδομεν. *Sapientiam tribuere solemus eis, qi in artibus qibusqe peritia sunt exqisitissima.* ita *Phidiam*, inqit, *dicimus*, λιθουργὸν σοφὸν, *sculptorem sapientem*; & Polycletum, ἀνδριαντοποιὸν σοφὸν, *sapientem statuarium. sapientia nomine* nihil aliud designantes, qam ἀρετὴν τέχνης, *artis* illius *peritiam insignem.* Eadem notione *tempus*, sive *ætatem*, senectutem in animo habens, Crates *fabrum*, non σοφὸν, *sapientem*, ut Gesnerus, sive *peritum*, avt *egregium*, ut Grotius reddidit, sed οὐ σοφὸν, *minus peritum*, sive *imperitum*, vocavit versibus illis, qos Stobeus nobis exhibuit, tom. 2. tit. 115. an 117.

Ὁ γὰρ χρόνος μ' ἔκαμψε τέκτων οὐ σοφὸς,
Ἅπαντα δ' ἐργαζόμενος ἀσθενέστερα.

Faber haud peritus, imbecilliora omnia
Facere solens, tempus me incurvum reddidit.

Vas enim sincerum incrustarunt Viri docti illi, cum οὐ, qod prius habebatur inducto, μὲν intersitum ivere. Restitutionem firmant, qæ sequntur proxime eodem loci ex Diphili *Puteo*;

Σκολιὸς τεχνίτης ἐστὶν ὁ χρόνος, ὦ ξένε·
Χαίρει ἀποπλάττων πάντας ἐπὶ τὰ χείρονα.

Est tempus, hospes, pravus admodum artifex:
Statum in deteriorem defingens omnia.

τεχνίτην σκολιὸν dixit, qod ille τέκτονα οὐ σοφὸν, & πάντα γ' forsan, prout ἅπαντα ille. Homerus itidem de Margite;

Τὸν δ' οὔτ' ἂρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα,
Οὔτ' ἄλλως τι σοφόν.

Dii nec fossorem hunc, nec aratorem statuêre,
Nec sapientem ullâ in re aliâ. ———

Qin & Platonem Laertius observat σοφίας nomen triplici ratione usurpasse; ἰδιαίτατα μὲν, αὐτὴ τῆς τῶν νοητῶν ἐπιστήμης· ἰδίᾳ δὲ, αὐτὴ τῆς φιλοσοφίας· κοινῶς δὲ, αὐτὴ τῆς ἐμπειρίας. pro *peritiâ* qavis in re. unde & σοφὸν τὸν δημιουργὸν, *opificem sapientem* pro perito dixerit. Et ad illud Homeri Iliad. ο. v. 412.

Τέκτονος ἐν παλάμῃσι δαήμονος, ὅς ῥά τε πάσης
Εὖ εἰδῇ σοφίης ὑποθημοσύνῃσιν Ἀθήνης,

——— *naupegi arte manuqe periti,*
Qem pulcrè instituit Pallas sapientiâ in omni;

(qem locum in animo fortean habuerint Comici dicti) qod τῷ τέκτονι, i. e. ναυπηγῷ, σοφίαν tribuit; adnotat Scholiastes τὸ παλαιὸν πᾶς τεχνίτης σοφὸς ἐκαλεῖτο. *antiqitùs artifex qivis sapiens dicebatur.* qod Pythagoras post immutavit. nec secus Evstathius. σοφίαν, inqit, ἁπλῶς τὴν τέχνην φησὶν, ἔθει ἀρχαίῳ. *sapientiam simpliciter artem dicit, ex more veteri.* οἱ γὰρ παλαιοὶ, σοφοὺς ἐκάλουν ἅπαντας τοὺς τεχνίτας. *veteres artifices omnes sapientes vocabant.* unde illud, ——— σοφὸς ἤραρε τέκτων. ——— *Sapiens,* i. peritus, *compegit faber.* qod non est Homeri (uti H. Stephanus avtumavit) qi adjectivo hoc per totam tum Iliada, tum & Odysseida, nusqam usus reperitur, substantivo semel tantum; sed alterius, nescio cujus.

Qin & Latinis qoqe priscis *sapientiam* pro *peritiâ* usurpatam deprehendere est. Qanqam enim à *sapientiâ* peculiariter sic dictâ, qam Pythagorico vocabulo *Philosophiam* nuncupare maluerunt, *peritiam* multis dispescit Seneca Epist. 88. & 90. usus tamen obtinuerat, ut *sapientiâ* nomine *peritia* qoqe designaretur. Sic enim apud Nonium Titinnius Setinâ,

——— *Sapientiâ*

[*Sam*, an *Svam*] *gubernator torqet navem, havd valentiâ; coqus*
Magnum ahenum, qando fervit, pavlâ confutat truâ.

Nec aliud, opinor, *sapientiæ* nomine volebat Ennius, cum, Festo referente, in *Annalibus* dixit;

Nec qisqam Sophiam, sapientia qæ perhibetur,
In somnis vidit prius, qam sam discere cepit.

carminum pangendi peritiam dicebat; qam (uti P. Merulæ visum) non ex insomniis meris sibi obvenisse, sed disciplinâ studioqe, prout aliis qibusqe, comparatam innuebat: sive, ut Jo. Scaliger avtumat, neminem de eâ somniare vult, qi non ad eandem animum prius adjecerit. Sed nec Afranius etiam in *Sellâ*, qum ex *sapientiæ* personâ illud protulit;

Usus me genuit, mater peperit Memoria;
Sophiam vocant me Graji, vos Sapientiam.

certè *peritia* potius, sive τῆς ἐμπειρίας, qam σοφίας sive *sapientiæ* propriè sic dictæ natales eis nobis depinxit verbis.

Itaqe σοφία λόγων pro *sermonum peritia*, qam *rhetoricam* dicimus, non est reverâ *Hebraismus* magis, qam *juris peritia*, sive *jurisprudentia*, vel etiam *juris studium.* nam ῥῆμα κυρίου, *verbum Domini*, δῶμα Θεοῦ, *ædes* Dei, νεῦρον βοὸς, *nervum bovis*, πετεινὰ οὐρανοῦ, *volatilia*

tilia cæli, pro Hebraiſmorum exemplis qinam poſuerint, avt ſiqi poſuerunt, qare id fecerint, mihi planè incompertum eſt. In illis veró Apoſtoli ad Theſſal. Ep. 1. c. 1. v. 3. pro qo verſ. 13. malè ponitur, per typothetæ oſcitantiam, ἔργον πίστεως, & κόπος ἀγάπης, & ὑπομονὴ ἐλπίδος videtur Hypallage ſubeſſe, qalem in illis alteris Pſochenius ſuſpicatus eſt. dicitur enim (qod & Piſcator monuit) ἔργον τῆς πίστεως, ἀντὶ τοῦ, ἡ πίστις τοῦ ἔργου, *opus fidei,* pro *fide operis,* i. operante, efficaci. Et de reliqis pariter. ut reſpondeant Hebræorum illis אפיק נחלים *impetus torrentium,* pro torrentibus impetus, i. impetuoſis. Job. c. 6. v. 15. & גבהי שמים *altitudines cæli,* pro cælis altitudinum, i. altiſſimis. Ibid. c. 11. v. 8. & גלת החיל *deportatio copiarum,* pro copiis deportationis. i. deportatis. Obad. v. 20. Huic avtem finitimum eſt reverâ Evripidis illud ex Hecuba, σπουδῇ ποδὸς, pro *celeri pede.* Verum iſtud Poetæ eſt, & Tragici. nec proſam tractantibus adeò freqens: cum apud Hebræos etiam in oratione ſolutâ freqentiſſimè occurrat.

Verum miſſis iſtis, illud adjectum ſit, in formulis illis, qarum ſupra meminimus, provocabulum adjunctum ad ſubſtantivum prius plerumqe rèferendum; ſecus qam vulgò fieri aſſolet. v.g. Hymn. 4. v. 1. אלהי צדקי malim vertere, *Deus juſtitiæ mi.* i. mi juſte Deus, vel Deus mi juſtiſſime, qam (cum pleriſqe) *Deus juſtitiæ meæ.* ut Hymn. 119. v. 123. אמרת צדקך, *ſermo,* ſive *promiſſio juſtitiæ,* i. juſtiſſima, non *tuæ,* ſed *tua.* Hymn. 59. v. 10, 17. אלהי חסדי *Deus benignitatis.* i. benignus vel benigniſſimus, meus. neqe enim commodè ſatis Junius, *benignitatis meæ.* Hymn 65. v. 5. אלהי ישענו *Deus ſalutis noſter.* i. Deus noſter ſalutifer. potiùs qam *ſalutis noſtræ.* Hymn. 18. v. 3. קרן ישעי *cornu ſalutis,* i. ſalutare, *meum,* non *meæ.* Hymn. 15. v. 1. בהר קדשך *in monte ſanctitatis,* i. ſancto, *tuo*; non *tuæ.* Hymn. 110. v. 2. מטה עזך *ſcipionem roboris.* i. robuſtum, *tuum,* non *tui.* ut affixum non ad illud referatur, cui affigitur, ſed ad illud à qo id regitur. Sic in N.T. Coloſ. c. 1. v. 13. τοῦ υἱοῦ τῆς ἀγάπης (i. τοῦ ἠγαπημένου. Epheſ. c. 1. v. 6.) αὐτοῦ. *filii amoris.* i. amati ſui; *filii ſui*; non *amoris ſui.* Hebr. c. 1. v. 3. τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. *verbo potentiæ,* i. potente, *ſuo Verbo ſuo,* non *potentia ſua.* Nec eſt hoc, fateor magni momenti, ſed nec ſpernendum tamen.

CAPUT. XVI.

Puer centum annorum; *diverbium de silicernio deliro. Drusii nescientiæ suæ, unde tractum, ingenua confessio. Fons indicatur. Esajæ 65.23. expenditur. Plauti locutio gemina.* Bis pueri senes. *Erasmus bis lapsus. Numerus certus pro incerto. Hesiodi dictum, de infantibus, seculo argenteo, centenariis. Vatis verba ad Messiæ tempora referunt Iudæi, ad seculum a resurrectione futurum è nostris nonnulli; frustra utrique.* בן מאה שנה υἱὸς ἑκατὸν ἐτῶν. filius centum annorum, *Hebraismus. Expenditur* 1. *Reg.* 13.1. Saul unius anni filius. *rejecta eorum interpretatio, qi ad animi simplicitatem referunt.* בן שנה ἐνιαύσιος, anniculus, anni unius. *repudiata & Iunii ac Piscatoris. Hugonis item & Rabani. recta Doctorum Iudæorum, et è nostris qorundam opponitur. & firmatur.* Annos duos regnasse, *Saul qi dicitur, retunditur Vatabli, Scaligeri, Tigurini audacia. rejicitur et Osiandri sententia, qi plures omninò annos regnasse negat: sed et illorum, qi bis tantum simpliciter ac innocenter segessisse; qive de reliqo non verè regem, sed alieni insessorem volunt extitisse.* Regnum cepisse, *qid* 1 *Reg.* 14. 47. accepisse, *Dan.* 5.31. לכד λαγχάνειν, nancisci, *sortitò accipere. Vera ditur è Iudæis nostrisqe interpretatio; de rebus post biennium exactum gestis. In Genevensibus lapsus Villetus.* בני קדם filii Orientis, *Orientales.* קדם anticus, & antiqus. *Proverbium, nullo fundo. Vocum* בני υἱοὶ, τέκνα, filii, *usus multiplex creberrimus Hebræis & Hebraïsantibus, in materiâ qalibet. huic nihil affine ex antiqitate omni producit Psochenius. nuperum tantum laudat Epigrammatarium.* Υἱὸς ἀνθρώπου, Filius hominis, *pro homine; et* υἱοὶ ἀνθρώπων filii hominum, *pro hominibus, Hebraismus.* Υἷες

Ἀχαιῶν,

Ἀχαιῶν, pro Achivis, phrasis peculiaris. qa unde & ἰατρῶν παῖδες pro medicis. nec τέκνα Ἀχαιῶν pro illis dicitur, nec ἰατρῶν τέκνα pro istis. Nec τέκνα ἀνθρώπων LXX. usurpatum. De homine et filio hominis, Gregorii argutiola. Παῖς nomen ætatis et status; υἱὸς neutrius. Nonnus ab Heinsio notatus. Locus 4. Reg. 9. 4. expenditur. Hebræi de brutis בני i. υἱοὺς, filios familiariter usurpant: ילד i. τέκνον, rarius. Græci contra de eisdem, τέκνα, non & υἱοὺς, aut communiter etiam παῖδας, nos neutrum. [illegible] τέκνων. Cæsaris & Maßinissæ dicta gemina, de mulierculis simias & catellos in delitiis habentibus. Latinis familiaria facta patrum matrumqe in brutis nomina; filiorum filiarumqe minus. nos neutra admittimus. Formulæ variæ de rebus variis in hoc genere à poetis usurpatæ. sedqe ab Hebraicis plurimum distant, qibuscum tamen, ex Victorii mente, qam non ceperat, perperam componit Drusius. בן לילה noctis filius, Ionæ vicinus. בר שעתה filius horæ, Syris qid. Herba solstitialis, qid Plauto. בן פרת Vitis fæcundæ filius, Ioseph. Gen. 49.22. Substantivi ellipsis. בנות filiæ, propagines, ibidem. Latinis matris, filiarum, nepotum nomina in stirpibus; adoptionis qoqe, in poesi. Hymn. 80.16. בן soboles; μόσχος χελιδόνος, hirundinis vitulus. Halcyonis, et qadrupedum, infantes. τέκνα pariter Græcis. πῶλος, pullus, pulli, & pulluli, plantæ novellæ. inde pullulare. μόσχοι Græcis. μοσχεύματα, vitulamina. πῶλος, puella poetis. pulli veneris, meretrices בת יענה & בנות filia, et filiæ noctuæ, sive ululæ, pro noctuis & ululis ipsis, (loco unico excepto) constanter semper in Scripturis.

PUer centum annorum, de sene deliro proverbialiter usurpatur. itaqe in Parœmiarum collectanea sua misit Carolus Bovillus. à qo & mutuatum se candide profitetur Io. Drusius proverb. sacr. class. 1. [illegible] 5. prov. 62. sed ubi habeatur, cum nescium se signifi-

cat

cat ingenuè, ad marginem adscribit tamen Genes. c. 11. v. 10. in Græcis Bibliis legi, *Sem erat filius centum annorum, quando genuit Arphaxad*. verum aliud est, *filius centum annorum*, aliud, *puer centum annorum*; puer scil. si Hebraisare volumus, *filius centum annorum*, sive puer centum annos natus. Extant itaqe verba hæc eadem Esaiæ c. 65. v. 23. נער בן־מאה שנה *puer filius centum annorum*; sed alio plane sensu à vate sacro prolata. *Non existet*, inqit, *apud eos, aut infantulus, aut ætate provectus, qi non est impleturus dies suos: puer enim, cum annorum centum fuerit, morietur*; i. e. ad centesimum usqe annum pertinget, qi nunc puer est; sive priusqam centum annorum fuerit, ut Latini loquntur, non morietur. Nec aliter Plautus Milite act. 4. sc. 2.

Meri bellatores gignuntur, qos hic pregnates fecit:

Et pueri annos octingentos vivunt.

Qin mille annorum perpetuò vivunt, à seculo ad seclum.

neqe enim voluit tot annos eos, pueros adhuc existentes, vivere; sed pueros hujus seminio editos, ad annos tot pertingere. Inde igitur sumptum, sed παρῳδικῶς usurpatum, in sermonem proverbialem transiisse videtur, *Puer centum annorum*; de sene, qi per ætatem delirat. qod usu venire monet tritum illud diverbium, cujus meminere Plato de legibus (non de repub. ut Erasmus memoriâ lapsus) Theopompus Comic. citante Clemente Strom. l. 6. & Aristophanis Scholiaste ad Nubes, Aristophanes ibidem, Lucianus in Saturnalibus, Varro in satyris, alii;

Δὶς παῖδες οἱ γέροντες ——— *bis pueri senes*.

Plato item Comicus, sed perperam ab Erasmo (qod & H. Stephanus, et Jo. Brodæus l. 5. c. 4. priores monuere) lavdatus ex Scholiaste eodem,

Ἀλλ', ὡς ἔοικε, δὶς γένοιτ' ἂν παῖς γέρων.

Verum, ut videtur, bis fuat puer senex,

qod vitioso captus codice, Paræmiographus legerat,

Ἀλλ' ὡς ἔοικε δὶς γέροντ' ἂν παῖς γέρων.

Vertitqe, *Similis videtur bis seni puer senex*.

Sed & Sophocles, cum ab eodem Scholiaste, tum & à Clemente allatus;

Πάλιν γὰρ αὖθις παῖς ὁ γηράσκων ἀνήρ.

Numqe ætas hominis ultima in puerum redit.

Qin. Plautus Mercat. act. 2. sc. 2.

Senex

Senex quom extemplo est, jam nec sentit nec sapit;
Aiunt solere illum rursum repuerascere.

rursum re dixit παλιμπαιδικῶς, ut Tragicus, πάλιν αὖθις. De deliratione denique senili videri poterit & Pindari Scholiastes ad Pyth. oden. 4. qo loco ἑκατονταέτης αἰὼν τοῦ πολυέτους à Pindaro usurpatum eidem existimatur: qod & vatis nostri menti congruit: ut numerus certus pro incerto positus sit.

Ex illo igitur vatis sacri dicto tractum est adagium, si è sacro saltem sumptum sit codice. potest enim & ab Hesiodo sumptum videri: qi in operibus v. 129. de argentei seculi alumnis sic loqitur.

Α'λλ' ἑκατὸν, μὲν παῖς ἔτεα παρὰ μητέρι κεδνῇ
Ε'τρέφετ' ἀτάλλων, μέγα νήπιος, ᾧ ἐνὶ οἴκῳ.

At matris per sedula opem centum puer annos
Intra ædes, fatuus, excreverat enutritus.

Cui affine est, qod habent Hebræi doctores, Camius & Esdraides, & ex eisdem Hieronymus, & Oecolampadius exhibent (qi tamen ad æternitatem à resurrectione futuram trahere frustra satagunt) tam longa sub Messiæ regno futuræ vitæ spatia repromitti, seculi primævi rationibus gemina, ut *centum anni* reputentur *infantia*, vel *pueritia* saltem. nec de longævitate istiusmodi dissentit Musculus: cum vigorem ac firmitatem in senili etiam ætate duraturam intelligi malit Calvinus. Sed à Vate sacro potiùs mutuatum svadet, cum qod à nostris tantùm usurpetur, tum qod adjectâ maledictionis notâ qandoqe effertur. Sic enim Gregorius Rom. ad Januar. Epist. à Gratiano lavdatus causs. 2. qæst. 7. c. 27. *Maledictus puer centum annorum*, de sene flagitioso, & exempli perniciosi. ad qem locum insulsè nimis glossator, *Canon*, inqit, *propter malitiam aliqorum fingit aliqid esse, qod non est.* qanqam Gregorius ipse Comment. in lib. Job. l. 17. c. 2. vaticinii locum, unde diverbium emanasse videtur, havd incommodè prorsus sic explicat: *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit; ac si diceret; vita qidem pueri in longum trahetur, ut à factis puerilibus corrigatur: Sed si a peccati perpetratione, nec temporis longinqitate compescitur, hæc ipsa vitæ longinqitas, qam per misericordiam accepit; ei ad cumulum maledictionis accrescet.*

Cæterum de adagio illo viri docti viderint, sacræ ne paginæ, an profanæ, originem debeat. Nos ad alia, nec aliena tamen prorsus, properamus. *filius centum annorum*, pro centum annos nato, Hebra-

issmo familiari dici solet. Theodoret. in Esai. c. 65. Τὸ δὲ ἑκατὸν ἐτῶν, κατὰ τὸ Ἑβραϊκὸν, καὶ Σύρων ἰδίωμα, τέθεικεν ἀντὶ τοῦ ἑκατὸν ἐτῶν. *Filium centum annorum*, juxta Hebræorum ac Syrorum idioma posuit pro *centum annorum* simpliciter. atqe ita Genes. c. 11. v. 10. שם בן — מאת שנה Sem filius centum annorum: non tamen (qod vir eruditus, memoria fisus, havd consulto codice, frustrà avtumavit) ibi saltem, & Græci; (Qanqam & LXX. editio Romana nuper voculam eam istic interjecit.) sed tantum, ἦν Σὴμ ἑκατὸν ἐτῶν. *erat Sem centum annorum.* nec secus ibid. c. 5. v. 32. & c. 7. v. 6. & c. 12. v. 4. avt alibi uspiam apud Mosem, qod memini. Verum in libris Historiæ Regum etiam apud Græcos sæpius occurrit, υἱὸς, *filius* annorum tot, Lib. 1. c. 4. v. 15. & l. 3. c. 14. v. 21. & l. 4. c. 8. v. 17, 26. & c. 11. v. 21. et alibi ibidem. et in Annal. libris itidem.

Commodùm avtem hîc se offert de phrasi istâ nodus solvi dignus; eoqe magis, qia duplici difficultate locus, ubi ea offenditur, laborat. qod & R. Levi monuit. Habetur is Reg. l. 1. c. 13. v. 1. in hæc verba בן שנה שאול במלכו ושתי שנים מלך qæ Græci, qi LXX. nomen præferunt, omiserunt prorsus. Latinus Vetus sic reddidit: *Filius unius anni erat Savl, cum regnare cepit: duobus avtem annis regnavit super Israel: & elegit sibi Savl tria millia de Israel.* &c. Duo avtem istic qæruntur. Primum est, qâ ratione Savl *filius unius anni* dicatur. Respondet Scholiastes ad Ben. Syræ dicta apophth. 5. *erat filius anni* i. *tanqam puer anniculus, cum regnum iniret, simplex nempe, humilis, innocens, & immunis criminis.* atqe hunc sensum tuentur, præter Rabbinos qosdam, teste Jasro, Paraphrastes Chaldæus, Symmachus, qi ὡς υἱὸς ἐνιαύσιος reddidit, Theodoretus, Procopius, Gregorius Rom. adductis eis tum Christi, Matth. c. 18. v. 3. tum Apostoli verbis, ad Corinth. Ep. 1. c. 14. v. 20. & hujus vestigia premens, qi Evcherii personam sustinet, Angelomus, Lyranus, Hugo Cardin. Conradus item Pellicanus, Leo Judæ, & Patric. Cocburnus *de vulg. ac crass. script. serm.* l. 2. c. 1. qo trahitur, sed obtorto collo: illud cap. 15. v. 17. *cum parvus esses in oculis tuis*; qod nihil est aliud, qam cum conditionis infimæ existimares te. cap. 9. v. 21. & illud item. c. 9. v. 2. juxta veterem interpretem, *erat electus & bonus, & non erat vir de filiis Israel melior illo*; qod de specie corporis ac staturâ tantummodo dictum est. Et reverâ בן שנתו pro *anniculo* creberrimè usurpatur, qod Græci interpretes passim ἐνιαύσιον reddiderit. qo modo & בן חדש pro eo qod est *mensis unius*,

unius, & Græcis ἐνιαύσιος. nec hîc ſecus, ſed aliâ planè ſimpliciqe magis notione, ſumendum. Ea avtem qo facilius expediatur, primò illud *ſepis* rejectum oportet, ut pote qod à texta ipſo abſit planè. Sed nec Junii verſio admittenda videtur; *Agens primum annum Savl in regno ſuo.* Et expoſitio multo minùs. qam tamen Piſcator probat. i. *cum recens regnum ſuum iniret. Statim enim*, inqit, *in ingreſſu prioris anni ſui geſta ſunt, tam qæ narrantur duobus ſuperioribus capitibus, qam qæ deſcribuntur ſeqente verſu.* Etiamſi enim verum ſit, qæ prioribus duobus capitibus narrata ſunt, intra primum regni Savlini annum fuiſſe geſta, eoqe reſpicere primum capitis hujuſce inciſum; at nec *in anni* illius *ingreſſu ſtatim* peracta fuiſſe ea omnia veriſimile eſt, qæ ſunt illis ſcripto prodita; nec ad ea qæ deinceps hoc capite commemorantur, qicqam faciunt. tranſitionis tantum rationem habent, qâ rerum antegreſſarum hiſtoriâ concluſâ & qaſi conſignatâ, ad inſeqentium narrationem via clavſulâ proximâ munitur. Melius itaqe Judæi Doctores, Triumviri illi, Salomon, David, & Levi, *annum regni Savlis primum jam exactum* dici intelligunt, annumqe ſtatuunt intereeſſiſſe ab inunctione Savlis in regem, ad regni Gilgale factam inſtavrationem. Atqe hanc interpretationem ſeqquntur Vatablus, Oſiander, Petrus Martyr, & Genevenſes noſtri. Itaqe *Savl filius anni in regno ſuo*, idem eſt acſi diceretur, *Savl annum unum jam regnaverat*: qemadmodum, *Sem filius centum annorum* Geneſ. c. 11. v. 10. i. centum annos jam vixerat: ſicut de Arpachſato aliiſqe ibidem mox dicitur, verſ. 12, 14, 16, &c. Mitto enim qod nonnulli, referente Hugone, qi nec improbari vult prorſus, Savlum dici *unius anni filium*, qia *unum* jam *ſupra vigeſimum* (qô ſcil. ad munera publica obeunda admitti conſveverant, Numeror. c. 1. v. 3.) *annum expleverat.* qô facit, qod Joſ. Scaliger in Orat. adv. Pareum, numeri vel vicenarii vel tricenarii notam, *caph* vel *lamed* hoc loco intercidiſſe opinatur. item qod Rabanus cum aliis qibuſdam, de Iſhboſhethe *Savlis filio*, non de Savle ipſo intelligunt, ac vertunt, *Fuit avtem Savlo filius unius anni.* hæc, inqam, mitto, qia horum utrumqe refellit ætas filiorum Savlis; illud Jonathæ, qi per regni paterni initia, vir erat militaris, arma gerebat, cohortes ductabat, prælia conficiebat; iſtud Iſhboſhethis, qi ad patris obitum 40. dicitur fuiſſe annorum 2. 2. c. 2. v. 10.

Reſtat alter ſcrupulus, qomodo *duos annos regnaſſe* Savl perhibeatur: cum plures multo regnaſſe certiſſimum ſit. nam Actorum c. 13.

v. 20, 21. Savli & Samuelis junctim, cum *hujus dignitas ab illius regiâ majestate absorpta sit qodammodo*, ut rectè Beza, *qadraginta annos* Apostolus attribuit; qorum Savlo 14. avt 15. adscribunt Jos. Scaliger, Seth; Calvisius, & Matth. Beroaldus; viginti præterpropter, Evpolemus apud Evsebium præpar. l. 9. c. 22. Petrus Comestor, Herman. Contractus, Anton. Cappell. alii pleriqe. At Josephus Antiq. l. 6. c. 15. triginta octo; unâ cum Samuele octodecim; post hujus avtem obitum viginti. qod est nevtiqam verosimile. Cæterum duobus plures multo regnasse historiæ series rerumqe gestarum moles clarissimè evincunt. meritoqe explodenda est Osiandri sententia, qi plures regni Savlini annos numerari renuit. nec ferenda sane Vatabli avdacia, qi *duos tantum* reddi postulat. Hunc nodum ut exolveret, Tigurinus vertit, *sicqe regnavit duobus annis.* h. e. simpliciter atqe innocentèr: nam priora verterat, *Fuit in regno suo, qemadmodum puer unius anni.* hæc verò vis est, ea textui infercire, qo ad sensum nostrum trahamus, qæ nec in eodem reperiuntur, nec ad sensum simplicem eliciendum necessariò reqiruntur. sensum tamen hunc, mirum qanto cum consensu, interpretes nostri amplexati sint. *Licet multis annis regnaverit, illis solis regnare dicitur in qibus innocens & humilis fuisse perhibetur:* inqit Gregorius in Reg. l. 1. qi & subjungit, pia illa qidem, sed minus commodè istinc conclusa: *Illo solùm tempore nos vixisse gaudeamus, qo innocentèr & humiliter viximus. nam illa tempora, qæ in seculi vanitate, & fluxâ carnis vitâ consumsimus, qusi perdita minimè memorantur.* Eodem concedunt Theodoretus, Procopius, Angelomus, Evcherius personatus, Lyranus, Hugo; qi duo novissimi etiam aliam rationem adjiciunt, *qia Davide jam in regem à Deo electo, & à Samuele etiam inuncto, Savl à Deo rejectus ac destitutus, pro rege legitimo amplius non habebatur.* nec dissentiunt Borrhaus, Junius, Piscator, Villetus noster. qi & illud urgent, ex Cap. 14. v. 47. ubi Savl *regnum cepisse* dicitur. i. *tyrannicè occupasse*, inqit Junius: qem Piscator etiam cum notis numeralibus vitiatis transcripsit. Verum ejusmodi istud est, qale illud V. C. Jos. Scaligeri, qo Darium qi Balthasari successit, regnum Babylonicum, non vi invasisse, sed procerum consensu electum suscepisse, inde confirmatum it; qia Danielis c. 5. v. 31. קבל sive παραλαβεῖν, ut Græci, h. e. *accepisse regnum* dicitur. atqe ita sanè sæpè Latini. Seneca de Benef. l. 1. c. 1. *Nemo libenter debet, qod non accepit, sed expressit.* Et de provident. c. 5. *Qid opus fuit auferre? accipere potuistis.* Isti verò è contrario

trario Savlem inde probare nituntur, regnum tyrannicè occupasse, qia *regnum* לכד *cepisse* dicitur. Verum neutri forsan istorum temerè assentiendum fuerit. etiamsi enim קבל in sacris vix usurpatum deprehendatur, nisi de re aliqa à sponte tribuentibus acceptâ; nec secus Annal. l. 1. c. 18. v. 12. sumatur: ut in hac controversia parum aptè à viro eruditissimo locus ille adductus videri possit; tamen קבל ממלכותא sive τὴν βασιλείαν παρέλαβεν nihil aliud sonare videtur, qam regnum suscipere, in regno succedere, qoqo tandem modo id fiat. Ita Vir Cl. Constantinus Imperatorius in discursu Jachiadæ Danieli præfixo, ostendit in Danieli adjectis. c. 13. v. 65. Cyrum Astiagis, qem illi hostem fuisse tradunt, τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, *regnum accepisse*, dictum. Nec secus de Maximino qi Alexandro interfecto imperium Romanum invasit, Herodianus l. 7. ὁ δὲ Μαξιμῖνος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο. *Maximinus regno accepto, magnam fecit rerum mutationem.* Nec ibi ergò argumentum satis firmum videtur, & est istic etiam multo infirmius. etiamsi enim τὸ לכד de vi captis plerumqe usurpetur, non potest tamen ita hoc loco sumi, ubi de Savle adhibetur. Savlem enim regnum vi occupasse, cum vi nullâ vel opus fuerit, vel is sit usus, dici non potest. ut ne adjiciam etiam post Davidem inunctum, Savlem tamen ab eodem pro Dei uncto habitum agnitumqe. Cap. 24 v. 6. & c. 26. v. 11. narratur tantùm eo loci, Savl, ubi regnum susceperat, qæ bella gesserit adversus hostes Israelis. Verbum avtem לכד non temerè ibi usurpatum videtur, sed allusione habitâ ad rationem peculiarem, qâ Savl ad regnum designatus est. in eâ etenim describendâ eodem planè vocabulo usus fuerat historiæ illius concinnator. Cap. 13. v. 20, 21. וילכד *& capta est tribus Benjamin; & capta est familia Matri; & captus est* (sorte scil.) *Savl Kishi filius*. Optimè Græci interpretes, ἔλαχε τοῦ βασιλεύειν. qemadmodum de Zachariâ Lucas c. 1. v. 9. ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι. nec malè Tigurinus, *regnum nactus*. nam λαγχάνειν, *nancisci*. λ. in ν. ut contra νύμφη, *lympha*. Cicer. Verrin. 3. *Prætor factus sortem nactus est urbanæ provinciæ.* atqe ita vertere licuerit. *Savl regnum sorte nactus*, vel *cum regnum ei sortitò obtigisset, debellavit undiqe hostes Israelis* Proinde locus iste expositionem illam nihil juvat, in historicâ narratione præsertim, per se sanè nimis duram. Verum sensus omnino genuinus est, qem nobis exhibet Doctorum Hebræorum trias illa superius nominatim designata; *Primum annum Savl exegerat in regno suo. duos avtem*

annos regnavit: & elegit sibi Saul tria millia ex Israele, &c. h.e. ubi annos duos regnaverat, tertio tandem, regno jam confirmato, qo & majestatis speciem ampliorem præ se ferret, & præsidia auxiliaria ad regni tutelam præsto atqe in procinctu haberet, tria millia è toto populo suo selegit, qorum duo millia secum detinuit, mille tertium Jonathæ filio commisit. Atqe hanc interpretationem, ne soli cum Judæis sentire videamur, probat ac tuetur Petrus Martyr. nec abscedunt Conr. Pellicanus & Genevenses nostri, qi tum demum, post biennium nempe peractum, Savlem pro conditione regiâ magnificè magis se, qam ante gessisse adnotant. neqe enim, qod Villetus noster eis frustra affingit, pro rege prius etiam habuisse se Savlem, scriptores illi diffitentur. Verum eâ de re qicqid fuerit, indicatur istud illis verbis, eo tempore Savlum, post exactum scil. regni sui biennium, dilectum illum habuisse. Nam justo restrictius Historici verba sumit V. Cl. Jacob. Capellus *in histor. sacr. & exot.* qum vertit. *Filius unius anni erat Savl, ex qo regnabat*. h.e. jam annum unum regnaverat. *et secundum annum regnabat super Israelem*. qasi intra annum secundum, qæ mox gesta narrantur, cepta sint agitari. Etenim שתי שנים *annum secundum*, qi commodè reddi possit; non video. nec uspiam alibi sic usurpati exemplum posse produci existimo. proinde sensui, qi superius est datus, de regni biennio, non inchoato, avt currente, sed exacto jam & absoluto, prorsus inhæreo. Atqe hæc ex diverbii illius occasione, de formulâ illâ, qâ בן שנה *filius anni*, vel *annorum* plurium, qis dicitur, Hebraismo, aliis (opinor) lingvis insolenti; & istius rursus, de loci controversi, qiqe multos exercuit, sensu simplici ac genuino, dicta sunto.

Huic adjungi poterat & alia ejusdem ἰδιώματ☉ formula, eaqe etiam (ut nonullis placet) παρεγιωαδῶς usurpata; ea est בני קדם qod non uno modo Græci reddiderunt. nam qod de Salomone dicitur, Hist. Reg. l 3. c. 4. v. 30. eum *sapientiâ exuperasse* כל בני קדם Græci habent, πάντων ἀρχαίων ἀνθρώπων, *veteres* sive *antiqos homines omnes.* at Esaiæ c. 11. v. 14. & Jobi c. 1, v. 3. בני קדם reddunt, τοὺς ἀφ᾽ ἡλίου ἀνατολῶν, i. *orientales, plagæ orientalis incolas.* diversæ versionis ratio ab ambiguo vocis קדם significatu, qæ modo *orientem*, modo *anteriorem* sive loco, sive tempore, h.e. vel *anticum* vel *antiqum* denotat: inde variæ expositiones Genes. c. 2. v. 8. & Hymn. 68. v. 33. melius avtem in posterioribus locis, qam in priore illo Græci reddiderunt. nam & in illo de Salomone, *orientis filii* sunt orientales;

orientales; qi & cum Ægyptiis, qum hi utriqe sapientiæ nomine clarissimi tunc existerent, ibidem conjunguntur. ut loci, non temporis notionem τὸ קדם ibi contineat. Hinc autem proverbium sine fundo exculpsere: qod, qia alibi luculentèr discussimus, notasse tantùm hîc contenti, ad alia pergemus.

Freqentia & familiaria admodum sunt Hebræis ista. Hosh. c. 10. v. 9. בני עלוה sive עולה Græc. τέκνα τῆς ἀδικίας, *filii pravitatis, injustitiæ*; pro pravis, injustis. Deut. c. 25. v. 2. בן מכות *filius plagarum*, vel *flagellationis*. i. e. πληγῶν ἄξιος, Græc. plagis dignus, vel sustinendis addictus. Lemuel. v. 5. בני עני *filii afflictionis*, pro afflictis. & mox. v. 8. בני חלוף *filii transitus*. i.e. mortis, excidii, pro morti, exitio destinatis. Reg. l. 2. c. 12. v. 5. בן מות υἱὸς θανάτου. Græc. *filius mortis*, pro mori dignus; mortis damnas, morte multandus. בני מות Græc. υἱοὶ θανατώσεως. *filii mortis*, pro morte plecti dignis. Reg. l. 1. c. 26. v. 16. Hymn. 79. v. 11. & Hymn. 102. v. 21. בני תמותה *filii cædis, occisionis*, pro cædi, occisioni destinatis. Judic. 18. v. 2. & Annal. l. 2. c. 28. v. 6. בני חיל *filii roboris*, ἄνδρες δυνατοὶ ἰσχύϊ, Græc. *viri robore præditi*. Genes. c. 15. v. 2. בן משק ביתי *filius derelictionis domus meæ* i. e. is cui domus mea linqenda est. Esa. 5. 1. בן שמן *filius olei*, sive *pinguedinis*. τόπος πίων, Græc. *solū pingue*. Esajæ c. 14. v. 13. בן שחר *filius auroræ*. ὁ πρωῒ ἀνατέλλων, Græc. *tempore matutino oriri solitus*. Ezræ c. 4. v. 1. & c. 6. v. 19. & alibi passim בני הגולה οἱ υἱοὶ τῆς ἀποικίας, ἀποικεσίας, Græc. *filii migrationis*, sive *deportationis*, pro eis qi migraverant, sive deportati fuerant. Eccles. c. 12. v. 6. בנות השיר αἱ θυγατέρες τοῦ ᾄσματος *filiæ cantici, cantatrices*, Piscat. *res canoræ*, Jun. Job. c. 41. v. 28. בן קשת *filius arcus*, pro sagittâ, qæ arcu emittitur. Thren. c. 3. v. 13. בני אשפה *filii pharetræ*, Græc. ἰοὺς φαρέτρας, (forsan υἱοὺς) pro eisdem, qia pharetrâ continentur, & ex eadem prodeunt, sive depromuntur. deniqe Job. c. 5. v. 7. בני רשף *filii prunæ*, pro scintillis a prunâ exilientibus.

Hinc manarunt in novo Instrumento formulæ, qæ toties occurrunt, illæ. ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. Joan. c. 17. v. 12. & Thess. Ep. 2. c. 2. v. 3. *filius perditionis*, pro perdito, vel perdendo, perditioni sive exitio destinato. υἱὸς γεέννης. Matth. c. 23. v. 15. *filius gehennæ*, pro gehennæ cruciatibus plectendo. οἱ υἱοὶ τῆς ἀπειθείας. Ephes. c. 2. v. 2. & c. 5. v. 6. & Col. c. 3. v. 6. *filii contumaciæ*, pro hominibus contumacibus. οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου. Luc. c. 20. v. 34. *filii seculi hujus*, pro eis qi in hoc

hoc seculo degunt. & c. 16. v. 8. pro eis qi in seculo isto duntaxat sortem suam obtinent. Hymn. 17. v. 14. οἱ υἱοὶ τῆς βασιλείας, Matth. c. 8. v. 12. *filii regni*, pro eis qi in Dei regno gratioso, i. e. Ecclesiâ, degunt. & c. 13. v. 38. pro eis qi in regno Dei glorioso sortem suam habituri sunt. οἱ τῆς ἀναστάσεως υἱοὶ. Luc. c. 20. v. 36. *resurrectionis filii*, pro eis qi ad vitam resurrecturi sunt. τέκνα φωτὸς Ephes. c. 5. v. 8. & Luc. c. 16. v. 8. *filii lucis*, pro eis qi in luce degunt, sive qi in lumine gratiæ, vultusqe divini aspectu amæno agunt. Hymn. 4. v. 6. & 16. v. 11. τέκνα ὀργῆς. Ephes. c. 2. v. 3. *filii iræ*, pro eis qibus ira divina debetur, sive qi iræ divinæ obnoxii sunt. Et τέκνα κατάρας. Pet. Epist. 2. c. 2. v. 14. *filii execrationis*. h. e. execrationi divinæ subjacentes.

Ecqid istis παραπλήσιοι saltem exhibebit nobis ex Græcis antiqis Pfochenius? nihil qicqam, opinor. nihil istiusmodi illis familiare saltem, pro certo satis compertum est. profert tantùm ex Epigrammatum Florilegii lib. 9. (qod edit. Stephan. l. 5. reperitur) nuperum qendam epigrammatarium Constantinopolitanum, qi cum Hebræos forte hâc in parte imitari voluerit, audacter satis, υἱέα νίκης, & νίκης παῖδας, pro *victore*, ac *victoribus* posuerit. Verùm non est iste nobis aut linguæ Græcæ autor idoneus, aut usus veteris testis ἀξιόπιστος.

Seqvuntur formulæ illæ in V. T. בן איש & בן אדם & in plurali בני איש & בני אדם in Novo, sicut & apud Græcos interpretes, υἱὸς ἀνθρώπου, & υἱοὶ ἀνθρώπων, filius hominis, & filii hominum, pro homine, & hominibus simpliciter. Mitto enim antiqorum qorundam argutiolam qâ inter *hominem* & *filium hominis* ita distingvunt, ut Adamum *hominem*; non & *filium hominis*, Adami posteros utrumqe hoc existere moneant, Videatur Gregorius in Job, comment. moral. l. 17. c. 10. At hunc esse *lingvæ etiam Græcæ idiotismum*, inde contendit Pfochenius, Sect. 55. qia *Græcorum omnium* ὅ τι ἄριστα *Homerus* υἷας Ἀχαιῶν dixerit, cum τοὺς Ἕλληνας intelligeret: at meminisse debuerat, nec *idiotismum* rectè censeri dictionem poeticam (neqe enim idiotis ea familiaris esse assolet) nec apud Homerum etiam, nedum Græcum scriptorem ullum *filios hominum* pro *hominibus* familiariter usurpari.

Sed apud Græcos saltem, etiam prorsæ scriptores, παῖδες μουσικῶν, ἰατρῶν, φιλοσόφων, *pro musicis, medicis, philosophis dicuntur.* παῖς autem *tam sacris, qam & profanis scriptoribus pro filio usurpatur*. Conceduntur ista: nec tamen inde conseqetur, in qâcunqe formulâ illud usurpatur; istud aut usurpatum fuisse, aut legitime

etiam

etiam usurpari. Videatur V. C. Dan. Hejnsius in prolegomenis ad Nonnum; qem meritò notat, qod παῖδα θεοῦ Christum dixerit, ubi apud Evangelistam υἱὸν legerat. Tu, Psocheni, nisi tam υἷες ἰατρῶν qam παῖδας ἰατρῶν; tam υἷες ἀνθρώπων etiam qam υἷες ἰατρῶν, dici solitum ostenderis, nihil effeceris. neqe enim avt υἷες ἰατρῶν tantum, avt παῖδας etiam ἀνθρώπων protulisse sufficerit: cum à vocabulo ad vocabulum, à formulâ speciali, ad specialem, argumentatio istic nulla sit. de artium atqe scientiarum professoribus sic loqi amant scriptores illi; de mortalibus generatim sumptis, simpliciter consideratis, neqaqam. v. g. ne longiùs evagemur, magis affinia sunt υἱὸς & τέκνον, qam υἱὸς & παῖς. tamen siqis avt Homerum imitari volens, pro υἷες Ἀχαιῶν, τέκνα Ἀχαιῶν; avt siqis etiam qia οἱ τῶν ἰατρῶν παῖδες dici consvevit, ideò etiam τὰ τῶν ἰατρῶν τέκνα, eadem notione dicere animum induxerit, næ ille κακοζηλίας notam nevtiqam defugerit.

Ad hæc ipse sect. 45 observas, ut נער Hebræis, ita παῖς Græcis, *puerum* Latinis, & *ætatis* & *ministerii nomen* esse: nec id inficiaturum qenqam existimo. itaqe illud Histor. Reg. l. 4. c. 9. v. 4. וילך הנער הנער הנביא havd malè reddidit vetus interpres, *Abiit adolescens, puer propheta.* & melius adhuc Tigurinus, *minister prophetæ.* Genevens. *Servus.* nisi qod uterqe alterum omisit. est enim ad verbum, uti Pagninus habet, *Abiit puer, puer prophetæ.* ut נער primâ vice *ætatis*, alterâ *status* sive conditionis rationem obtineat. ita disertè Chald. *Abiit adolescens, discipulus prophetæ,* qem Jajrus seqitur; nec refragatur Camius; uterqe, sed ex traditione merâ, de Jonâ Amittæi interpretatus. qanqam Græci ἐπορεύθη τὸ παιδάριον ὁ προφήτης. hosqe secutus Castellio, *Juvenis ille, qi juvenis vates erat.* sed & Junius (qem tralatores nostri itidem secuti sunt) *Abiit puer ille, puer propheta ille.* qod meis certè avribus absonum accidit. melius Martyr, *puer prophetæ. i. e. famulus.* nec obstat qod *è filiis prophetarum* fuisse versu. 1. perhibetur. famulabantur enim illi τῷ προφήτῃ, qomodo Eliæ Elisæus ipse Cap. 3. v. 11. & c. 2. v. 3. & Mosi Jesus Exod. c. 33. v. 11. qem locum cum ad marginem Junius adscripserit, miror in textu reddendo, aliô concedere voluisse. παῖς itaqe & *ætatis* & *status* significationem habet. at υἱὸς plànè nevtriusq; sed originis duntaxat. proinde ab illius usu ad istius argumentatio est prorsus ἀνακόλουθον. Tum in formulis supra positis pro Hebraico בני Græci interpretes, nunc υἱοὺς, nunc τέκνα usurpant.

 nusqam

nusqam tamen deprehendes, τέκνον ἀνθρώπου, τέκνα ἀνθρώπων, sicut υἱὸν ἀνθρώπου, & υἱοὺς ἀνθρώπων dicunt passim, pro homine avt hominibus usurpasse.

Rursus בן & בנים Hebræi etiam in *brutis* animantibus posuerunt. Ita dicunt בן בקר *filium bovis*, pro vitulo. Exod c. 29. v. 1. בן אתון *filium asinæ*. Genes. c. 49. v. 11. pro pullo asinino. & בן אתנות *filium asinarum*. Zech. c. 9. v. 9. qod Matth. c. 21. v. 5. υἱὸν ὑποζυγίου, pro pullo asinæ jugalis, בני היונים *filii columbarum*, pro pullis. Levit. c. 14. v. 30. בני עזים *caprarum filii*, pro hædis. Annal. l. 2. c. 35. v. 7. בני לביא *filii leonis*, pro catulis. Jobi. c. 4. v. 11. בני צאן *filii pecudis*, pro agnis hoedisve. Hymn. 114. v. 4. בני נשר *aqilæ filii*, pro pullis aqilinis. Agur. v. 17. בני ערב *filii corvi*, pro pullis corvinis. Hymn. 147. 9. pro qo tamen in Jobi historiâ dramaticâ, ubi de corvo sermo est, ילדו h.e. *proles*, avt *liberi ejus*, pulli appellantur, Cap. 38. v. 41. ילד certè & τέκνον; qo modo ילד verbum & τίκτω sibi invicem sunt analoga.

Et Græci qidem de *brutis*, sive pedestribus illis, sive volatilibus, τέκνα, usurpant; (qod nostra tamen Britannorum lingva nevtiqam ferat) at υἱοὺς havd itidem. de leone, Homerus Iliad. ρ. v. 133.

——— ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν,

ᾧ ῥά τε νήπι᾽ ἄγοντι συναντήσωνται ἐν ὕλῃ

Ἄνδρες ἐπακτῆρες. ———

de qo Plutarchus, lib. de amore prolis: ὅμοιός ἐστι διανοουμένῳ πρὸς τοὺς κυνηγέτας σπένδεσθαι περὶ τῶν τέκνων. (qo modo de se Apostolus, Philip. c. 2. v. 17. ἀλλ᾽ εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω πᾶσιν ὑμῖν. de qo alibi diximus.) & mox, ἀλλὰ ἡ φύσις, καὶ τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος οὐδὲν ἀποδεῖ, ποιεῖν τε τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις πόνους, ἀγωνίζεσθαί τε τοὺς ὑπὲρ τῶν τέκνων ἀγῶνας. De urso idem; ἡ δὲ ἄρκτος, ἀγριώτατον καὶ σκυθρωπότατον θηρίον, ἄμορφα καὶ ἄναρθρα τίκτει, τῇ δὲ γλώττῃ, καθάπερ ἐργαλείῳ, διατυποῦσα τοὺς ὑμένας, οὐ δοκεῖ γεννᾷν μόνον, ἀλλὰ καὶ δημιουργεῖν τὸ τέκνον. De perdicibus; αἱ δὲ πέρδικες, ὅταν διώκονται μετὰ τῶν τέκνων, ἐκεῖνα μὲν ἐῶσι προπέτεσθαι καὶ φεύγειν. &c. de gallinis. περὶ τῶν τέκνων ἀμύνονται, καὶ διαμάχονται παρὰ δύναμιν. de eisdem Oppian. Venat. l. 3. v. 127.

Εἰρομένη φίλα τέκνα, τά τ᾽ εἰσέτι νήπια φέρβει.

De aqilis Aristoteles Histor. animal. l. 9. c. 34. τὰ τέκνα ἀναγκάζει

ἐπὶ

ἔτι ψιλὰ ὄντα πρὸς τ' ἥλιον βλέπειν. De vespis etiam Homerus. Iliad. μ.

Ἄνδρας θηρητῆρας ἀμύνονται περὶ τέκνων.

de passeribus, Iliad. β.

Ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοὶ νήπια τέκνα.

de Simiis Oppianus venat. l. 2. v. 608.

Κεῖνοι καὶ φίλα τέκνα δυσπιδία δια τεκόντες,

——— τὸ μὲν φιλέουσι, τὸ δ' ἐχθαίρουσι. ——

Plutarch. Pericle. Ξένους τινὰς ἐν Ῥώμῃ πλουσίους, κυνῶν τέκνα, καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας, καὶ ἀγαπῶντας, ἰδὼν ὁ Καῖσαρ, ἠρώτησεν, εἰ παιδία παρ' αὐτοῖς οὐ τίκτουσιν αἱ γυναῖκες. qod ex Ptolomæo commentar. l. 8. Massanissæ Mavro regi tribuit Athenæus l. 12. qi simias coementes qosdam interrogaverit, παρ' ὑμῖν αἱ γυναῖκες οὐ τίκτουσι παιδία; *num apud vos mulieres non pariunt liberos?* Scil. τέκνα & de simiis & canibus usurpavit, παιδία de hominibus. nec temerè repertum iri opinor, qi παῖδας de brutis, nedum υἱοὺς posuerit. qamqam pro poeticâ libertate παιδοτρόφον ἱερὰν, Halcyonem Simonides dixerit, referente Aristotele histor. animal. l. 2. c. 8. & Oppianus de Capreâ, κυνηγετ. l. 2. v. 342.

ὃς παῖδας κομέει, γῆρα δ' αὖ μητέρα παῖδες.

Qin & θυγατέρας de eqino genere dixit Aristoteles. Histor. animal. l. 6. c. 22. Ἀναβαίνουσι δὲ καὶ ἐπὶ τὰς μητέρας οἱ ἵπποι, καὶ ἐπὶ τὰς θυγατέρας. *Escendunt eqi & matres, & filias suas.* vel qia *matres* prius dixerat; qod cum Græcis, tum & Latinis est familiare; (qamvis nostris prorsus insolens, qi de maribus *Sire*, de fæmellis *Dam*, dicimus, de nevtris *patris matrisve* nomen usurpamus) vel Simonidem forsan imitatus, qi ut ipse rhetor. l. 3. c. 2. de mulis dixerat.

Χαίρετ', ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

Salvete, eqarum filiæ velocium.

cui subjungit Philosophus, καί τοι, καὶ τῶν ὄνων θυγατέρες ἦσαν. *attamen asinorum etiam filiæ fuerant.* Latinis certè familiaria satis esse *patrum matrumqe* in his nomina, ex Varrone, Plinio, Columellâ, aliis liqet. *filiorum filiarumqe*, rariora. Columella tamen l. 6. c. 36. cum *paterno* nomini *avitum*, tum & *filiorum* appellationi *nepotum* adjecit. *Ejusmodi*, inqit, *admissarius* (de onagro agens) *nepotibus magis qam filiis utilior est.* et mox; *qicqid ex eo provenit, paternam formam & modestiam, fortitudinem celeritatemqe avitam refert.*

Poeticâ

Poeticâ, qid[illegible], sive libertate, sive licentiâ usus, ἐνιαυτοῦ παῖδα, *anni prolem*, hederam dixit, Chæremon Tragicus in Baccho, avtore Athenæo l.[illegible] non eo sensu, qo Hebræi בן שנה i. e. *anni filium*, pro anniculo, [illegible] *hornam segetem* Latini, sed qod anno toto vireat: qo modo & ἔαρος τέκνα, *veris sobolem*, flores, idem in *Iô*, qia vere prodeunt; & in *Centauro* λειμῶνος τέκνα, qasi *prati prolem*, eosdem, ut tempestatis illic, ita loci istic natalis ratione habitâ, appellavit. Verùm poetica ista, & à sermone vulgari remotiora. Qibus accenseri possunt, qæ partim ex Pindaro, qi scil. Olymp. ode 2. ἁλίου παῖδα *solis filiam. diem*; ἀκτίνων γενέθλιον πατέρα, *radiorum genitorem patrem*, solem, Olymp. 7. vocavit; partim ex Alcmane, Sophocle, Evripide, aliis congessit V. Cl. Conrad Rittershusius ad Oppiani *halievt.* l. 1. v. 735. Ea itidem qæ ex Varrone recenset Petr. Victorius Var. lect. l. 23. c. 5. qi in *Marcipore*, ventos, *phreneticos septentrionum filios*: qo modo Pindarus Olymp. ode 11. οὐράνια ὕδατα ὀμβρία, παῖδας νεφέλας, imbres, *nubium prolem*.) Et in *lege Meniâ*, (Nonio utrumqe referente) τὸ μεταμέλον, h. e. *pænitentiam, inconstantiæ filiam* dixit. Fallitur enim Vir. Cl. Jo. Drusius, cum observ. l. 4. c. 2. ex Victorii mente, pari modo, *inconstantiæ filium, pro homine inconstanti*, qo υἱὸν ἀπωλείας, pro *perdito homine*, Varroni dictum avtumavit. neqe enim ejusmodi qicqam, avt Victorius, qem, uti videtur, aliud agens, vir occupatissimus legerat, avt Varro etiam ipse voluit. Sed nec Vir. Cl. idem, avt de ventis Varronis illud, avt communi sermone protrita illa, *veritas temporis filia*, & *philosophiæ alumna*, cùm Hebræorum dicto, qo nomen יהוה, *qatuor literarum filium*, appellant, commodè satis componit, in *Tetragram*. c. 4. Pænitentiam utiqe Varro *inconstantiæ filiam* dixit; qo modo Lyricus ille, Ἐπιμηθέος ὀψινόου θυγατέρα Πρόφασιν, h. e. *Excusationem Epimethei serò sapientis filiam*, Pyth. ode 5. Et Δίκας θυγατέρα Ἡσυχίαν, *Justitiæ filiam Tranqillitatem*. Ibid. ode 4. qod inconstantia utiqe pænitentiam, inconsiderantia excusationem sive purgitationem, justitia observata tranqillitatem parere & producere consvevetunt. qâ & eadem ratione vice versâ, *Luxuriam avaritiæ*, Cicero de Oratore l. 2. et *Sapientiam rerum omnium bonarum matrem* dixit, de legib. l. 2. qia ab istâ utiqe bona qæqe proveniant; illa ad rapinam & πλεονεξίαν perducit, dum, ut Memor (qi sub Senecæ personâ, si Scaligero fides, delitescit) in *Octav.* —— *orbis immensas opes,*

Luxuria avaris manibus, ut perdat rapit.

Sed & Gellius noct. l. 13. c. 8. *Sapientiam Usus & Memoriæ filiam*, ex Afranii Comici mente dixit.

Simplicius ex usu lingvæ ad Jonam Deus in historiolâ missionis ejusdem ad Ninivitas, קיקיון non *cucurbitam*, ut Græci, nec *hederam*, ut Hieronymus, qod & ipse fatetur; de qo videri possunt Augustini & Hieronymi epistolæ ἀμοιβαῖαι, & hujus in Jonam commentarii; sed *ricinum*, plantam in Syriâ freqentissimam; (de qo consulere licebit Drusium qæsit. l. 2. c. 44. Et cum Mercerum, tum & Livilæum nostrorum in Jonam;) vocat *filium noctis*. Jon. c. 4. v. 10. שבן־לילח הוח ובן־לילח אבד *qi filius noctis extitit, & filius noctis periit*, Sic enim Syrus Novi Testamenti interpretes Matth. c. 13. v. 5. & Marc. c. 4. v. 5. de semine in terrâ petrosâ בר־שעתה טוח *filius horæ illius exoriebatur*. pro eo qod Græci dictum est εὐθέως ἐξανέτειλε, *statim exoriebatur*; Et de clinico sanitati restituto, Marc. c. 2. v. 12. בר־שעתה *filius hora surrexit*. qin & Marc. c. 5. v. 42. de puellâ idem enunciatur. Et Luc. c. 6. v. 49. de edificio; *filius*, an *filia, horæ domus cecidit*. et Matthæ. c. 20. v. 34. de cæcis sanatis; & *filius*, vel *filio horæ illius aperti sunt oculi eorum*; pro eo qod est εὐθέως, *statim*. tam enim formæ fœmineæ qam masculeæ. tam plurali, qam singulari בר Syriacum, qod Hebræorum בן respondet, in locutionibus hujusmodi adjungitur. pro qo alibi dicitur בה בשעתא *in illâ horâ*, Matth. c. 8. v. 3. & c. 26. v. 74. Marc. c. 7. v. 34. & מחדא *confestim, illico*, Matth. c. 26. v. 49. Marc. c. 10. v. 52. Luc 12. 36. & alibi. Nec est necesse ut in Jonæ ricino miraculum statuamus, qale vel in Paralytico sanando, vel in cæci oculis aperiendis visuqe donandis extiterat; ut unâ eâdemqe scil. nocte per dispensationem extraordinariam ricinus e terrâ prodierit, & ad eam altitudinem se extulerit, qâ umbraculi vicem vati præstare potuerit. verum, qod & Junius monuit, *proverbialis* videtur *locutio rei momentaneæ; qæ qasi momento enascitur, & momento rursus emoritur*. qalis Plavto *herba Solstitialis*, Pseud. 1. 1. qæ interpretum ingenia frustra exercuit & vexavit.

Qasi solstitialis herba, paulisper fui:
Repente exortus sum, repentino occidi.

qod imitatus Avsonius de Alethio Minervio Rhetore Profess. 7.

Ostentatus raptusqe simul,
Solstitialis velut herba solet.

Optimè Christ. Becmannus [illegible] Originib. Lat. *Herba solstitialis, qæ-*

cunqe

cunqe tempore solstitii nocte, præsertim frigidiusculâ, ut solet, & rorulentâ oritur, & posteà interdiu à calore solis, qi tum maximè sævit, exuritur. Proinde *filius noctis*, stirps ista, qo modo *hora filius*, seges illa super petram; qod nimirum celerrimè provenire & in altum se attollere consveverit. Ita Plinius l.15.c.7. de ricino; *in Hispaniâ repente provenit, altitudine oleæ, cavle ferulaceo, folio vitium.* Et Hieronymus in Jon. *In Palæstinâ creberrimè nascitur: mirumqe in modum, si semen jeceris, citò confota consurgit in arborem; & intra pavcos dies, qam herbam videras, arbusculam suscipis.* Sed nec mirum ævi brevioris esse: tum qod tam citò in altum exeat, ut qod *noctis filius* prodiisse dicitur, *noctis* qoqe *filius* periisse perhibeatur, *res* enim *diu duratura tardiùs crescit.* ut rectè Servius ad Maronis illud Georg. l. 2.

——— *Et tardè crescentis olivæ.*

tum qod cavle sit ferulaceo. ἰσχυρότερα γὰρ τὰ πυκνότερα. *robustiora sunt, spissiora qeqe.* ut Theophrast. *hist. plant*; l.4.c.14. et in *de cavsis* earundem l. 2. c. 15. ἰσχυρὸν μὲν τὸ πυκνόν· εὔφθαρτα δὲ τὰ μανά. *robustum est spissum qodqe; at corrumpi proclivia, qæ rara sunt.* qalia ferulacea sunt universa. præsertim, ubi internæ ab extra corrumpens cavsa accesserit; qalis Jonæ ricino vermis ille, cujus attactu exaruisse refertur. nec incommodè itaqe Dei dictum hoc de ricino, cum Christi illo de gramine, Matth. c. 6. v. 30. qo *hodiè exstare, cras in clibanum immitti* dicitur, componit Livelæus noster; cum idem plane locutione utraqe designetur.

Poeticis illis accenseri potest, Jacobi illud, qo in vaticinio novissimo, morti jam proximus Josephum filium, cui benè ominatur, Genes. c 49.v.22. appellat בן פרת filium (i. e. palmitem) *fæcundæ* (vitis scil. גפן פריה Hymn. 128.v.3. Esaj. c.33. v.12. subjecti defectum parilem habemus Esaj. c.17.v.6.) *juxta fontem sita*; cujus בנות *filiæ* (i. propagines) *super murum proserpunt.* qod Psaltes dixit, *ad latera domicilii*, qo sensu & בן *filium* usurpare Hymn. 80. v. 16. contra qam Junius, observat rectè Piscator. Eodem spectat & qod apud Latinos *matris* nomen arbori sive stirpi, fructui *filiæ*, stolonibus *nepotum* appellatio, *adoptio* qoqe tam surculis, qam & pomis baccisve (sed in poesi tantummodo novissimum hoc) attribuitur. de ficu Indicâ Plinius l. 12. c. 5. *Superiores ejus rami in excelsum emicant, sylvosâ multitudine, vasto matris corpore.* de lavro Maro Georg. l. 2.

Parva

Parva sub ingenti matris se subjicit umbrâ.

item, —— *et rami matris opacant.* è nostris qidam de malso.

—— *facun*[illegible]*lia mali.*

de vitibus Columella. l. 4. c. 6. *nepotes enatos decerpemus.* & cap. 24. *claviculis ac nepotibus liberandos censeo.* qo trahunt & Maronis illud,

—— *seram factura nepotibus umbram.*

Martialis lib. 13. ep. 46.

Vilia maternis fueramus præcoqa ramis;
Nunc in adoptivis Persica cara sumus,

Et Naso remed. l. 1.

Venerit insitio; fac ramum ramus adoptet.

Avdacius Achæus μόσχον χελιδόνος. i. *hirundinis vitulum* dixit, pro eo qod Latini *pullum* dicerent, senario illo ab Evstathio lavdato,

Χάσκοντα λιμῷ, μόσχον ὡς χελιδόνος.
Inediâ hiantem, pullum velut hirundinis.

Cui nec concedere multum videtur, qod Halcyonis pullos *infantes*, Plinius l. 9. c. 33. & qadrupedum *infantes*. Ibid. c. 61. dixit. in qo Græcos est imitatus. Siqidem non Homerus tantum νήπια τέκνα, Iliad. α. de passeris pullis, & Iliad. ρ. de leonis catulis, dixit; sed Plutarchus etiam de brutis aliis usurpavit, lib. *de serâ numinus vindictâ.* Ἄρκτων ὅτι νήπια καὶ λύκων τέκνα καὶ πιθήκων εὐθὺς ἐμφαίνει τὸ συγγενὲς ἦθος. Qin & νήπια de frumentis dicere sustinuit Theophrastus *histor. plant.* l. 8. c. 1.

Atqe hîc lingvarum mihi usum observa, sodes. *Hirundinis vitulus* avribus Latinis est insolens. at *pullus* ejsdem solens satis. Nec Græcis minùs insolens esset πῶλος χελιδόνος· cum tamen πῶλος nihil aliud qam *pullus* sit, *pullusqe* tam de eqo qam de alite dicatur. Rursus *pullos* & *pullulos* Latini dicunt plantas novellas, qæ à stirpium radicibus exurgunt. unde *pullulare* perhibetur stirpium illarum matricum soboles. itaqe accuratè locutum Maronem observat Servius, ubi de arboribus dixit Georg. l. 2.

—— *aliæ ipsa sponte suâ veniunt,* ——
—— *alia posito surgunt de semine;* —— Et,
Pullulat ab radice aliis densissima sylva.

At *stirpis vitulum* si dixerit, avres Latinæ respuunt. contra δένδρου πῶλον si dixeris (qamvis πῶλος sit *pullus*; & hic illi natales debeat suos) Græcus id nihilominus aversetur. ipse tamen δένδρου μόσχον

(cum μόσχος primariò *vitulum* significet) pro *surculo sive ramo teneriore*, avre pronâ admittet: inde enim μοσχεύειν surculis istiusmodi adhibitis plantaria instituere. Et μοσχεύματα, [blot] *stolones, propagines*. qod apud avtorem libr. Sapientiæ Solom[blot] 4. v. 3. Vetus interpres, vocabulo novo licenter conficto, *vitulamina*, tanqam à *vitulo*, expressit. ἐκ νόθων μοσχευμάτων, inqit avtor ille, οὐ δώσει ῥίζαν εἰς βάθος. qod avtem ille νόθον μόσχευμα, id Evripides Andromache, sed metaphorâ diversâ usus, κακῆς γυναικὸς πῶλον dixit, i. *malæ mulieris pullum*. qi idem & in Hecubâ Polyxenam πῶλον appellat: & πῶλον ἄζυγα, qam alibi κόρην ἄζυγα, *puellam innuptam*. Sicut & Nicander in alexiph. Θηλυτέρης πώλοιο γάλα. pro *lacte mulieris adolescentulæ*. Sed & Chæremon in pannychide, πώλους Κύπριδος, *Veneris pullos*, meretrices dixit referente l. 13. Athenæo.

Hoc unum ubi adjecero, aliisqe disqirendum objecerim, dissertationem hanc clavdam, scriptoribus sacris, ubi de noctuis loquuntur, non בני h.e. *filios*, sed בנות *filias*, יענה i.e. *noctuæ*, sive *ululæ*, pullos nuncupari: imò בת היענה *filiam noctuæ sive ululæ*, et בנות יענה *filias noctuæ, sive ululæ*, pro noctuis, sive ululis ipsis; ab eisdem constanter usurpari. illud Levit. c. 11. v. 16. Deut. c. 14. v. 15 istud, Job. c. 30. v. 29. Esaj. c. 13. v. 21 & c. 34. v. 13. & c. 43. v. 20. Jer. c. 50. v. 39. Mic. c. 1. v. 8. nec uspiam sine adjectione istâ legitur vox יענה nisi qod plurale masculinum ἀνομάλως inde deductum יענים semel usurpatum offenditur. Thren. c. 4. v. 3. formulæ peculiaris in hac volucri rationem cum commoda mihi nulla succurrat, aliis ipse expiscandam eruendamqe relinqo.

CAPUT.

CAPUT. XVII.

φυλάττειν observare exeqi, *respondet Hebræo* שמר *Usus hujus nihil e priscis producitur. Ex Hesiodo adducta, aliud planè sonant. Aliud* animo custodire, *aliud* opere exeqi. Ῥήματα εἰς καρδίαν θεῖναι, ἐν τῇ καρδίᾳ τηρεῖν, *Hebraismi.* τηρεῖν *in his respondet* נטר לב *in exeqendi sensu,* בצר לב *nec liqqicqam e priscis Herodianus temporibus Apostolicis posterior.* τηρεῖν, *uti* & נצר & שמר insidiose observare. servare *pariter Latinis. Verba Christi Ioan.* 14. 20. *expenduntur. Lavr. Chadertoni (post Ferum) expositio proposita & comprobata. Sophocli interpunctio recta restituta. Gen* 3. 15. *in Græcâ Versione, lectio varia. Prov.* 24. 12. *& Iob* 7. 20. *loca parallela.* נצרת לב Prov. 7. 10. *passivæ formæ notio activa.* ἐπιτηρεῖν καὶ παραφυλάττειν *parallela Galena.*

SEctione 60. Illud Lucæ c. 11. v. 28. φυλάττειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. *dei verbum observare; videtur*, inqit Pfochenius, *imitari illud* Ecclesi. c. 12. v. 13. שמור מצותיו τ[illegible]ντολὰς αὐτοῦ φυλάττειν. LXX. Estqe reverá Hebræis atqe Hebraisantibus admodum familiare freqensqe שמור מצוה תורה דבר ἐντολὴν, πρόσταγμα, νόμον, ῥῆμα φυλάσσειν, pro eo qod est *mandatum, legem, dictum exeqi*, qod in V. T. ejusqe interpretibus passim occurrit. Exod. c. 21. v. 17, 24. & c. 13. v. 13. & c. 20. v. 6. Levit. c. 19. v. 19. Devt. c. 4 v. 2. & c. 5. v. 29. Hymn. 119. v 34, 44, 55, 88, 101, 133, 157, 166, 167, &c. Et in Novo itidem Instrumento nihil fere crebrius reperitur. Matth. c. 19. v. 20. Marc. c. 10. v. 20. & Luc. c. 18. v. 21. πάντα ταῦτα ἐφυλαξάμην. *hæc omnia observavi.* i. executus sum. Act. c. 16. v. 4. φυλάσσειν τὰ δόγματα. *decreta custodire*, sive executioni dare. Ibid. c. 24. v. 20. & Galat. c. 6. v. 13. φυλάσσειν τὸν νόμον, & Rom. c. 2. v. 26. τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου, *legem legisque jura*

sive

ſive *ſcita obſervare.* i. e. re & facto exeqi. ***Sed ita qoqe,*** inqit, ***hanc phraſim Heſiodus expreſſit, perinde ac ſi ſacra biblia inſpexiſſet.***

Nos verò verba Poetæ avdiamus ſimul & diſpiciamus. ἔργ. v. 489.

ἐν θυμῷ δ' εὖ πάντα φυλάσσεο.

animo avtem benè omnia cuſtodi.

Et v. 559.

Ταῦτα φυλασσόμενος τετελεσμένον εἰς ἐνιαυτόν.

Hæc cuſtodi in perfectum uſqe annum.

h. e. ***ſtudioſè obſerva, & reipſâ fac, qæ tibi præcepi. Et hoc expreſſit*** (inqit) v. 27. ***per hæc verba.***

σὺ δὲ ταῦτα τεῷ ἐνικάτθεο θυμῷ.

At tu iſtic, Pſocheni, phraſes, ſenſuſqe confundis, miſceſqe qæ dirimenda ſunt. neqe enim ἐν θυμῷ φυλάττεσθαι, ἤτοι θυμῷ ἐγκαταθέσθαι, idem eſt, ac ***ſtudioſè obſervare,*** & ***re ipſâ facere.*** notiones enim hæ diverſæ planè à ſe invicem exiſtunt. aliud eſt ***in mente,*** ſive ***animo reponere, cuſtodire;*** aliud verò ***opere*** ſive ***facto exeqi.*** qanqam illud ad iſtud medium eſt, hoc finis illius. ſiqidem multa mente ac memoriâ ſedulò, imo ſolicitè reponere & cuſtodire ſolemus, ab aliis vel pollicita vel interminata, qæ executioni tamen mandare, noſtri nec muneris eſt, nec voti etiam. Unicum itaqe idqe Poeticum, prolatum eſt exemplum, qod familiarem eſſe Græcis formulam hanc non magis probaverit, qam hirundinis unius acceſſus ver fecerit. Phraſi priori reſpondet magis, illud Regis ſapientiſſimi, Parœm. c. 3. v. 1. יצר מצותי לבך τὰ ῥήματά μου τηρείτω σου καρδία. ***aſſervet mandata mea cor tuum.*** Et vatis peritiſſimi illud Daniel. c. 7. v. 28. ומלתא בלבי נטרת καὶ τὸ ῥῆμα ἐν τῇ καρδίᾳ μου συνετήρησα. ***Et in corde meo,*** ſive ***penes me, rem aſſervavi.*** qibus finitima ſunt illa Lucæ c. 1. v. 66. ἔθεντο ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. ***in corde ſuo repoſuerunt.*** & c. 21. v. 14. θέσθε εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. ***reponite in corda veſtra.*** gemina planè illa Lucæ c. 2. v. 19. συνετήρει τὰ ῥήματα ταῦτα συμβάλλουσα ἐν τῇ καρδίᾳ. & v. 51. διετήρει πάντα τὰ ῥήματα ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς ***conſervabat,*** ſive ***cuſtodiebat, dicta hæc omnia in corde ſuo.*** qæ certè niſi Hebraiſmi fuerint manifeſtarii, ego in iſtis nihil video.

Interim occurrit hîc verbum נצר qod & priori ἐν θυμῷ φυλάττειν junctum reperitur, Hym. 119. v. 34. & alibi ſæpenumerò eodem,

de qo prius dictum, significatu usurpatur. Deut. c 33. v. 9. Prov. c. 28. v. 7. Hymn. 24. v 11. & 78. v. 7. & 105. v. 45. & 119. v. 2, 22, 33, 56, 100, &c. cui respondet apud Novi fœderis scriptores τηρεῖν τὸν νόμον, τοὺς λόγους, τὰς ἐντολάς. Matth. c. 19. v. 17. & c. 28. v. 20. Joan. c. 8. v 51, 52, 55. c. 14. v. 15, 21, 23, 24. & c. 15. v. 10. & c. 17. v. 6. Act. c. 15. v. 5, 24. Jac. c. 2. v. 10. Joan. ep. 1. c. 2. v. 3, 4, 5. & c. 3. v. 22, 24. & c. 5 v. 2, 3. Apoc. c. 1. v. 3. & c. 2. v. 26. & c. 3. v. 8, 10. & c. 12. v. 17. & c. 22. v. 7, 9. qibus omnibus locis sicut Hebraicum נצר ita Græcorum τηρεῖν in *exeqendi*, *præstandi*, *perficiendi* sensu usurpatur. itaqe & cum Exod. c. 34. v. 7. נצר חסד LXX ποιῶν ἔλεος verterunt: qomodo ibidem Cap. 20. v. 6. עשה חסד dictum fuerat: tum Matth. c. 23 v. 3. τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε, ἐκ παραλλήλου ponuntur. Affertur qidem in eandem mentem ex Herodiani l. 6. de Alexandro, ψευσαμένου αὐτοῦ καὶ μὴ τηρήσαντος τὰ συνθήματα. *cum fefellisset ipse, nec pacta servasset.* sed nec Græcis priscis familiarem hanc fuisse formulam, hinc constat.

Cæterum poterit non immeritò disqisitio institui de phraseos hujusce usu, in Domini verbis apud Joannem c. 15. v. 20. *Mementote*, inqit, *sermonis, qem dixi vobis; Non est servus major domino suo. si me persecuti sunt, & vos perseqentur:* εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσι. Vet. Interpres; *si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt.* Et in hanc partem concedunt expositores pleriqe. Euthymius verò sic παραμυθεῖται: *ne graviter feratis qod vos perseqantur; avt qod vestros contemnunt sermones: qæ enim in me ostenderunt, hæc & in vos ostendent: & sufficit servo ut sit sicut Dominus ejus.* Illyricus item: *Sicut meas conciones & salutaria monita contempserunt, ita vestra contemnent.* Et Piscat. *Innuit*, inqit, *contrarium.* q. d. *Qum sermonem meum non servaverint, sed contempserint; non debet vobis mirum videri, si & vestrum sermonem contemnant.* Theophylactus sermonem ἐλλειπτικὸν esse avtumat. itaqe sic explet, & explicat. εἰ ἐμὲ μὴ ἐδίωξαν, ἀλλὰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν, καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν· ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι τοῦτο· οὔτε γὰρ τὸν ἐμὸν, οὔτε τὸν ὑμέτερον τηρήσουσιν. *Si me non essent persecuti sed sermonem meum servassent, etiam vestrum servaturi essent. Verum secus res habet. neqe enim avt meũ, avt vestrum servaturi sunt.* ut sit qod Deus Ezechieli c. 3. v. 7. *non avdient te, qia nec me avdient.* nec secus Hemmingius, *si sermonem meum servabunt; & vestrum servabunt. sed non meum sermonem servabunt; ergò neqe vestrum servabunt.* Verùm affirmatur istic, qod apud Ezechielem negatur. nec consecutio adeò valida videtur, servaturos

eos verba discipulorum, si domini ipsius verba servaverint. quum plus Domino qam servis, magistro qam discipulis deferri consveverit. Tum nec Syllogismus, qem eliciunt, legitimus est. neqe enim in syllogismo hypothetico, sive connexo, ex antecedente sublato, conseqens tollitur. Porrò nec, hoc si vellet, dicendum fuisse videtur, εἰ ἐτήρησαν, *si servarunt*, sed εἰ τηρήσουσιν αὐτ. &c. *si servassent sermones meos, & vestros servaturi essent.* Denique in seqiorem partem τὸ τηρεῖν hic sumi, svadet, cum in membro priore *persecutionis* mentio, tum qod proximè subjungitur, *Sed hæc omnia vobis facient, mei nominis causâ, qia ignorant illum qi me miserat.* Ferus itaqe de observatione non obseqiosâ, sed insidiosâ interpretatur. *Si me in verbis meis insidiosè observarunt, & vobis pariter laqeos ponent.* atqe hoc secutum memini Theologum insignem D. Lavrentium Chadertonum, cum harmoniam Evangelicam apud Cantabrigienses in ad populum munere publico, tironi me tunc, explicaret. Certè dictionis Dominicæ series liqidò suffragatur. nec adversatur avt res ipsa, avt vocabuli usus. nam rem ipsam qod attinet; Domini Christi sermones *observasse* adversarios, qo ex eis adversus ipsum aliqid excerperent, ex Evangelistarum narrationibus notissimum est. Lucas c. 11. v. 53. *Hæc ipso dicente adversus eos*, ἤρξαντο δεινῶς ἐνέχειν καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων, ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, καὶ ζητοῦντες θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, &c. *Cœperant Scribæ & Pharisæi graviter ipsum urgere, & ad loqendum de multis instigare, insidiantes ei, & ab ore ejus captantes, qod haberent unde ipsum deferrent.* Et c. 20. v. 20. qo loco, hoc ipso, sed composito, vocabulo, est usus, καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους &c. *observantes eum, emiserunt insidiatores, qi se justos simularent.* ἵνα ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, *ut excerperent aliqid ex sermone ejus, qo eum imperio potestatiqe præsidis traderent.* Nec de verbi usu constat minus. nam τὸ τηρεῖν simplex, ἀντὶ τοῦ παρατηρεῖν, non raro sumitur. Sic Matth. c. 27. v. 36. καὶ καθήμενοι ἐτήρουν αὐτὸν ἐκεῖ. postqam Dominum cruci affixerant, *considentes ibi observabant eum.* Et mox v. 54. οἱ τηροῦντες τὸν Ἰησοῦν. *Centurio qiqe illi aderant, qi Jesum* scil. (non, asservabant; qorsum enim jam suffixum? sed) *observabant.* aliud ergo οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν. Lucæ c. 22. v. 63. aliud istic οἱ τηροῦντες sic Thucydides l. 4. τηρήσαντες νύκτα χειμέριον ὕδατι καὶ ἀνέμῳ καὶ ἅμ' ἀσέληνον. *observatâ, sive captatâ, nocte qadam pluviâ ventoqe procellosâ, ac illuni.* Idem lib. eod. Μάλιστα δ' ἐτήρουν ἀνέμῳ καταφέρεσθαι. *observabant autem eum primis, qi possent vento develi.* Et rursus:

rursus: ἐτήρουν τὴν πρόσοδον. *Brasidæ adventum observabant.* Et lib 5. τηρήσαντες αὐτὰς τὰς γυμνοπαιδίας. *observantes qo tempore ludos gymnicos exercebant.* Sic & Sophocles Oedip. Reg.

——— κἀμ' ὁ πρέσβυς ὡς ὁρᾷ

Ὄχου παραστείχοντα, τηρήσας, μέσον

Κάρα διπλοῖς κέντροισί μου καθίκετο.

Ita enim interstingvenda sunt illa; secus qam in editis.

——— *vehiculo me descendentem senex*

Simulac conspexit; observans, medium caput

Ferri geminato vulneravit impetu.

vel, *Geminâ flagello cuspide instructo icerat.*

utroqe enim modo interpretantur scholia. at lectio vulgata habet, τηρήσας μέσον κάρα, διπλοῖς, &c. ac si *caput observasse* diceretur, qo modo Græci Interpretes, Gen. c. 3. v. 15. αὐτός σου τηρήσει κεφαλήν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτοῦ πτέρναν. Et Vetus Lat. *Ipse servabit caput tuum: & tu servabis ejus calcaneum.* qo tamen loco qidam codices τειρήσει, & τειρήσεις exhibent: qod ad veritatem Hebraicam propius accedit. Cæterum voluit Tragicus, Laium, non Oedipi *caput*, sed Oedipum ipsum observasse, qâ ratione utiqe obsistere imparatum impotemqe potissimum adoriretur, qaqe parte, vulneri maximè pateret. Apud Plutarchum de curiosit. ἀλιτήριοι, exponuntur, οἱ τηροῦντες τῶν μυλῶν τὸν ψόφον· *qi molarum strepitum observabant*, qo clanculum molentes apud Magistratum deferrent. De Plutarcho Gellius Noct. Attic. l. 2. c. 9. Nimis minutè, ac prope etiam subfrigidè in Epicuro accusando λέξεις τηρεῖ. Ita Latinis qoqe non *observare* tantum, sed & *servare* usurpatur. Terent. Andr. 1. 1.

——— *observes filium, qid agat.* Et ibid. 2. 5.

Herus me relictis rebus, jussit Pamphilum

Hodie observare. ——— Plavtus Menæch. 1. 2.

Malo cavebis, si sapis; virum observare desines.

Atqe adeò, ne me neqicqam serves, ob eam industriam

Hodiè adducam scortum ad cœnam, atqe aliqo condicam foras.

Qod post ibid. 5. 2.

——— *qoties monstravi tibi, viro ut morem geras?*

Qid ille faciat, ne id observes, qo eat; qid rerum gerat.

Idem Asinar. 4. 1.

Tuus servus servet, Veneri eas det, an viro.

Idem Milit. 2. 3. ——— *serva istas fores:*

An No

Ne tibi clam se subterducat istinc. ———

Idem Aulul. 2.7. ——— *ego intervisam, qid faciant coqi:*

Qos pol ut ego hodie servem, cura maxima est.

Et Curcul. 4.2. *I pra, Virgo; non qeo, qod pone est servare.*

Naso Metamorph. l. 1. de Argi luminibus,

Cætera servabant, atqe in statione manebant.

Sed & Hebræi pariter τῷ שמר usurpant. Hymno 56. v. 7. de insidiantibus sibi (qos versu 3. & alibi sæqe שור רים qasi *speculatores suos* vocat) *Conveniunt, delitescunt,* שמרו *servant,* i. observant, *vestigia mea, dum expetunt vitam meam.* ubi LXX πτέρναν μου φυλάξουσι. Nec aliter, licet in meliorem partem, ceperim, qod Paræm. c. 24. v. 12. legitur. Si dixeris, *Ignoramus istud*, הלא תכן לבות הוא יבין ונצר נפשך הוא ידע *an non qi corda appendit, intelliget? Et qi animam tuam servat*, i. observat, *dignoscet?* תכן & נצר eodem spectant. Deum, inqit, qi corda hominum appendit & observat, qî potest qidqam, qod qis intra se cogitat, latere? Huc spectare videtur & illud Paræm. c. 7. v. 10. נצרת לב *mulier corde observata. animo circumspecta.* Jun. Ego malim *animæ observatricis, indagatricis.* activam enim significationem obtinent qandoqe participia illiusmodi. qo modo & λελογισμένος Græcis, & qod huic respondet. *consideratus* Latinis. Qin & aliis arbitrandum relinqo, an non apud Jobum c. 7. v. 20. נצר האדם hominum non tam *conservator*, qam *observator*, eadem ratione Deus dicatur. ita certè ego cum Piscatore malim; *qi custodis instar observas, qid agant homines; ita ut te nescio nihil boni vel mali agere possint.* qam cum Junio; *qi pro bonitate tuâ servas, & administrationem salutis tibi uni vindicas.* & conqestioni Jobicæ illud convenit magis; qi & idem cap. 14. v. 16. qiritatur, *numerare Deum gressus suos, & peccata ipsius observare.* qo tamen loco verbum שמר adhibetur.

Qomodo autem Hebræi נצר sive נצר & שמר ἐκ παραλλήλου in hoc sensu usurpant; ita τὸ τηρεῖν & φυλάττειν cum compositis ab utroqe ortis Græci. Galenus de affect. propriis dignosc. & cur. c. 6. Ὕστερον δὲ καὶ χωρὶς παιδαγωγῶν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιτηρῶμεν αὐτοὶ καὶ παραφυλάττωμεν. ἐπιτηρῶμεν forsan & παραφυλάττωμεν. *Post absqe pedagogis, observemus & custodiamus ipsi nosmetipsos.* Et ibid. τὸν ἐπιτηροῦντα καὶ παραφυλαττόμενον τὰς ἰδίας ἁμαρτίας. *cum qi peccata propria observat & advertit.*

CAPUT.

CAPUT. XVIII.

Εἰς εἰρήνην ὑπάγειν, πορεύεσθαι, *Hebraiſmus. Duplex formulæ hujus uſus Hebræis. eſt* dimiſſionis amicæ, ominationis fauſtæ. 4. *Reg.* 5.19. *expenditur.* ἐρωτᾷν εἰς εἰρήνην, *ſalutare.* ἐρωτᾷν τὰ εἰς εἰρήνην, *nunc* de pace percontari, *nunc* pacem apprecari, *nunc* poſcere. *Ier.* 15. 5. πορεύεσθαι εἰς εἰρήνην, *Iud.* 18. 6 proficiſci ad pacem. *i. proſperum ſucceſſum. Bezæ verba à Pſochenia mutilata. formula ipſa peculiaris in Hebraiſmo, non mera præpoſitionum enallage attenditur.* ἐν *in exemplis Pſochenianis non* παρέλκει. *Ubi abeſt, ellipſis eſt. Euphronis ſenarius reſtituitur. Voßii elogium. Verba Hymni* 17.13,14. *expenduntur. Iajrus Decaplorum autori perperam citatus. Pleonaſmus* ἐν *ex Hebraiſmo.* ὁμολογεῖν ἐν τινι, *cuinam reſpondeat.* ב *&* ל *Hebræis ſæpe redundant. inde* ἐν παρέλκον *toties Interpretibus Græcis. Suidas ſuſpectus.* ἀθετεῖν *cum inde natis priſcis Græcis ignotum.* αἰνεῖν τῷ κυρίῳ, ὁμολογεῖν ὀνόματι αὐτοῦ, *meri Hebraiſmi. Eſajæ* 45. 23. *ex Rom.* 14. 12. *& Phil.* 2. 11. *explicatur.* ὀμνύειν ἐν τινι, *&* ἐπί τινι, *Hebraiſmi. item* προσκόπτειν ἐν τινι, *pro* re aliqa offendi, in rem aliqam impingere, *aliud* meridie, *&* in plateis impingere. In portu impingere, *diverſimodè acceptum.* σκανδαλίζεσθαι *verbum priſcis Græcis vix cognitum. et formula illa* σκανδαλίζεσθαι ἐν τινι, *multò minus.* Ἐν *propter, uſitatiſsimum Hebræis, fatetur Pſochenius, Græcis non probat. exemplorum alterum non parcat; alterum quod vult ipſe, non exhibet.*

De præpositionum εἰς & ἐν usu nonnulla locis diversis profert Pfochenius, qæ pro *Hebraismis* haberi nolit. Ac primò, occurrit erebrò in sacrâ paginâ populis orientalibus familiaris oppidò formula לך לשלום qod Græci interpretes reddunt, πορεύου εἰς εἰρήνην. idqe etiam ibi, ubi Hebræi habent בשלום ad verbum, ἐν εἰρήνῃ, *in pace.* sic enim reddiderunt, לך בשלום Reg. l. 1. c. 20. v. 13. πορεύου εἰς εἰρήνην. & Reg. l. 2. c. 15. v. 9. βάδιζε εἰς εἰρήνην. Scriptores avtem Evangelici, nunc πορεύου εἰς εἰρήνην. atqe ita Lucas c. 7. v. 50. & c. 8. v. 48. nunc ὕπαγε εἰς εἰρήνην. Et sic Marcus c. 5. v. 34. In hâc avtem formulâ cum εἰς pro ἐν sumi videatur; inde Vir doctus sect. 71. *non esse Hebraismum* contendit, qia *præpositiones illa* εἰς & ἐν *apud Græcos etiam priscos,* poetas maximè, *secum invicem permutentur.* Verùm nec hoc sufficit ad evincendum, formulam ipsam non esse lingvarum Orientalium idiotismum.

Usus formulæ (qod obiter monere visum est) duplex est. vel est enim *amica* ac pacificæ *dimissionis*; et sic usurpatur Exod c. 4. v. 18. Reg. l. 1. c. 1. v. 17. & c. 20. v. 42. Vel etiam *favstæ ominationis,* ut Judic. c. 18. v. 6. illo avtem sensu, non et isto, accipiendum videtur, Regum l. 4. c. 5. v. 19. ubi Naamanem Syrum dimittendo, Elisæus formulâ istâ usus perhibetur; neqe necesse est, ut vel vatem sanctum eis verbis Naamanis postulatum comprobasse concedamus; vel ut ambagibus nescio qibus, qid insinuare voluerit, designemus; cum simpliciter exponi possit, *& valedixerat illi.* de Naamanis postulatis impræsentiarum disserere non est animus. non possum interim eis assentiri, qi Naamanem in eo excusatum eunt, de qo ipse veniam deprecando, culpæ affinem sese nevtiqam diffitetur: et eis multo minus, qi de tempore præterito exponi postulant verba illa בהשתחויתי ac si diceret, *qod incurvaverim me in templo Rimmonis, dum Regem dominum meum eò fuerim comitatus.* in qam tamen sententiam concessisse video è popularibus nostris viros insignes, Tho. Cartvrigtum, Rob. Dilingamum, & Tho. Godvinum de ritibus Judaic l. 4. c. 7. Ut enim nihil dicam, etiamsi particula ב de præterito usurpatum reperiatur, qandoqe; ut in Hymnorum 52 & 54 titulis, בבוא *cum venisset,* & Esaj. c. 28. v. 9. בחלותו cum ægrotasset; rarius tamen id fieri, rem ipsam si spectemus, frigidum

nimis

nimis videtur, Naamanem, qi idololatra ipse hactenus fuerat, nec minùs qam rex ipse, qem assectabatur, Rimmonis cultui addictus, de eo duntaxat veniam poscere, qòd dum Regi inter sacrificandum obseqium præstàret; coram idolo illo se incurvasset. Non desunt qi de formulis duabus illis לך בשלום & לך לשלום ita distingvant, ut לך בשלום *Vade in pace*, de non redituro; לך לשלום *Vade ad pacem*: de redituro dicatur. Verum istud nec ex formularum ipsarum notione peculiari aliqâ elicitur; nec ea earundem usu perpetuo firmatur. Jethronem certè cum Mosem generum formulâ illâ à se dimisit, Exod. c. 4. v. 18. rediturum ad se non expectasse hàvd liqet; præsertim cum ad suos invisendos tantum iter illud instituisse se profiteretur.

Cæterum huic formulæ affinis est illâ שאל לשלום Règ. l. 1. c. 10. v. 4. & c. 17. v. 22. & c. 30. v. 21. & l. 2. c. 8. v. 10. qod Græci verterunt ἐρωτᾷν εἰς εἰρήνην, & ἐρωτᾷν τὰ εἰς εἰρήνην, pro eo qod est simpliciter *salutare*. qanqam aliud est שאל לשלום & ἐρωτᾷν τὰ εἰς εἰρήνην. Reg. l. 2. c. 11. v. 7. *de pace*. i. salute ac prosperitate alicujus, *percontari*. et aliud rursus שאל שלום Hymn. 122. v. 6. qod etiam Græci ἐρωτᾷν τὰ εἰς εἰρήνην vertêre, *pacem*. i. incolumitatem & tranqillitatem alicui *apprecari*. & ἐρωτᾷν τὰ πρὸς εἰρήνην. ubi Syrus בעא על שלמא *ea qa pacem spectant*, vel simpliciter, *pacem poscere*. Luc. c. 14. v. 32. illud enim Jerem. c. 15. v. 5. לך לשלום מי יסור לשאל qod Græci verterunt, τίς ἀνακάμψει εἰς εἰρήνην σοι; Hieronymus, *Qis ibit ad rogandum pro pace tuâ?* Tigurin. *qis secedat, ut pacem tibi petat?* malîm priore modo interpretari, *qis secedat de pace tuâ*, vel *de pace te, percontatum*. i. salutatum te; ut rectè Vatablus. cui consentiunt Junius & Piscator. has avtem formulas lingvæ Græcæ non esse ἰδιώτιδας, sed οἰκογενεῖς vix est ut eruditum qenqam pronunciaturum possim credere.

Qin & in formulâ illâ לך לשלום πορεύου εἰς εἰρήνην, ubi *fàvstæ ominationis* cavsâ usurpatur; idemqe valet, qod Reg. l. 3. v 22. v. 15. עלה והצלח *ascende & prosperare*; prout adhibetur Judic. c. 18. v. 6. ambigi potest, an τὸ εἰς pro ἐν ponatur. cum possit αὐτολεξεὶ, exponi, *Vade ad pacem* i. e. pacem sive prosperos successus habiturus. ita enim *pax* in hâc formulâ necessarìo sumitur, Hebræorum & Hebraisantium more, pro fàvsto scil. prosperoqe successu. alioqi qomodo pacem eis polliceretur, qi ad belligerandum, aliosqe occupandos consultò proficiscebantur?

 Non

Non tam itaqe de præpositionum harum permutatione vicissitudinariâ, qam de phrasibus formulisqe, in qibus id fit, controversia instituenda fuerat.

Nam qod Sect. 93. de præpositione εἰς pro *ad*, & *adversus* usurpatâ disserit: qi pro Hebraismo habuerint, nec ipse commemini, nec nominat qenqam Pfochenius. transeat ergo. Bezæ tamen injuriam aliqam facit, dum expunctâ voculâ *usitatiùs*, Gazæ regulam illam ex Bezæ Annotatis citat, qâ εἰς *de inaminatis*, *de animatis* πρὸς usurpari perhibetur.

Seqitur alter præpositionis ἐν præcipuè usus, qâ περιέλκειν eâ Pfochenio censetur, Sect. 47. qod mihi seciùs videtur. neqe enim περιέλκει magis ἐν in Evripideo illo,

Στρατηλατήσω κλεινὸς ἐν κλεινῷ δορί.

qam, *cum* in Ciceroniano illo, in orat. Milonianâ; *esse cum telo hominis occidendi causâ lex vetat.* qod & Pfochenius ipse videtur agnoscere, qum vertit,

Imperator ero cum inclytâ hastâ.

Sed nec in Hesiodio illo,

——— τῇ δ' ἦλθ' ἐν νηὶ μελαίνῃ.

qam in Maroniano illo Æneid. l. 4.

Æneas celsâ in puppi jam certus eundi.

neqe enim metri rationem, positum postulasse præscribetur. qæ in Evphronis versu, qi & istic citatur, ne senarius syllabâ prolixior justo evadat, (qod obiter sit monitum) διαφορεῖν pro διαφορῆσαι legendum postulat. Verùm non esse formulas pleonasticas istiusmodi, in qibus præpositio illa expressa habetur, sed ellipticas potiùs in qibus ea desideratur, multis ostendit clarissimè Vir Cl. Vossius in Commentariis Grammaticis illis luculentissimis, lib. *de construct.* cap. 46. 47, 48, & 56. cujus ego hâc in parte lucubrationibus siqid adjiciam, *Crasi thesavris teruncium addere* meritò existimer. In hâc avtem ellipticorum classe collocandum videtur (qod in transitu notare visum est) illud Psaltæ Hymn. 17. v. 13. חרבך *gladio tuo*, pro בחרבך nec avdiendi videntur, qibus ellipsis ista minus observata imposuit, Tigurinus & nostri, (licet Jajrum, Camium & Esdraidem, avtores magnos, hîc secuti) qum vertunt, *Qi est gladius tuus*. Sed & qod ibid. v. 14. legitur ידך *manu tuâ*, vers. 7. בימינך ἐν τῇ δεξιᾷ σου, *dextrâ tuâ*, sive *per dextram tuam*, pleniùs expressum reperitur. neqe enim possum probare, avt qod Camius, *consurgantes*

contra

contra dextram tuam; qod tamen Græci ſecuti ſunt; avt qod Eſdraides, *qi confidunt in dextrâ tuâ*, qod Junius etiam admiſit. à qo utroqe iſtic diſcedit Jajrus, & cum מושיע non cum החוסים conjungit τὸ בימינך ſecùs qam Decaplorum avtor eruditiſſimus exhibuit. Ex qo etiam Obadiam illuſtrem diſcimus in eandem nobiſcum partem concedere. Sed nec eos magis avſcultandum avtumem, qi verſu illo 14. vertunt, *viros, qi ſunt manus tua.* qod nihilominus, poſt Camium & Eſdraidem, amplexi ſunt Vatablus & Tigurinus. ſed & noſtri; qi tamen verſionem alteram illam, qæ mihi ſanior habetur, in margine utrobiqe repræſentarunt; contra qam Genevenſes, qi in contextum eam, qam nos tuemur, exhibuerunt, alteram in margine adſcripſerunt. Jajrus enim in hâc clavſulâ nugatur planè; ſicut in priore Avguſtinus. Ellipſin eandem videre eſt. Hymn. 60. v.5. & 108. v.6. item Hymn. 78. v. 9. רומי קשת pro בקשת jaculantes arcu. qo modo & Jerem. c. 4. v. 29. qod eô magis obſervo, qia ellipſes iſtæ ſunt Hebræis minus; qam avt Græcis avt Latinis freqentes.

Cæterum aliæ ſunt formulæ, apud ſacros ſcriptores freqentiſſimæ, qas Pſochenius iſtic havd attingit, ab Hebræis mutuatæ, in qibus manifeſtus τῦ ἐν pleonaſmus deprehenditur. Ex his eſt illud ὁμολογεῖν ἔν τινι, *confiteri in aliqo*, pro eo qod eſt, *aliqem publicè aſſerere, palam agnoſcere*. Matth. c. 10. v. 32. Πᾶς ὅςις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῦ πατρός μυ. qod & idem ferè. Lucæ c. 12. v. 8. reperitur. Syrus utrobiqe, דנידא בי & אודא בה. ut enim omittam τὸ ὁμολογεῖν, de perſonâ agnoſcendâ avt aſſerendâ vix reperiri uſurpatum. ὁμολογεῖν ἔν τινι eodem ſenſu ſumptum, eſt ab uſu Græco magis multo alienum. itaqe ἐν loco τῦ περὶ adhibitum volunt; ut reſpondeat. vel Hebraico על Nehem. c. 9. v. 2. ויתודו על החטאותיהם *Et confeſſi ſunt ſuper iniqitatibus ſuis*, ſive ſimplicitèr, *iniqitates*. qod Bezæ vult. vel Hebraico ב ut Hymno 87. v 3. נכבדות מדבר בך *glroioſa prædicantur in te.* i. e. de te; qod Piſcatori magis placet; ut ſit ſenſus, *qi confitetur de me*, eſſe me ſcil. Dominum ſuum; *de illo confitebor ipſe*, eſſe eum utiqe diſcipulum meum. ego ex lingvæ Hebraicæ uſu, (in qâ ב creberrimè παρέλκον deprehenditur) ſimplicitèr ſumendum exiſtimo, ac ſi ἐμὲ καὶ αὐτὸν ὁμολογεῖν diceretur, *qi me palam agnoverit, ac profeſſus fuerit*, &c. Qomodo Apoſtolus dixit ad Rom. c. 10. v. 9. ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ ςόματί σῦ χριςὸν Ιησῦν. *Si Chriſtum*

Jeſum

Jesum ore tuo confessus fueris. Redundare certè sæpenumerò particulas illas ב & ל liqidò constat. Ita enim Johi c. 16. v. 10. פערו ▭ בפיה *distendunt in ore suo.* pro qo simpliciter ibid. c. 29. v. 23. ▭ פיה פערו *os suum distendebant.* Nehem c. 9. v. 19. ▭ ביומם qod alibi passim ▭ יומם *interdiu.* Jonæ c. 3. v. 5. ויאמינו באלהים *& crediderunt in Deo.* i. Deo, verbo Dei comminatorio fidem habuerunt. Hymni 82.' v. 8. כי אתה תנחל בכל — הגוים Græc. ὅτι σὺ κληρονομήσεις ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. *qia tu possides in omnibus gentibus.* i. possides omnes gentes. Piscator; post Jajrum; qi exponit simplicitèr ▭ הגוים הנוחל & Esdraidem, qi ב hîc esse adnotat: נוכף prout & Paræm. c. 9. v. 5. לחמו בלחמי *comedite in pane meo.* i. panem meum. φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον Græc. & Chald. הכולו לחמי & ibid. שתו ביין *bibite in vino.* i. vinum, *qod miscui.* Et נחל hîc esse verbum יוצא i. e. transitivum. qomodo Zech. c. 2. v. 12. ונחל *& possidebit Jova Judam portionem suam.* Et Exod. c. 24. v. 9. ונחלתנו *& possidebis nos.* qanqam Abraham idem comment. in Paræm. c. 9. ait in eis בלחמי & בייני *Beth* poni loco *Mem*, sicut & Levit c. 8. v. 32. & c. 14. v. 18. ubi ▭ הנושר בבשר ובלח & rursus בשמן *qod residuum fuerit in carne, pane, oleo,* dicitur, pro *ex carne, pane, oleo.* uti ibidem planè enunciatur, c. 6. v. 16. & c. 7. v. 17. ut sit, *comedite in pane, bibite in vino*, pro, ex pane, & vino.

Cæterum particularum istiusmodi, ubi sic redundant, usum qo exprimant Hebraisantes Græci, à syntaxi Græcâ non rarò abscedunt. Sic Deuter. c. 28. v. 60. ודבקו בך καὶ κολληθήσονται ἐν σοι. Et Reg. l. 4. c. 5. v. 27. תדבק בך κολληθήσεται ἐν σοι. *adhærebit in te*, pro tibi. Et ibid. c. 3. v. 3. בחטאות דבק ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ἐκολλήθη, *adhæsit in peccatis*, pro, peccatis, simplicitèr. Zech. c. 3. v. 2. יגער בך ἐπιτιμήσαι ἐν σοι. qod Judas Apost. v. 9. Græcè magis, ἐπιτιμήσαι σοι, *Increpet te.* Sic Annal. l. 1. c. 5. v. 25. וימעלו באלהי καὶ ἠθέτησαν ἐν τῷ Θεῷ. Reg. l. 4. c. 18. v. 7. & c. 24. v. 20. וימרד במלך καὶ ἠθέτησεν ἐν τῷ βασιλεῖ. Et v. 1. ἐν αὐτῷ. Ibid c. 1. v. 1. ויפשע בישראל καὶ ἠθέτησεν ἐν Ἰσραήλ. Annal. l. 2. c. 10. v. 19. ויפשעו בבית καὶ ἠθέτησαν ἐν τῷ οἴκῳ Δ. pro qo eodem, Reg. l. 3. c. 12. v. 19. ἠθέτησαν εἰς τὸν οἶκον. Sicut & ibid. l. 4. c. 18. v. 20. מרדת בי ἠθέτησας εἰς ἐμέ. Ezech. c. 2. v. 3. פשעו בי ἠθέτησαν ἐν ἐμοί. Et sine præpositione, Reg. l. 1. c. 8. v. 50. פשעו בך ἠθέτησάν σοι, cum tamen τὸ ἀθετεῖν, prout & in Novo passim instrumento, Marc. c. 6. v. 26. & c. 7. v. 9. Luc. c. 7. v. 30. & c. 10.

& c. 10. v. 16. Joan. c. 12. v. 58. Cor. ep. 1. c. 1. v. 19. Gal. c. 2. v. 21. Thess. ep. 1. c. 4. v. 8. Tim. ep. 1. c. 5. v. 12. Hebr. c. 10. v. 28. Jud. v. 8. non nisi accusativum, in qem transeat, admittat. nam qod Suidas ex avtore incerto affert, κατὰ γῆς χέων μὲν καὶ ἀθετῶν τὸ πολίσματος. mihi certè, sicut apud eundem, alia havd pavca, suspectum est. qin & τὸ ἀθετεῖν ipsum, indeqe enata ἀθέτησις & ἀθέτημα, qorum illud ad Hebr. c. 7. v. 18. & c. 9. v. 26. hoc apud LXX. Reg. l. 3. c. 8. v. 50. Annal. l. 2. c. 36. v. 14. & Jer. c. 12. v. 1. reperitur, vix avtumo apud priscum qenqam avtorem iri deprehensum. Nec aliud fuerint illa Annal. l. 2. c. 7. v. 3. הודו ליהוה qod Græci reddunt, ᾔνεσαν τῷ κυρίῳ. cum τὸ αἰνεῖν in hoc sensu casum qartum poscat. et ipsum illud ὁμολογεῖν, qod in *lavdis* & *celebrationis* significatu usurpatur, ad Hebr. c. 13. v. 15. ὁμολογούντες τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, *nomen ipsius celebrantes*; & inde coalitum ἐξομολογοῦμαι, Matth. c. 11. v. 25. & Luc. c. 16. v. 21. ἐξομολογοῦμαί σοι, πάτερ, *celebro*, *lavdo te*, *pater*, qi ab Hebraico verbi הודה usu tractum negaverit, qod τῷ ἐξομολογεῖσθαι ἐν LXX. plurimùm exprimunt, næ is frontem insigniter perfricuerit necesse est.

Nec est obitèr observatu indignum, pro eo qod Apostolus ad Rom. c. 14. v. 12. πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ qod & idem ferè ad Philipp c. 2. v. 11. ἐξομολογήσηται ὅτι κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς apud Esaiam c. 45. v. 23. legitur, תשבע כל לשון *jurabit lingva omnis*, לי scil. ex priore clavsulâ supplendum, *mihi. omne genu incurvabitur mihi, omnisqe lingva mihi jurabit*, i. e. jurejurando mihi sese obstringet. hoc est avtem qod Apostolus, *confitebitur* Deo, & *confitebitur Christum Jesum esse Dominum*. istud est enim Dei Christiqe dominium agnoscere palamqe profiteri, cum eidem tanqam Domino Deoqe suo solenni sese juramento obstringunt. nec secus reddidisse LXX. ex Hieronymi commentario liqet.

Cæterum aliud est ישבע באלהי[illegible] Esaiæ c. 65. v. 16. & loco proximè adducto בי נשבעתי qod est αὐτολεξεί, *in Deo jurabit*; et *in me juravi*, pro eo qod est, *per Deum*, & *per me* qod Sept. verterunt. Reg. l. 2. c. 19. v. 7. & l. 3. c. 1. v. 30. & c. 3. v. 8. ἐν κυρίῳ. & Jerem c. 5. v. 7. ὤμνυον ἐν τοῖς οὐκ οὖσι θεοῖς. atqe ad eundem plane modum Evangelistæ. Matth. c. 5. v. 34, 36. ὀμόσαι ἐν τῷ οὐρανῷ, ἐν τῇ γῇ, ἐν τῇ κεφαλῇ. & c. 23. v. 16, 18, 20, 21, 22. ἐν τῷ ναῷ, ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, ἐν τῷ δώρῳ, ἐν τῷ χρυσῷ, ἐν τῷ θρόνῳ, ἐν τῷ καθημένῳ, &c. *jurare in cælo, in terrâ, in capite, in templo, in altari, in dono,*

in auro, in solio, in insessore, &c. pro *jurare per cælum, terram, caput, templum, altare, donum, aurum, solium, insessorem,* &c. sive ut Jacob. c. 5. v. 12. ex Græcâ syntaxi, ὀμνύειν τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, *cælum, terram jurare.* qomodo &, Latini, *Jovem lapidem jurare.* Favorinus apud Gellium l. 1. c. 21. nam prius illud, prout & illud Matth. c. 5. v. 35. εἰς Ἱεροσόλυμα. & qod Sept. habent Deut. c. 6. v. 13. ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῇ. Hebraismum plane resipiunt. nec suffecerit dicere, ἐν sæpenumero apud Græcos pro *per* usurpari. hoc enim est qod qæritur, utrum in jurandi formulis apud Græcos ἐν, εἰς, ἐπὶ de eo proferantur, per qem, vel, per qod juramentum concipitur. qod non facilè credo iri demonstratum.

Istis accenseri possunt & formulæ illæ προσκόπτειν ἔν τινι, & ἔν τινι σκανδαλίζεσθαι nam cum προσκόπτειν τινὶ, vel πρός τι sit usitatissimum, pro eo qod est *re aliqâ offendi,* vel *in rem aliqam impingere,* qomodo προσκόπτειν τῷ λόγῳ Petrus dixit, ep. 1. c. 2. v. 8. i. e. *sermone offendi.* & προσκόπτειν τῷ λίθῳ, Pavlus ad Rom. c. 9. v. 32. & πρὸς λίθον, Matthæus c. 4 v. 6. & Lucas c. 4. v. 11. ex Hymno 91. v. 12. *ad lapidem offendere, impingere.* attamen ב Hebræorum qo explicent in formulis istiusmodi usurpatum במה יכשלו Paræm. c. 4. v. 19. *in qo impingant,* et ▭ וכשלו בם Esaj. c. 8. v. 15. & Jer. c. 6. v. 21. *& impingent in illis.* Et Levit. c. 26. v. 37. וכשלו איש באחיו *& impingent in se invicem*; etiam ἔν τινι προσκόπτειν καὶ σκανδαλίζεσθαι, qandoqe dicunt, sic enim ad Rom. Pavlus idem c. 14. v. 21. ἐν ᾧ ὁ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, *ad qod impingitur, qove offenditur frater tuus.* alioqi προσκόπτειν ἔν τινι, sicut ▭ כשלנו בצהרים Esaiæ, c. 59. v. 10. *in meridie,* sive clarâ luce, *impingimus.* & vers. 14. כשלה ברחוב *impegit,* vel *corruit, in plateis veritas*: non tam *objectum circa qod,* ut loquntur, qam *adjunctum temporis,* vel *subjectum, loci,* sive *negotii,* in qo impingitur, denotat. qo modo & in Adagio Græco. ἐν τῷ λιμένι προσκρούειν. *in portu impingere.* h. e. dum in portu adhuc consistit, vel dum portu egreditur. ita enim Fabius instit. l. 4. c. 1. *Pessimus est gubernator, qi navem, dum portu egreditur, impegit.* ut affine sit illi, *de limine offendere,* qo usus est Tertullian. adv. Valent. c. 3. sive, *in limine primo deficere,* uti Maro extulit: Æn. l. 6. Qanqam aliò illud qi trahant, nec de egressu primo, sed de à reditu ingressu usurpent, non desunt. Sic enim Gregorius Naz. in Tetrastich. 27.

Μηδὲν μέγ' εἴπῃς εὐπλοῶν πρὸ πεισμάτων·
Πολλοῖς πρὸς ὅρμον εὐπλοοῦν ἔδυ σκάφος.

Jactare noli te ante subductam ratem:
Periere multi portui jam proximi.

Joannes Chryſ. in Matth. orat. 15. Ἀλλὰ κἀκεῖ πολλὴ πάλιν ἡ λύμη· ἢ γὰρ μετὰ τύφου, ἢ μετὰ κενοδοξίας ταῦτα ποιεῖς, ἵνα μηδὲ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς κερδάνῃς· ὃ τί γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερον, ὅπερ καὶ ἐν τῷ λιμένι ναυαγεῖν; Nicephorus item Gregoras hiſt. Rom. l. 7. c. 3 ὅτι χρονίους ἐλπίδας ἐς πέρας ἐληλυθυίας ἤδη, καὶ μονονουχὶ τὸν κόλπον ἐντὸς ὅλας ὑποφορτιζομένας προσπεσὼν ἐξαίφνης, ὡς εἰπεῖν, ἐν αὐτοῖς τοῖς λιμέσιν ἀνατραπείσας τεθέαται. Et l. 9. c. 6. Μὴ περὶ τὸ τῆς σπουδῆς ἁπάσης συμπλήρωμα τὸ σκάφος αὐτῷ τῆς τύχης ἀνατρέπειν, πάσας τὰς τῶν δρόμων ἐκείνων ἐλπίδας ἀποβεβροχέναι παντελῶς. Sed hæc obitèr ad ſuperiora revertimur. Sicut ad Rom. c. 14. v. 21. conjunxit Pavlus τὸ προσκόπτειν καὶ τὸ σκανδαλίζεσθαι, qæ duo verbo unico Syrus expreſſit מתתקל בה, ita τὸ πρόσκομμα καὶ τὸ σκάνδαλον poſt Pavlum ibid. v. 13. Petrus Ep. 1. c. 2. v. 8. pro eo qod Hebraicè apud Eſajam c. 8. v. 14. נגף ומכשול legitur: Syrus verò תוקלתא וכשלא reddidit, (nam apud Pavlum alterum tantummodò uſurpavit) qæ utraqe eandem radicem agnoſcunt. nam כשל unde כשל & כשלא eſt Hebræis *offendere impingere*; indeqe litteris cognatis כ & ק, ש & ת permutatis ac tranſpoſitis, Chaldæis Syriſqe תקל unde תוקלא & תוקלתא ejuſdem prorſus ſignificationis. τὸ σκανδαλίζειν avtem & inde paſſivum σκανδαλίζεσθαι (nam de nomine alibi dicturi ſumus) præterqam qod apud Apocryphos ſcriptores ſæpius occurrit, Syrachid. c. 9. v. 5. & c. 23. v. 7. & c. 32. v. 16. etiam apud Spiritus ſancti amanuenſes identidem reperitur: idqe eâdem qâ ſupra diximus, compoſitione; ὃς ἐὰν μὴ σκανδαλισθῇ ἐν ἐμοί. Matth. c. 11. v. 6. & σκανδαλισθήσονται ἐν σοί. Cap. 26. v. 33. & ἐσκανδαλίζοντο ἐν αὐτῷ. Cap. 13. v. 57. Eſſe avtem Græcæ lingvæ nativas ac genuinas voces formulaſqe iſtás, havd ita de facili nobis eſt probaturus Pfochenius; qum apud avtorem probatum neminem fuerint hactenus deprehenſæ.

Sed ad aliam τοῦ ἐν uſurpationem tranſimus. *uſitatiſſimum eſt apud Hebræos* (Pfochenium avdis ſect. 63.) *ut præpoſitio* ב *ponatur in ſignificatione per. Et hanc ſignificationem qoqe præpoſitio Græcorum* ἐν, *qæ Hebræorum* ב *reſpondet, in novo teſtamento obtinet.* Hebr. c. 1. v. 1. ἐν τοῖς προφήταις. *per prophetas*, & ἐν υἱῷ *per filium.* Johan. c. 3. v. 21. ἐν θεῷ *per Deum. Sed eodem ſignificatu uſus eſt*

illâ particulâ Xenophon lib. de polit. Athenienſ. dicens ; ἅτι ἐν παντὶ τῷ βίῳ qaſi per univerſam vitam. Et idem ibidem ὐκ ἐν ἄλλοις ποιῖν, ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ. non per alium aliqem, niſi per populum.

Verum primò qæro à te, vir optime, an de Græcis poſſis dicere, qod de Hebræis protuliſti. *uſitatiſſimum apud hos*, perinde atqe apud illos, eſſe affirmaſti ; & *res qoqe ipſa*, inqis, *liqido oſtendit.* At tu, cum hoc tibi probandum eſſet, duo tantùm exempla ûſus iſtius apud avtorem Græcum adduxiſti ; eaqe (ſi accuratiùs diſpiciantur) qæ ad id, qo de agitur, evincendum, parum valeant. Neqe enim illud ἅτι ἐν παντὶ τῷ βίῳ *utpote* (non, qaſi) *per totam vitam*, ſimile qicqam habet cum illis, ἐν τοῖς προφήταις, & ἐν τῷ υἱῷ, qum in iſtis miniſterii ratio, in illo temporis ſpatium τῷ ἐν deſignetur. in alterius avtem loci verbis illis, Δεῖ ἀφικνόμενον Ἀθήναζε δίκην δοῦναι ἢ λαβεῖν, ὐκ ἐν ἄλλοις ποιῖν ἀλλ' ἐν τῷ δήμῳ ; τὸ ἐν non neceſſario *per* ſignificat ; ſed per *apud* reddi commodiſſimè poteſt. atqe ita vertit Leunclavius : *Athenas proficiſcendum, cavſamqe agendam, non apud alios, qam apud populum.* Itaqe neqe à Pſochenio in hoc tmematio allata, πρὸς τὸ προκείμενον qicqam faciunt ; neqe etiamſi facerent, τὸ ἀποφαινόμενον comprobarent.

CAPUT.

CAPUT. XIX.

Vocabula δύσφημα, *vitabantur priscis.* βεβίωκε, βεβιώκασι. Fuit, Vixit, *pro defunctus est. Plutarchus a Cruserio perperam redditus, à Campensi haud integrè citatus.* γέγονε, *Apoc.* 16. 17. *De Milesiis Proverbium. Oratio in istis elliptica, qandoqe suppleta.* Non esse, *pro mortuum esse.* οὐκ ἔτ' εἶναι. *et* οὐκ εἶναι. *Latinis*, Nullus sum, *&* Nulla sum. *Donati argutia supervacanea* οὐδεὶς ὢν, & οὐδὲν ὢν, *Græcis, qod* Nihili est, *Latinis:* Non esse, *pro defunctum esse, Hebræorum potius qam Græcorum idiotismus: et ab illis Evangelistæ.*

CAstigat superstitiosulos illos Epictetus dissert. l. 3. c. 24. qi mortis mentionem facere, puta, Αὔριον ἀποθανῇ, *Fieri potest ut cras moriatur*, de amico filiove dicentem, τῶν δυσφήμων εἶναι existimabant. Et veteres sanè incessit, an insedit, qasi religio qædam, ut vocibus malè ominatis consultò abstinerent. Itaqe de defuncto qopiam ubi verba fieri contigerat, *vixit*, avt, *fuit* inqiebant. Sic Tibull. l. 3. eleg. 5.

Sev erimus, sev nos fata fuisse volent.

Plavtus *Trucul.* 1. 2.

Ita pene tibi fuit Phronesium. ———

Allusit eô & Leno apud eundem Pseud. 1. 3.

Mortuus est qi fuit, qi est, vivus est.

Idemqe *Pers.* 4. 4.

Omne ego pro nihilo esse ducto, qod fuit, qando fuit.

Tanqam hominem, qando animam efflavit, qum eum qæras qi fuit

Et mox — *qid illum memorem, qi fuit?*

Sed &, *vixit*, pari notione rationeqe dixere. Itaqe qod ille apud Plavtum *Capt.* 3. 3.

Nunc illud est, cum me fuisse, qam esse, nimiò mavelim.

Alter apud eundem *Bacch.* 1. 2.

Vixisse nimiò satius est jam qam vivere.

Idem Plevd. 1.3.

Illicò vixit amator, ubi lenoni placet.

ubi Acidalius, pro *placet*, *ne placet*, mavult. Seneca *Epist.* 12. *Pacuvius, qi Syriam usu suam fecit, cum vino & illis funereis epulis sibi parentaverat, sic in cubiculum ferebatur à cenâ, ut inter plausus exoletorum, hoc ad Symphoniam caneretur,* βεβίωκε, βεβίωκε. *nullo non se die extulit. Hoc qod ille ex malâ conscientiâ faciebat, nos ex bonâ faciamus, & in somnum ituri, læti hilaresqe dicamus,*

Vixi, & qem dederat cursum fortuna, peregi.

qod Dido Virgiliana, *Æneid.* l.4. Et mox: *Qisqis dixit*, Vixi, *qotidiè ad lucrum surgit.* Cicero *ad Attic.* l. 12. Ep. 2. *Homini non recta, sed voluptaria qerenti, nonne* βεβίωται? hoc est, qod Apostolus ad Tim. ep. 1.c.5.v.6. ἡ σπαταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε. *Qa lascivia se dat, etiam superstes adhuc mortua est.* Idem alibi de se; *Sed mihi qidem* βεβίωται. Et de Catilinæ in conjuratione consortibus supplicio ultimo jam sublatis, *Vixerunt*: pro eo qod est, extincti sunt, qia *occisos* dicere odiosius videri poterat. qod narrans *in Cicerone*, Plutarchus, qi ἔζησαν reddidit, ὅτω δέ, inqit, Ῥωμαίων οἱ δυσφημεῖν μὴ βυλόμενοι, τό τεθνάναι σημαίνυσιν. nec tamen fideliter satis vertit ista Cruserius, *Ita Romani vitantes verbi atrocitatem interfectos significant esse.* qum de *mortuis* simpliciter usurpatum avtor ajat, verbiqe omen illos potius qam atrocitatem usurpatione eâ defugisse. Sed nec integrè lavdat doctiss. Dalechampius ad Plin. l. 28. c. 2. ubi sic refert, μὴ βυλόμενοι δυσφημεῖν, ἐξιέναι λέγυσιν τὸ τεθνάναι. codicem utiqe vir eruditus consulere neglexit. qod monere visum, ne σφάλμα μνημονικὸν hos cuiqam fravdi sit. Ευφημίας ejusdem rationem habuerunt, cum defunctos μακαρίτας, *beatos, felices* appellabant; & *beatum esse*, avt *benè habere* pro *defunctum esse* usurpabant. Plutarch. ad Appollon. Καλὰς ἐλπίδας ἔχειν σε δεῖ περὶ τῦ μακαρίτυ υἱῶς σῦ, ὅτι τύτοις συγκαταριθμηθεὶς συνέςαι. *Spes de filio tuo defuncto bonas habere te par est; qum horum in censum adscitus cum illis una futurus sit.* Julianus ad Hermogenem, à Budæo lavdatus; Ἐκείνῳ μὲν δὴ, ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, κυφὴ γῆ. *At illi, qum vita functus sit, terra levis esto*, Synes. Epist. 36. Εκκαιδεκάτη μηνὸς Ἀθὺρ, ὁ μακαρίτης Καςρίκι@, αὐτὸ τῦτο ἐγένετο. *Mensis Athur die undecimo, Castricius hoc ipsum, qod dici solet, beatus factus* (hoc est, feliciter defunctus) *est.*

est. Flaccus serm. l. 1. sat. 9. ——— *havd mihi qisqam.* (cognatorum scil. superstes) *Omnes composul. felices. nunc ego resto.* Ammianus l. 25. de Juliano: *Anatolium qæsivit, qem cum beatum esse Sallustius respondisset, intellexit occisum.* qo forsan respexisse potuit & Persius, ubi de defuncto sat. 3. v. 10.

——— *tandemqe beatulus alto compositus lecto.* ———

Cæterum superiores illas formulas accedunt propius Maroniana illa, *Æneid.* 2.

Venit summa dies : ———

——— *fuimus Troes, fuit Ilium & ingens*

Gloria Teucrorum. ———

Et l. 11. ——— *potuit qæ plurima virtus*

Esse, fuit. ——— Et Catullianum illud de Phaselo, Epigr. 4.

Sed hæc prius fuere. ———

qibus geminum esse observat D. Beza Apocalypticum illud c. 16. v. 17. Γέγονε. *Fuit.* Babylon scil. qæ est loci illius mens genuina. Nec non παροιμιῶδες illud,

Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

Fuere qondam strenui Milesii.

Qod tractum censet Ang. Politianus *miscel.* c. 88. à senario illo, qo de se canere soliti senes Spartani,

Ἄμμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι.

Lavdat Plutarchus *in institut. Lacon.* et in tract. *de lavde sui.* Proverbium illud usurparunt, Anacreon, teste Zenobio, & Aristophanis Scholiaste, Aristophanes in Pluto 4. 4. Synesius Epist. 81. Polemon item Dionysium Sophistam perstringendo, referente, *in vitis Sophist.* l. 1. Philostrato, sed aliter pavlo efferens, verbo nempe ad emphasin majorem iterato,

Ἦσαν ποτ', ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι.

originem illi tribuunt havd unam; de qo videri possunt Zenobius, Apostolius, Scholiastes Aristoph. ex Aristotele Athenæus, l. 12. & ex Athenæo Evstathius ad *Iliad.* ω. usurpari rectè monet Svidas, ἐπὶ τῶν ποτὲ ἀκμασάντων, νῦν δὲ ἀδυνάτων ὄντων, *de eis, qi olim viguerunt, nunc avtem imbelles facti sunt.* Itaqe in formulis istis, qod *fuisse* aliqando affirmatur, id jam adesse, avt existere amplius, tacitè negatur. Itaqe rectè Servius ad illud Maronis ex Æn. l. 11. *fuit.* i. e. *exhavsta & consumpta est.* Proinde plenius Aristophanes in *vespis*, allusione ad parœmiam illam factâ, senibus illudens,

Ὦ πάλαι ποτ᾽ ὄντες ἡμεῖς ἄλκιμοι μὲν ἐν χοροῖς,
Ἄλκιμοι δ᾽ ἐν μάχαισιν·
Πρὶν ποτ᾽ ἦν, πρὶν ταῦτα· νῦν δ᾽
Οἴχεται γε. ———

Strenui ô qi qondam eramus in saltationibus,
Strenuiqe in preliis.
Olim erant, olim ista, sed Nunc abiere. ———

Evripides itidem, qi in *Medeâ* ἐλλειπτικῶς,

Ἐρεχθεΐδαι τὸ παλαιὸν ὄλβιοι.

Olim fuere fortunati Erechthidæ.

In *Hecubâ* idem explicatius,

Κἀγὼ γάρ ἦν ποτ᾽, ἀλλὰ νῦν οὐκ εἰμ᾽ ἔτι

Olim fui qoqe ipsa, jam non sum amplius.

Et in *Troad.*

Πρὶν ποτ᾽ ἦμεν·
Βέβακεν ὄλβος· βέβακε Τροία.

Qondam eramus:
Fælicitas abiit; abiit Troja.

Et Naso, *trist.* l. 5. *eleg.* 8.

Nos qoqe floruimus: sed flos fuit ille caducus.

Qemadmodum avtem *fuisse* pro *vixisse*, dicebant, qosqe vel *fuisse*, vel *vixisse* dicebant, hos volebant jam non amplius superesse: ita *non esse* qandoqe pro *mortuum esse* usurpabant. de qâ formulâ sic Pfochenius Sect. 37. Matth. c. 2. v. 18. ὅτι οὐκ εἰσί. Syrus ולא איתיהון *qoniam non sunt. subavdi, in Vivis. videtur avtem,* inqit, *Evangelista expressisse Hebræum* איננו *vide* Gen. c.37. v. 30. הילד איננו LXX τὸ παιδάριον οὐκ ἔστι.

Certe qi expressisse negaverit, qod Jeremiæ c. 31. v. 15. dictum est כי איננו oculos sponte clavsisse hunc, pronunciaveris fidenter. Sed & cur Syrum potius interpretem, qam vatem citat Hebræum, cujus verba lavdat Evangelista?

Verum non est tantùm, inqit, *Hebrai sermonis hic idiotismus. Eodem enim modo loqi amat Evripides, in Hipplyto coronat.*

——— ἀπαλλαχθήσομαι
Βίου θανοῦσα· χαίρετ᾽· οὐκ ἔτ᾽ εἰμ᾽ ἐγώ.
——— *discedam ex hac vitâ*
Moriens; valete: non vivo ego amplius.

Ibid. Ἱππόλυτος ὐκ ἔτ' ἔστιν.

Hippolytus non amplius superest.

Et in *Alcest.*

Τέκνα, τέκν', ὐκ ἔτ' ἔστι,

ὐκ ἔτ' ἔστι μήτηρ σφῷν ἔτι.

O liberi, liberi, non amplius jam,

Non amplius vestra mater superest.

Et *in Supplic.* ——— ὐκ ἔτ' εἰσὶ σοί, μᾶτερ, τέκνα.

Non amplius tibi, mater, superstites sunt liberi.

Aristophanes etiam *Plut.* act. 1. sc. 2.

——— ὐκ ἔτ' εἰμ' ἐγώ.

nulla sum amplius. h. e. interierior. Qibus in Psochenii gratiam adjiciam senarium illum Aristophani in Ranis usurpatum, sed ex Evripidis *Oeneo* mutuatum, in qo etiam οἱ ὄντες *superstites*:

οἱ μὲν γὰρ ὐκ ἔτ' εἰσίν. οἱ δ' ὄντες κακοί.

Amplius enim isti non sunt: at qi sunt mali.

Possem qidem jure præscribere, formulam Evangelicam, & qæ in istis usurpatur, havd per omnia pariare; cum particula ἔτι, qod in his omnibus adjicitur, apud Evangelistam, sicut & in Hebræis illis, nulla existat. Sed Psochenio potius hic suppetias feram, & ex Thucydide exempla dabo, in qibus qum particula illa non compareat, cum phrasi Evangelicâ gemina facient. Apud hunc ergo l. 2. Pericles in orat. funebri; τῶν ὐκ ὄντων λήθη οἱ ἐπιγιγνόμενοι ποιεῖν ἔσονται. *futura soboles qibusdam oblivionem inducet eorum qi non sunt.* h. e. qi defuncti sunt. Et paulo post. τὸ γὰρ ὐκ ὄντα ἅπας εἴωθεν ἐπαινεῖν. *Eum qi non est*, i. e. mortuum, *lavdare qisqe solet.* Ubi Schol. τῶν ὐκ ὄντων, τῶν τεθνηκότων. & τὸ ὐκ ὄντα, τὸ τεθνηκότα. Sed nec Latini a formulâ istâ abhorrent. Cicer. *ad Attic.* l. 12. ep. 19. *Longum illud tempus, qum non ero, magis me movet, qam hoc exiguum, qod mihi tamen nimium longum videtur.* Cui affine est & illud Comicum, *Nullus sum.* &, *Nulla sum.* Plavt. *Mercat.* 1. 2. *Perii, nullus sum.*

Et mox. *Veh mihi misero, nullus sum.*

Et act. 2. sc. 3. ——— *nullus sum, occidi.*

Terent. *Evnuch.* 5. 7. *Nullus sum.*

Et *Hecyr.* 4. 1. *Perii, misera; nulla sum.*

Ad qem Donatus; *Plus est nullum esse, qam periisse. nam qi perit, vel corpus habet reliqum: qi verò nullus est, ita est acsi natus non sit.* Argutè nimis. Ut enim nihil dicam, eos qi morte nos in eâdem con-

 ditione

dirione conſtitui, ſtatuebant, in qâ eramus, anteqam in lucem prodiremus, (in qibus eſt & Seneca, qod ex ad *Lucilium* ſuum *epiſt.* 54. liqet) corpus tamen à morte reliqum nevtiqam negaſſe: nec avt ille, cum ibi diceret, *Mors eſt, non eſſe*; avt alii qivis, cum vel *nullus ſum*, vel, *non ſum ampliùs*, dicebant, in nihilum plane redigi ſe eis vocibus volebant.

Cæterum, ut lingarum rationes varias iſtic qoqe obſervemus; nec Græci hâc mente, ſed aliâ prorſus qam Latini, *Nullus ſum*, & *nullus eſt*, οὐδείς εἰμι, & οὐδείς ἐστι, dicunt, pro eo utiqe qod hi, *nihili ſum*, &, *nihili eſt*, dicerent. nec tam familiare Latinis eſt in ſenſu illo, *Non ſum*, avt *Non eſt*; qam, *nullus ſum*, &, *nullus eſt*: Nec tam freqens deniqe avt familiare eſt, vel Græcis, vel Latinis, ſoluti præſertim ſermonis ſcriptoribus, *non eſſe*, pro defunctum eſſe; qam eſt Hebræis, apud qos nihil ferè crebriùs occurrit. Geneſ. c. 5. v. 24. & c. 42. v. 13, 32, 36. bis. Job. c. 7. v. 8, 21. & c. 24. v. 25. & c. 27. v. 19. Hymn. 37. v. 10. 36. & 39. v. 14. & 59. v. 13. & 103. v. 16. Prov. c. 12. v. 17. Jer. c. 42. v. 10. Thren. c. 4. v. 29. Ezech. c. 26. v. 21. & c. 27. v. 36. & c. 28. v. 19. ut horum potiùs qam illorum idiotiſmus meritò dici debeat. Nec ab exteris illis, ſed à ſacræ paginæ interpretibus ſumpſit Evangeliſta; & ab Hebræis utriqe qorum verba ipſa vel vertunt vel lavdant.

CAPUT.

CAPUT. XX.

Πεινᾶν καὶ διψᾶν τὴν δικαιοσύνην, qid sit Matth. 5. 6. Lucas cum Matthæo conciliatus. Paupertas, & esuries, non simpliciter beatudinis caussæ procreantes, sed ejusdem non necessariò privativæ. Artemidorus à Psochenio frustra arcessitus. Δίψιον Ἄργος. πεινᾶν καὶ διψᾶν δικαιοσύνην; διψῆσαι ὕδατι διψῆσαι θεὸν, & πρὸς θεὸν, meri sunt Hebraismi. Suidæ lacuna supplenda. πεινᾶν καὶ διψᾶν, ut Latinum desiderare, *tam* carere, *sive* egere, *qàm* cupere *&* appetere. Fontes sitiunt. *Proverb. Lux hinc verbis Domini Ioan.* 4. 14. *&* 6. 35.

MAtth. c. 5. v. 6. Μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην. *Beati qi esuriunt & sitiunt justitiam.* h. e. inqit, Psochenius. Sect. 64. *μακαρίζει τοὺς τετρεγίνους, οἷς τισι μέγιστος τῆς δικαιοσύνης πόθος τε καὶ ἔρως ἐντέτηκεν. qi maximo justitiæ tanguntur amore & desiderio. ponitur nimirum sitire pro valdè desiderare. Idem hoc Artemidorus notat, dicens; τὸ μὲν γὰρ διψᾶν, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἐπιθυμεῖν. Loquntur autem ita Hebræi. Psal.* 42. v. 3. צמאה נפשי לאלהים LXX. ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν θεόν. *Sitiens est anima mea Deo. Loquntur ita etiam Græci; & Lucianus in Dialogo* Ἔρωτες. καὶ μοὶ σφόδρα διψῶντι τοιαύτης ἀνέσεως. *Et mihi valdè sitienti ejusmodi relaxationem. Et Cicero pro Planc. Sitientem me virtutis tuæ deseruisti.* Hæc ille. Qibus adjicere poterat Cyri dictum illud memorabile, qo animi liberalis & munifici affectum egregiè depinxit Xenophon *institutionis* suæ l. 4. extremo. Ἀλλ' ἔγωγε καὶ δίδωμι, καὶ χάριν εἰδέναι σοι πλείω ἔχειν, ὅτι ἔλαβες, ἢ σὺ ἐμοὶ, ὅτι λαμβάνεις. οὕτως ἐγὼ ὑμῖν διψῶ χαρίζεσθαι. *Ego verò do tibi istud: majoremqe me tibi gratiam*

debere avtumo, qod petieris, qam te mihi, qod acceperis. adeò ego vobis sitio gratificari. Et Ciceronis illud de Orat. l. 3. *Pavllum, sitiens istarum artium, de qibus loqor, gustavi.* qod imitatus Gellius l. 12. c. 2. *hominem avarum, & avidum, & pecunia sitientem.* pro eo qod l. 3. c. 1. *pecuniæ* nunc *cupidum*, nunc *cupientem* dixerat.

Verum primò, de sensu loci illius in Evangelio ambigi non immeritò potest. Siqidem etsi cum veteres, tum & recentiores pleriqe in eâ, qæ hîc ponitur, mente sumant; non desunt tamen, (qod Mart. Chemnitius monuit, harmon Evang c. 51. Et ex eodem Guil. Perkinsus noster, de serm. Dom. in monte.) qi interpretentur, vel *de eis, qi cum magno animi dolore vident, refrigescente charitate, abundare iniqitatem, ac ex vero meroqe zelo optant & qærunt justitiam, sev emendationem: vel* (qod magis probabile videtur) *de piis, qi in hoc mundo jus suum contra improborum calumnias & violentiam obtinere non possunt, sed coguntur esurire & sitire justitiam.* Certè Lucas c. 6. v. 21. de esurie loqitur corporeâ; οἱ πεινῶντες, *qi nunc esuritis*, esurie laboratis. possuntqe duorum Evangelistarum verba hoc modo commodissimè committi: ut utrumqe dixerit Christus, *Beati estis, qi, dum istic oppressi, esurire cogimini, justitiam vobis fieri adversus eos, qi vos opprimunt, frustra esuritis & sititis: futurum est enim ut & satiemini, & jus vestrum, qod tam anxiè, sed incassum, nunc qæritis, ad satisfactionem plenissimam obtineatis.* scopumqe Christi in præcedentibus esse, oppressos consolari, observat etiam Vict. Strigelius. Sic in prioribus, qos *pavperes Spiritu*, i. e. humiles, dixit Matthæus; *pavperes* simpliciter Lucas dixit. q. d. *Beati estis pavperes mundo, qi & spiritu pavperes simul.* i. e. *humiles, estis: vel, modo spiritu qoqe pavperes*, i. e. *humiles, sitis.* neqe enim pavpertati assidet semper humilitas. Scite Bernardus: *multi humiliantur, nec sunt humiles.* Ita pavpertas, & esuries non hîc considerantur, tanqam cavsæ beatudinis, sed tanqam impedimenta ejusdem, qæ videantur, nec existant tamen. sensusqe salvatoris est, *Beati vos pavperes, & esurientes; non qod, sitis, sed qamvis sitis tales.* atqe hæc obiter de sensu loci, & historiæ Evangelicæ consensu.

Denique Artemidori verba qod attinet, qæ è Stephani thesavro mutuatus videtur Pfochenius; aliud plane sonant qam ipse censet: qod & avtore consulto facile animadvertisset. Sunt ex Scriptoris illius ὀνειροκριτικῶν l. 1. c. 68. qo loco non refert is, qid τὸ διψᾶν verbum

bum significet, avt qomodo vocabulum hoc usurpetur: sed qid ipsum *sitire* sit. ait enim, *sitientem in somnis bibere*, *favsta indicationis* esse. *sitire verò, nec reperire qi sitim sedet*, *infavsta*; nec pro voto ac cupiditate res successuras significare. qia nempe *sitis cupiditas est*, & τὸ διψᾶν ἐπιθυμεῖν. atqi his verbis non magis indicatur metaphoricus vocabuli istius usus, qam Aristotelicis illis *de animâ* l. 2. c. 3. πεῖνα δὲ ϗ δίψα ἐπιθυμία, ϗ ἡ μὲν πεῖνα, ξηροῦ ϗ θερμοῦ. ἡ δὲ δίψα, ὑγροῦ ϗ ψυχροῦ. avt Platonicis illis *polit. l.* 4. ἐπιθυμιῶν τι φήσομεν εἶναι εἶδος, ϗ ἐναργεστάτας αὐτῶν τούτων, ἥν τε δίψαν καλοῦμεν, ϗ τὴν πεῖναν. qibus illi verbis rerum ipsarum naturam, non usum vocabulorum definiunt. poterat illud potius Hesychii adduxisse, Διψᾶν, τὸ ἐπιποθεῖν. unde Aristarchus voluerit δίψιον Ἄργος Homero dictum, non qasi ἄνυδρον, qod Hesiodo dicitur, sed qasi ἀειπόθητον.

Deniqe ut detur τὸ πεινᾶν ϗ τὸ διψᾶν pro ἐπιθυμεῖν σφόδρα non esse Hebraicæ lingvæ peculiaria; (qod an qisqam dixerit, mihi planè incompertum est.) sed Græcis etiam Latinisqe avtoribus usitata. at formula illa πεινᾶν ϗ διψᾶν τὴν δικαιοσύνην, pro *justitiam* (qoqo modo sumas) *Esurire & sitire*; eaqe itidem, qæ ex LXX adducitur, διψῆσαι τὸν θεὸν, & πρὸς τὸν θεόν. Hymn. 42. v. 2. & 63. v. 2. pro *Deum sitire*. Et illa insuper Exod. c. 17. v. 3. διψῆσαι ὕδατι, pro *aqam sitire*; qibus illi συντάξεσι τὸ ל Hebraicum exprimere voluerunt; sunt ab usu Græcorum planè alienæ. qi θεοῦ, ὕδατος, ϗ δικαιοσύνης πεινῆσαι ϗ διψῆσαι dicerent, qo modo & ἐπιθυμῆσαι & ὀρέγεσθαι; Sic enim Homerus Odyss. *ν.* v. 137. Σῖτα δ' οὐκέτι φῆ πεινήμεναι, *cibum amplius esurire*, sive, *desiderare*, *se negabat*. Pindarus *Nem.* 3. Διψῇ δὲ πρᾶγος, ἄλλο μὲν ἄλλου i. e. ut Schol. Ἐπιθυμεῖ ἄλλο μὲν ἄλλου πράγματος. recte. subjungit enim, ἀεθλονικία δὲ μάλιστ' ἀοιδὰν φιλεῖ. ut διψῆν idem sit, qod φιλεῖν. nam appetimus, qæ diligimus. Aristot. *de cæl.* l. 2. c. 12. διὰ τὸ φιλοσοφίας διψῆν. *eo qod philosophiam sitiat*, vel, *philosophiæ sitiens sit*. Xenoph. in *Sympos.* Αἰσθάνομαι δὲ ϗ τυράννους τινὰς, οἳ οὕτως ἂν πεινῶσι χρημάτων, ὥστε ποιοῦσι πολὺ δεινότερα τῶν ἀπορωτάτων. h. e. *qi esuriunt pecunias*. Plato *polit.* l. 8. de civitate Democratica, πόλις ἐλευθερίας διψήσασα, *libertatem sitiens*, i. e. avidè expetens, *civitas*. *Plut. de irac. coerc.* Τροφῇ μὲν ὁ πεινῶν κατὰ φύσιν χρῆται· τιμωρίᾳ δὲ, ὁ μὴ πεινῶν, μηδὲ διψῶν αὐτῆς. *Alimento qidem esuriens naturaliter utitur; suppliciis verò, qi illud nec esurit, nec sitit.* Clem. *Pædag.* l. 2. c. 10. διψῶσα τοίνυν ἡ ὑστέρα παιδοποιίας προσίεται τὸν σπόρον. *generationis sitiens*, sive *appe-*

 tens,

tens, uterus, semen admittit. Demosthenes apud Svidam. *διψῶ τὸ κώνειον cicutam sitio, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῶ cupio, appeto.* nam qod Svidas idem, Διψῶ, αὐπαπκῶ, τὸ ἐπιθυμῶ. respexit, puto, & adjecerat, qod jam intercidit, locum illum ex versione Græcâ Hymn. 63, v. 2. *ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου. sitivit te anima mea.* hujus enim avt gemini alicujus loci, interpretamentum sunt, qæ in Svidæ codicibus statim artexuntur. qale & *διψῶ τοὺς λόγους.* qod ex avtore innominato affert Favorinus.

Verùm obiter hîc alia notanda verborum *πεινᾷν καὶ διψᾷν* significatio. qemadmodum enim Latinis verbum *desiderare*, tam *carere*, sive *egere* re aliqâ, qam & *cupere*, sive *appetere* significat; sic & *πεινᾷν* Græcis. Apud Xenophontem *institut.* l. 7. de Hyrcanis Cyro Artabazus: *πρῶτοι ἡμῖν φίλοι ἐγένοντο, καὶ μάλα πεινῶσι συμμάχων. Hi primi nobis amici facti sunt, cum auxiliarium valde esuriremus.* h. e. auxiliarium penuriâ multum laboraremus. Et est sane phrasis κομψοτάτη καὶ ἐμφαντικωτάτη. q. d. *tantâ auxiliarium laborabamus penuriâ; ut qemadmodum esurientibus qicqid se offert gratum est; ita qorumcunqe opem, atqe amicitiam oblatam amplecti, & beneficii loco habere, prompti admodum essemus.* Græcismum hunc imitatus est Apuleius lib. *de Deo Socratis*; ubi de divite imperito, *In suis divitiis inops, egens, pavper, veræ beatitudinis, id est, secundæ vitæ & prudentiæ fortunatissimæ, esurit & sitit.* ubi *esuries* et *sitis*, non *desiderium* & *appetitum*; neqe enim boni veri is in istis est; sed *inopiam* & *egestatem* designant. Nec aliud sonat ποιημῶδες illud à Cicerone usurpatum ad Q. Fratrem l. 3. ep. 1. *Ipsi fontes jam sitiunt.* h. e. aqæ penuriâ laborant, aqâ destituuntur planè. Sed nec aliter accipiendum, qod Dominus Capernaitis, Joan. c. 6. v. 35. ὁ ἐρχόμενος πρός με, οὐ μὴ πεινάσῃ· καὶ ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ μὴ διψήσει πώποτε. *Qi accedit ad me, nevtiqam esuriet: Et qi confidit mihi, nevtiqam sitiet unqam.* neqe enim simpliciter sumi potest, omnem deinceps pabuli cælestis sublatum iri appetitum. siqidem sitiebat Deum, & qi cum accesserat, eidemqe fidebat, vates, Hymn. 42. v. 2. & 62. v. 1. Verissimumqe est, qod sub sapientiæ personâ Sirachides c. 24. v. 24. οἱ ἐσθίοντές με, ἔτι πεινάσουσιν· καὶ οἱ πίνοντες, ἔτι διψήσουσιν. *Qi me comederint, esurient amplius: & qi biberint, amplius sitient.* Sed hoc velle videtur, nunqam fore, ut ad boni veri inopiam ac indigentiam denuò redigantur. qo sensu sumendum & qod mulieri Samaritica idem Evangelii ejusdem c. 4. v. 14. ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ

ἐγὼ

ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. *qisqis ex aqâ illâ, qam ego ei daturus sum, biberit, neqaqam sitiet in æternum.* h. e. nunqam penuriâ aut inopiâ aqæ cælestis laborabit deinceps. cujus ratio subjungitur: qia aqa ntiqe, *qam illi dedero, fiet intra ipsum* πηγὴ ὕδατος ἀλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον, *fons aqæ scaturientis ad vitam æternam.* intra se fontem cum perennem habeat, nunqam deerit, qod vitæ spirituali sustentandæ animæqe reficiendæ sufficiat. ejusmodi est enim *aqa* ista, qæ *reficiat nec deficiat* unqam, ut scitè Beda.

CAPUT. XXI.

Participia passiva pro adjectivis in* bilis *Hebræis usitatissima, teste Psochenio. Ne sit tamen* Hebraismus, *sed Græcorum ac Latinorum qoqe idiotismus, loca duo proferuntur, ex Homero alterum, alterum ex Virgilio. Homeri loco locus istic nullus. Homerus ratione non unâ à Psochenio depravatus, perperam habitus, perperam redditus. Hebræis usus ille ideò freqentior, qia verbalium ejusmodi penuriâ laborant.

SEct. 67. *Nihil est*, inqit, *usitatius apud Hebræos, qam qod participia passiva Niphal, ponantur pro nominibus in bilis. ut Prov.* c.21.v.20. אוצר נחמד LXX. θησαυρὸς ἐπιθυμητὸς *thesaurus desiderabilis, &c. Sic Gal.*c.2.v.11. ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. *qod esset condemnatus. h. e. condemnabilis. Sed sic dicit Homer.* Il. α. v. 388.

ἠπείλησεν μῦθον, ὃ δὴ τετελεσμένον ἐστί.

Minatus est verbum, qod jam perficibile est.

Et sic loquuntur etiam Latini. Virgil. Æneid. l. 8.

——— *pictis conspectus in armis.*

Prævaricari poterat videri hîc Psochenius, nisi tam obstinatè cavsam, qam consultò suscepit, ad finem usqe proseqeretur. *Nihil est*, inqit, *usitatius apud Hebræos. Sed & Homerus*, Poeta scil. aliqando

dò *sic locutus est. Et sic Latini qoqe loquuntur.* Nam *Virgilius* Poeta & ipse, semel sic locutus adducitur. An Hebræorum idiotismus esse negabitur, qo nihil apud Hebræos est usitatius? Græcorum, avt Latinorum esse censebitur, cujus ex omnibus utriusqe lingvæ, qi sermone communi scripsere, avtoribus, ne unum qidem exemplum producitur? unum tantùm in alterutrâ, ex ejusmodi scriptoribus, qi præter usum communem, metri ratione etiam sæpenumerò id exigente, sibi multa concedunt? Verum qid si è Græco scriptore illo nihil qicqam, qod huc faciat, allatum sit? an non tota hæc periocha Pschenio jure merito inducenda fuerit? reverâ ita planè se res habet. Mitto, qod τετελεσμένον, pro τετελεσμένος posuit; qod comma post μῦθον collocavit, cum colon forsan debuerit; qod ὃ verterit, *qod*; unde, cum relativum esse existimaret, factum videtur, ut τετελεσμένον pro τετελεσμένος posuerit. qanqam neqe id necesse fuerat, etiamsi relativi vim, ὃ pro ὃς, qod Evstathius censuisse videtur, istic haberet. certè τετελεσμένος hoc loco non est *perficibilis*, sed *perfectus, completus*, in actum & exitum deductus. ita Evstathius, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστὶ, ἤγουν, ὃς δὴ τετέλεσται. Vertendum itaqe. *Sermonem comminatorium emisit: is avtem jam executioni datus est.* vel etiam, *rem minatus est; qa jam etiam est confecta.* Erat reverâ, cum id proloqeretur Achilles. Deniqe cum nihil usitatius esse apud Hebræos agnoscat; nec adeò vel Græcis vel Latinis etiam sit familiare, illorum potius (opinor) qam horum idiotismus habebitur; ad qem adigit etiam necessitas qædam, qia verbalium ejusmodi laborant illi inopiâ, qæ copiosissima istis suppetunt.

CAPUT.

CAPUT. XXII.

Avtoribus ea affingere Psochenium, qæ nulli dixerint, suspitio. Ἐν ἀρχῇ, *Ioan.* I. I. *Mosis verba prima alludere, Hejnsius.* Ἐν ἀρχῇ, *pro* in exordio operis, *Græcis dici ex Luciano, ostendit Psochenius. ecqid ad rhombum?* Τὸ ζητεῖν, *pro* studere, studiose qærere, בקש *Hebr. respondere monet Beza. Græcis sic qoqe usurpari Psochenius ostendit. qod ille non negat. Evangelistæ ab his, an ab illis habuisse probabile?* τὸ θεωρεῖν, *pro* videre *in N. T. tantum qi opinantur usurpari, falli pronunciat Psochenius, LXX interpretes accersit. absqe his Isocratem solum, ejus verba aliud potius insinuant.* ὅτι *pro* διότι, qare; qomodo. כי *Hebr. usurpari pariter, Beza. Hibraismum esse negat Psochenius, adducto Homeri loco, qem Beza ipse citaverat.* ὅτι *eo loci,* unde, *potius, qam* qare. *locus aptior à de Dieu allatus.* Ἀλλὰ, *pro* εἰ μὴ nisi. *Græcis priscis in usu fuisse, qo probet Psochenius, Herodianum solum advocat, ævi inferioris Scriptorem. & frustra advocat, qia non necessariò sic explicandus. Foetæ locus ex Plutarcho geminus; mendo liberatus.*

Consultissime egisset Psochenius, si ad avtorum, qorum placita notat, loca digitum intendisset; qo calumniæ vel notam, vel suspicionem saltem, defugeret; cui culpæ, vereor, ne affinis qandoqe fuerit. Neqe enim seqitur, ut siqis formulâ hâc vel illâ, avt phrasin aliqam Hebraicam æmulatum scriptorem, avt Hebræi scriptoris locum aliqem respexisse vel expressisse, dixerit: ideò dictionem illam, qecunqe ea fuerit, pro mero Hebraismo statim habuerit. Ejusmodi avtem pronunciata, arripuisse

sæpiùs videtur Pfochenius, unde palum erigeret, ad qem sese exerceret, & vires suas experiretur; lectionis saltem variæ specimem aliqod exhiberet. Ex hoc genere videri potest, qod sect. 68. habet ex Joannis c. 1. v. 1. ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. *In principio erat sermo*; qod idem rursus v. 2. et Act. c. 11 v. 15. *Sed estne*, inqit, *hæc phrasis Græca? non videtur; sed Græciensis, sed Græcanica. namqe exprimit Hebræum* בראשית *Genes.* c. 1. v. 1. *ubi LXX* ἐν ἀρχῇ. Sed *numqid & Lucianus Græciensis fuit, & vix Græcè scripsit? Sic certè ille loqitur, in* μακροβίοις. tum prolixam satis ex opere Lucianeo illo periocham attexit, in qâ de Aristobulo verba novissima sic habent, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ πραγματείας λέγει. At verò qis tandem, ὦ φιλότης, negavit, ἐν ἀρχῇ, pro *in exordio*, seu *in initio* Græcè dici? Hejnsius reverâ in *exercit sacr.* c. 3. de Evangelistæ verbis illis agens, *Svavissima*, inqit, *haud dubio est parodia, e Geneseos initio desumta*; Et mox; *Venustissima est allusio.* Sed qid hoc, avt ejusmodi qippiam, ad id, qod de *phrasi, non Græcâ, seu Græciensi, sed Græcanicâ*, ludendo illudit nobis Pfochenius? multum itaqe hîc pulveris incassum excitatur, ubi nullus antogonista est, qîcum manus conferantur.

Eodem referas licet, qod sect. 66. habetur. Qum enim Beza ad Marc. c. 12. v 12. ad notasset, τὸ ζητεῖν, pro eo qod Latini dicunt *studere, affectare, studiosè qærere, positum, verbo* בקש *Hebræorum respondere.* Pfochenius, qô probet, qod nemo, qod sciam, Beza certè nullus, negavit; e Græcis scriptoribus loca varia producit, qibus τὸ ζητεῖν eodem sensu usurpatum reperitur. Lavdo diligentiam; industriam amplector; qiâ ex scriptis profanis sacra illustrantur. Verum nihil hoc ad illud qod Beza affirmat. nec à Græcorum potius, Matthæum, qi Syriacæ lingvæ magis aslveverat, qam ab Hebræorum sermone, τῷ ζητεῖν usum istum havsisse, verosimile videtur.

Qin & Sect. 69. *Qicunqe*, inqit, *in solo N. T. arbitratur* τὸ θεωρεῖν *significationem habere videndi, maximè fallitur. namqe in eodem significatu occurrit hæc vox in veteri fœdere apud* LXX *interpretes: occurrit & apud alios profanos avtores.* At ecqis ille, qæso, qi arbitratus est, in solo N. T. τὸ θεωρεῖν sic sumi? Tum qi *Græciensi sive Græcanico* isto, qem dicis, charactere Novi Instrumenti scriptores usos contendunt, an non de *Interpretibus Græcis* illis idem statuunt?

tuunt? Et certè apud utrosqe hos freqentissimus est verbi istius usus iste; apud Græcos priscos, siqis, rarus admodum. nam qod tu unicum ex Isocratis Evagorâ affers; ὅθεν κ̓ μάλιϛ' ἄν τις τ̃ φύσιν τ̃ ἐκείνε ——— διαγνοίη. poteſt æqè fæliciter, avt etiam aptiùs ac commodiùs, *deprehenderit*, avt *perspexerit*, qam *viderit*, reddi. qo modo θεωρεῖν τ̃ τρόπον Demosthenes dixit *Olynth.* 1. pro *modum rei perspectum habere.*

Sect, 72. qia Beza ad Marci. c 9. v. 18. monuerat ὅτι, *cur*, novè pro δι' ὅτι dici, & particulam כי apud Hebræos interdum etiam interrogativè usurpari. Pfochenius, *Fortassis*, inqit, (qasi hoc Beza dixisset) *Hebraismus est. Sed qis docuit hunc Hebraismum Homerum, ubi* Odyss. 19. v. 464. *hunc in modum etiam* dicit,

——— ἐξερέεινον ἅπαντα

οὐλὴν ὅττι πάθοι. ——— *hic sanè res ipsa loqitur*, τὸ ὅτι exponendum *per qare*, *cur*. At primò Pfochenium interrogare licuerit, ah ab Homero Evangelista hunc τοῦ ὅτι usum acceperit. Tum, non ideò seqitur nescivisse Bezam apud Homerum aliosqe etiam Græcos avtores, qanqam minùs usitatè, ὅτι, sic sumi, qia כי Hebræorum ita qandoqe monet usurpari. nam & idem ipse ad capitis ejusdem vers. 11. Ὅτι, inqit, *particula aliqando pro διότι accipitur, etiam indefinitè, sicut post*, vers. 28. *Sic etiam apud Homerum*, &c. atqe hunc ipsum locum producit. ubi tamen vertendum potiùs videatur, *scitabantur cicatricem unde*, *qam*, *cur*, vel *qare*, *haberet.* Sed locum luculentiorem ad vers. 28 adducit D. de Dieu. ex eodem, *Iliad.* 1.

Ὅς κ' εἴποι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Qi dicat, Phœbus cur tantopere irascatur.

Sect. 74. Marc. c. 9. v. 8. ἀλλὰ *sed*, pro εἰ μή, *nisi*, sicut & alibi usurpatur; prout & אלא Syris; qod ex לא [illegible]א conflatum opinatur Piscator; & τοῦ ἀλλὰ Græcorum originem dedisse, Caninius. Verum qærit, an *hoc ab Hebræis fluxerit*, Pfochenius. ipse aliter censet, qia apud Herodianum in *Pertinace* eundem τοῦ ἀλλὰ usum reperit, verbis illis, Αἴτιος δὲ τοῦ τοιούτε θανάτε ὐκ ἔϛιν ἄλλος, ἀλλ' αὐτὸς αὐτῷ. *causa mortis hujusmodi nullus fuit alius, nisi ipse sibi.* Cui poterat geminum illud poetæ incerti adjecisse, ex Plutarcho *de tranqill.*

 ὐκ

ἔπτ᾽ ἐμοὶ γ᾽ τῷ ἄλλων ἐπαίτι@, ἀλλ᾽ ἐγὼ αὐτός.

ubi pro ἄλλων, leg. ἄλλ@, metro svadente, sed & sensu exigente; est enim τῶν pro τίνων.

Extitit horum alius mihi nemo, nisi ipsemet, avtor.

sive,

Nemo, nisi ipse, mihi qisqam culpandus ob ista.

Qanqam non deerunt forte, qi dicturi sint, ἀλλὰ istic utrobiqe inusitato significatu adhiberi, & subesse ellipsin aliqam. q.d. *mortis ejusmodi illi avtor* (ita enim malim αἴτι@, qam cavsa reddere) *nemo alius fuit; sed ipse sibi* scil. *avtor extitit*. Et, *nemo alius avtor horum*, sive *nemo alius, mihi incusandus ob ista, sed egomet ipse*, solus scil. *in culpâ sum.* nec tam proprius istic τῷ *nisi* locus. Est enim exceptivum; cujus munus est ex prænominatis aliqem aliqidve exceptum indicare. qod istic non fit; qum ex alienis ipse non sit. Itaqe nec satis commodè huc trahi videtur Herodiani locus ille; qum non sit necessariò ἀλλὰ pro εἰ μὴ eo loci sumendum. nec si id daretur, priscis Græcis usitatum id inde seqeretur, cum Apostolicis temporibus multo fuerit inferior avtor ille. Et à Syris potiùs suis, qibus id opidò familiare, qam a Græcis priscis, qibus in usu fuisse nullus probat Pfochenius, scriptores sacros hoc sumpsisse vere simillimum existat.

CAPUT. XXIII.

Anselmi nomen, qæ Hervæi sunt, præferunt. Δῶμα *pro* tecto *Evangelistas à Græcis V.T. Interpretibus sumpsisse, dicitur. Græcis priscis sic usurpatum ex Æsopi fabulis probatum it Pfochenius. Æsopum qicqam scripsisse havd constat. Fabulæ Æsopicæ dicuntur, & qæ illius non fuerant. Ab inferioris ævi hominibus, qæ illius feruntur esse, collecta, & concinnata. Cum Pradensi* Domno *Hispano congressus. Tectorum & ædificiorum forma apud Populum Iudæum.* Δῶμα *&* δῶ *nomina antiqa; sed pro* tecto *antiqitus nusqam usurpata. Nec qicqam adducit Pradensis, eò qod faciat.*

Δῶμα

Δῶμα tectum *primò*, ædes totas *dein figuratè*, *nec origo vocabuli*, *nec usus docent.* Domi esse, *qa ratione dicatur. Pradensis commentum futile exploditur. H. Stephani paradoxon rejicitur. Voßii de ellipsi opinio probatur : ejusdem elogium. halucinatio in loco qodam Terentiano.* domi *nunc adverbiale, ut* οἴκοι, *nunc nominis instar. Latius sumptum* domi forisqe, & domi belliqe.

SEct. 75. Matthæi illud c. 10. v. 27. *ἀπὸ τῶν δωμάτων. super tectis.* Non *Anselmus* (neqe enim is est avtor enarrationum illarum Evangelicarum) sed Hervæus Anselmo longe posterior, *morem architecturæ in Palæstinâ usitatæ respicere avtumat.* (haud frustrà) Beza verò & Piscator *à Græcis V.T. interpretibus accepisse* adnotant. *Evangelistas*; ut *δῶμα*, qod Græci *αὐτὶ τῶ οἴκω* usurpant, pro גג Hebraico sumant; qo *στέγος tectum* designent, & ab *οἴκῳ* etiam distingvant. Et certè Græci illi interpretes rarò alitèr utuntur : Evangelistæ verò nunqam. videantur præter locum adductum, Matth. c. 24. v. 17. Marc. c. 13. v. 15. Luc. c. 5. v. 19. & c. 12. v. 3. & c. 17. v. 31. & Act. 10. v. 9. Verùm reclamat & hîc Pfochenius : rogatqe petulantèr satis, *nunqid ex LXX versione Græcâ fabulas suas descripserit Æsopus. namqe eodem*, inqit, *modo loqitur in principiis suarum fabularum, fabulâ*: Λύκος καὶ ἐρίφος. Ἔριφος ἐπί τινος δώματος ἑστὼς. &c.

Cæterùm unde nobis, qæso, probabit Pfochenius, Æsopum ipsum aliqid unqam scripsisse ? avt hanc etiam, qam refert ipse, fabulam Æsopum avtorem habere ? Ambigi meritò utrumqe potest. Siqidem fabulas commentum, eisdemqe usum creberrimè in conventibus Phrygiâ oriundum Æsopum, qibus delinitos suorum animos ad prudentiam, industriam, virtutem acueret, avtores gravissimos testes habemus. Videatur Gellius *Noct. Attic.* l. 2. c. 29. at scripto eas Græco idiomate comprehensas edidisse, avt siqas Græcè ediderat, eas ad nos, prout ipse scripserat, pervenisse, vix idoneum avtorem, qi attestetur, offendas. Aphthonium enim cujus paulò post verba dabimus, parùm moror. Tum non omnes ab Æsopo fuisse

 confectas,

confectas, qæ Æsopicæ appellantur, in confesso est. Aphthonius in *praexercit. de fab.* Νικᾷ δὲ (ὁ μῦθος) μᾶλλον Αἰσώπειος λέγεσθαι, τῷ τὸν Αἴσωπον ἄριστα πάντων συγγράψαι τοὺς μύθους & Theon. Αἰσώπειοι δὲ ὀνομάζονται ὡς ἐπίπαν, οὐχ ὅτι Αἴσωπος πρῶτος εὑρετὴς τῶν μύθων ἐγένετο, ἀλλ᾽ ὅτι Αἴσωπος αὐτοῖς μᾶλλον κατακόρως καὶ δεξιῶς ἐχρήσατο. Sed & Priscianus, *in art. praexcercit. Omnes avtem communitèr Æsopia nominantur; qoniam in conventibus freqentèr solebat Æsopus fabulis uti.* Fabius ipse deniqe *institut.* l. 11. c. 11. *Illa qoqe fabulæ, qæ etiamsi originem non ab Æsopo acceperunt, nomine tamen Æsopi maximè celebrantur, ducere animos solent, præcipuè rusticorum & imperitorum.* Fabulas itaqe, qæ Æsopi nomine vulgò circumferebantur, qum tamen patrem Æsopum earum aliqammultæ nevtiqam haberent, cum pueris maximè instituendis imprimis utiles viderentur, qia ætas illa fabellis plurimùm oblectari consveverit, in fascem unum seculis insecutis, collectas sedulò compegerunt viri docti, & Græco alii, alii Latino, soluto alii, serto alii sermone expresserunt. eisqe insuper, vel ab aliis acceptas, vel ex ingenio suo confictas adjecerunt, haud pavcas. Hoc de se ingenuè profitetur Phædrus, qem Avienus *præfat.* ad suas, ait, *harum* (fabularum utiqe Æsopicarum) *partem aliqam qinqe in libellos resolvisse.* sic enim is in *exordio lib.* 3. *Librum exarabo tertium Æsopi stylo.*

et mox, de Æsopi fabulatoris instituto qædam locutus,

Ego porro illius semitâ feci viam.
Et cogitavi plura qam relliqerat;

ubi forsan pro *semitâ, semitam* legendum; & pro *& cogitavi, excogitavi. ex semitâ viam,* sive *semitam viam facere* dici potest, qi dilatat rem aliqam, & ex angustiore additione factâ ampliorem efficit. Hinc factum, ut fabulas nec easdem omnes denarrent, nec eodem ordine describant. Certè qam Plochenius in codice suo sedem primam occupasse insinuat, ea nec in Babrii Gabriæ, an Ignatii, (nam & de avtore, & avtoris etiam nomine in diversas partes itur) nec in Phædri fabulis usqam comparet, qorum uterqe iambis, sed Græcis alter, alter Latinis, vinctas dedere nobis fabulas Æsopicas; sed nec in eis, qas libero sermone exhibuit Lavr. Valla. In eis avtem qæ Maximus Planudes Græcè edidit, postremum ferè locum sortita est; tantum abest, ut libri principium occuparit; estqe fortasse à Planude ipso vel confecta, vel conscripta. Proinde, ut nihil dicam, non fuisse necesse, ut avtor fabulæ istius qisqis is fuerit, *suas ex LXX*

versione

versione fabellas describeret; (qod viro pio graviqe minus dignum est scomma,) si vocabulum aliqod præter usum Græcorū adhibitum ab eis fuisset mutuatus: nihil adfert Psochenius, qo probet, vel ab illis vocabuli illius usum hunc Evangelistas non accepisse, vel à Græcis priscis idem eodem sensu usurpatum; cum avtor iste Apostolorum & Evangelistarum ætate inferior multo merito censeatur; nec qod antiqitatem ei afferat, qicqam allatum sit.

Verum istic mihi non cum Psochenio solo, cum *Pentecontarcho* (id enim Tituli scripto suo visum est dare) *Don Laurentio Ramirez de Prado* manus fuerint conserendæ. Is operis sui illius, qod tantâ cum pompâ prodiit Cap. 27. *Sunt*, inqit, *qi asserant in Novo Testamento voces esse Græcas non merè Græcas, sed effictas ab Apostolis; ex qarum numero sit* δῶμα, *qa in cap.* 10. *Act. n.* 9. ἀνέβη Πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα. Hunc ad qem se exerceat, ubi palum erexerit, adoriturus sic pergit. *Qi faciliùs ducunt ea, qa ignorant, extra pomerium Græcæ lingva, tanqam monstra amandare, qam consulere doctiores, ut docti ipsi evadant.* Hæc ille; pro fastu Hispano satis Verum doctum hunc nos docentem avdiamus pavlisper indocti, qo à docto isto, edocti meliùs, doctiores evadamus, *Est* δῶμα, inqit, *tectum* Matth. c. 10. n. 27. Luc. c. 12. n. 13. & c. 17. n. 31. &c. *Tectum avtem erat superior pars adium, & sine fastigio plana. Clarè D. Hieronymus*, &c. *Et sic explicat D. Ambrosius*, &c. Atqi; τὸ πλαδωμαθίσαι; hoc & ante te natum norant, qos tu indoctos hîc indigetas. nec erat opus, ut *Divos* huc advocares, avt avtores etiam tot profanos accerseres, qibus eorum hâc in parte ignorantiam, avt instrueres, avt coargueres etiam. Verùm ubi prolixâ admodum de *tectis* istiusmodi dissertatione paginas sex integras compleverat, concludit tandem. *Hæc ergò vox* Doma *antiqior est, qam Bibliorum interpres, & ipsi Apostoli.* An non ex præmissis elicienda fuerat conclusio ista? at in præmissis, cum ex avtoribus omne genus Græcis, Latinis, antiqis, recentioribus, poetis, rhetoribus, historicis, testimonia de *tectis* istiusmodi qam plurima, corrogaverit, nusqam avt δώματος avt *domatis* vocem pro *tecto* istiusmodi usurpatam offendit; exceptis tantum Græcis, qos LXX vocant, veteris Instrumenti interpretibus, *à qibus vocem hanc mutuatos Novi Scriptores* contendunt, qos doctor doctorqe iste flagellat, *indocti* illi.

Verùm & istis antiqiorem fuisse, tabulis obsignatis, in seqentibus loqidò demonstrabit. *Antiqi*, inqit, *Graci* δῶμα *&* δώματα *dicebant*.

dicebant. Theocritus. Idyl. *β.*

Ἴυγξ, ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

Apud Homerum passim, & per abscissionem δῶ. *Odyss.* 15. v. 423. & 431. ὑψερεφὲς δῶ. i. *alta domus.* & Illiad. 1. v. 426. χαλκοβατὲς δῶ. i. *area domus. Hesiodus in Theogoniâ prope finem,*

Ναίει χρύσεα δῶ δεινὸς θεός.

i. *incolit aureas ædes magnus Deus.*

ubi Scholastes; δῶ, δώματα κατ' ἀποκοπήν. Scilicet nesciebant indocti illi, δῶμα & δώματα pro *domo* sive *ædibus* usurpari; & nescissent adhuc, nisi insignis Domnus de Prado hoc eos istis commonuisset. At verò, ô illustrissime, si hoc avdis libentiùs, non δῶμα *vocem* negant illi *Græcam esse*; & multo minùs *ab Apostolis* eam ajunt esse *effictam*: (hæ sunt enim calumniæ meræ, cerebriqe commenta tui) sed usum hunc vocis, qo pro *tecto* propriè ac primario sic dicto sumitur, priscis Græcis ignotum & ab interpretibus illis sumpsisse affirmant Apostolos. Tu verò, qod erroris illos hâc in parte coarguat, ne verbulum qidem protulisti. tantum σκιαμαχίας & χειρονομίας, magnificè te extulisti; tandemqe, qasi non tam istis qam Grammaticorum grege toto, detriumphatis, de scammate discessisti. At te tanto cum fastu ovantem interim rident meritò Grammaticorum filii.

Domus, inqit, *sive Græcè* δόμος *avt* δῶμα, *non significat, qod Hispane dicimus* Casa; *nam id propriè ædes dicitur, sed partem superiorem ædium, vel solarium, vel tectum; & à parte totum pro ædibus solet poni.* Verum unde patet δόμον & δῶμα *tectum* propriè denotare? vocis cujusqe mens propria, vel ab origine, vel ab usu dignoscitur. horum nevtrum istic Pradensi Domno suffragitur. non origo. δέμω, δέδομα, δόμος, δεδόμημαι, δόμημα, & contractius δῶμα, ab *extruendo* utrumqe dictum est. nunqid avtem apud Hispanos, avt terrarum ullibi, ædium *tectum* duntaxat extrui solet, reliqæ ædium partes exurgunt sponte suâ? Etiamsi ergo *tectum*, qod Latinis pro domo tota, sive pro ædibus ipsis integris qandoqe usurpatur, eam partem propriè ac primariò designat qod nunc ὄροφον Græci, nunc & στέγην appellant; tamen de Græcorum δῶ, sive δῶμα idem statuere, qod svadeat nihil est: qia notationis ratio in illo liqidò se prodit, qâ *tectum* est *à tegendo* sic dictum, qæ istic ejusmodi nulla comparet. de usu verò vix hiscere posse qenqam existimem, qi Græcè qicqam legerit. Et Pradensis ipse exemplorum satis produxit, qod

os,

os, vel sibi, vel alii cuivis, id avso statim obstruxerit.

Sed Plavtus, inqit, *in Casina diserte id explicuit, cum dixit*; insectatur omnes domi per ædes: *sic Hispani*, en las casas de la morada. i. e. *in ædibus domi*, *Et qum latinè dicitur*; Non est domi, *deest in ædibus*.

Expectabam aliqid, unde δόμος & δῶμα Græcis sic usurpari ostenderet; idqe perpetim ferè, usu obtinente. Sed videamus tamen id qod attulit: et Grammaticis hisce tricis immoremur pavlisper. *Domi esse*, qâ ratione dicatur.

Grammatici qærunt & adhuc sub judice lis est,

nî Pradensis dictamen in rem judicatam abierit. Henr. Stephanus in *Pseudo-Ciceroniano*, & *Roma* & *Domi casu tertio* vult utrumqe dici, ut sit *domi* contractius factum pro *domui*. credo, ut παράδοξοι singulare aliqod proferret potiùs, qam qod ita censeret; avt qo Malaspinæ, qi *secundi casus* dixerat esse, contradiceret. At V.C. Jo. Vossius, qo nemo rem Grammaticam accuratiùs excussit & explicuit, *casus* itidem cum reliqis censet esse *secundi*; formulamqe defectam; sicut *Roma*, pro *in urbe Roma*, ita *domi* pro *in loco domi*; sive, ut Gaspar Scioppius, qod Pradensi nostro favere videatur, *in ædibus domi*. *de construct.* c. 25. & c. 66. adducitqe etiam in append. Plavtinum illud ex *Casin.* act. 3. sc. 5. qod & Pradensis in rem suam trahere annisus est, *domi per ædes*, sed qâ ratione scil. formulæ id explicat? ut per *ædes domi*, vel *in ædibus domi*, sit *per ædes tecti*, sive *in ædibus tecti*? qis cerebri sani sic loqeretur, vel est unqam locutus qisqam? nihil minùs. *Ut domus*, inqit, *sit totum ædificium, ædes dicantur partes, ac conclavia singula. nempe ab adeundo, juxta Varronem, qia loca sunt distincta, qo acceditur.* mitto reliqa argutiora pavlò. sed qo Plavtum ex Plavto exponat, profert ex *Aulularià*, act. 3. sc. 2. illud, ——— *angulos omnis*

Mearum ædium & conclavium mihi per viam facitis.

Ista verò Domni Pradensis commento futili sunt ex diametro adversa. Ego interim optimè censuisse eundem virum doctissimum sentio, ubi *domi genitivum* esse statuit *adverbialiter positum*, *de analog.* l. 2. c. 17. Et reverâ *domi* Latinum respondet plane τῷ οἴκοι Græcorum. qod esse *adverbium* nemo iverit inficias. qanqam locus ille, qem vir idem doctiss. adducit ex Terentii *Eunucho*, act 4. sc. 7. ubi *domi focique* legitur, qod utrunqe in eadem ille classe statuit, aliò planè spectare videtur. verba sunt; ——— *Sanga uti fortes decet*

 Milites,

Milites, domiqe foriqe fide vicissim ut meminerit.
ad qem locum Donatus, si is est, *Domi & foci genitivi sunt.* rectè.
sed *adverbialiter usurpatum*, neutrum id qidem; cum à verbo *memi-
nerit*, qi casum hunc exigit, utrumqe regatur. Sic Plavtus Trinum.
ac. 4. sc. 3.

Non fugitivus est hic homo: commeminit domi.

Sed nec ratum itaqe haberi potest, qod vir idem clariss. sibi hac in par-
te adversatus, *de construct.* c. 25. affirmat, *foci* eò loci *pro foci loco
positum*, cum dictionis nec syntaxis id permittat; nec admittat sen-
sus.

Qanqam in locutionibus de qibus supra dictum est, illis, *domi* no-
men, *haud adverbium esse* inde contendit Charisius *Instit. Grammat.
l.* 1. *cap. de analog.* qia *pronomen* qandoqe *adjectum habeat.* Sic e-
nim Cato *contr. L. Furium*; *Domi meæ sæpe fuit.* Et Varro *de ling.
Lat. l.* 8. *ad eandem rationem*; *domi suæ qisqe ubi lavatur, balneum
dixerit.* Atqi nihil obstat, qo minus statuamus, nunc *adverbii*, nunc
nominis rationem induere. Verum de subtilitate istâ qicqid fuerit;
certè *domi esse*, vel *non esse* aliqem, ubi dicimus, num hoc volumus,
agit, vel *non agit in tecto*, sive *in tegulis*? an *sub tecto* potius, non
sub dio? Qin & *domi* simpliciter cum dicimus *esse* aliqem, non *ades*
has vel illas *aliqas* volumus, ut si *intra ædes* qasvis, qæcunqe ea
fuerint, propriæ an alienæ, tum is qem dicimus, egerit, *domi esse* in-
telligatur: sed peculiares propriasqe, cui consvevit, commorationis
locum eâ voce designamus. qod nos Anglicè peculiari vocabulo dici-
mus, *his home*. sed nec ad *ædes* ipsas, nedum ut ad *tegulas*, restrin-
gimus; sed etiamsi in horto, vel in areâ, vel in agro ædibus adsito a-
gat, hominem *domi esse* dicimus. imò latius, latiusqe adhuc dictionis
istius pomœria protollimus, ut etiamsi nec in ædibus, nec in fundo
etiam sit suo, *domi esse* dicamus, qi non peregrè agit. unde formulæ
illæ; *domi belliqe*, sive *domi duelliqe*, & *domi militiaqe*, & *domi foris-
qe*, Cicero *Tuscul.* l. 5. *Qorum virtus fuerat domi militiaqe cognita.*
Offic. l. 1. *Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi.* Plavtus *Asi-
nar.* 3. 2. ——— *qæ domi duelliqe male fecisti.*

Et *Captiv.* in *Prolog.* ——— *judices justissimi*

Domi, belliqe duellatores optumi.

de Mario Salustius in *Jugurth. Animus belli ingens, domi modicus.* Ve-
rum nos istis expediti, Pradensi misso, & ad Grammaticos vapulatum
ablegato, ad Pfosichemium nostrum redeamus;

CAPUT.

CAPUT. XXIIII.

Ὅτι ἐγώ εἰμι, Rabbinismum avt Hebraismum qi sapere censent, hebetudinis stupendæ arguit Pfochenius. *Ei qi sint, nullius dicit. respondet formæ Hebraicæ, Esai.* 43. 10. *cui cum Aristophaneo à Pfochenio allato* κοινὸν ἰδίῳ. *Rabbinismum in illis Ioan.* 1. 33, 34. ὅτε ἴδε. *qi latere avtument, non comparent.*

SEct. 76. Marci c. 13. v. 16. *illud,* ὅτι ἐγώ εἰμι, *Ego sum,* ait Pfochenius, *multos per Hebraismum, vel potius Rabbinismum, positum somniare, verèqe somniare. lippis enim & tonsoribus notum esse, populos qosvis, nedum Græcos solos, ita loqi.* qærit ergo, *qis ita stupidus, qis tam hebetibus sit oculis, ut non aliis qoqe lingvis hanc locutionem communem esse videat.* Certè qum nemo (credo) qisqam sit, qi non videat, digito designatos oportebat esse multos illos, qos tam stupidos, tam visus hebetis fuisse Pfochenius hîc insimulat. Mihi interim cum in neminem horum hactenus inciderim, qos tam multos Pfochenius prædicat, subit animum suspitio, fide minus sincerâ istic versatum ipsum; fieriqe posse ut e nostris qidam, non ἐγώ εἰμι simpliciter phrasin vel Hebræis, vel Rabbinis etiam peculiarem dixerint; sed formulam illam ellipticam, ὅτι ἐγώ εἰμι ubi nihil aliud adjectum reperitur, fæliciter admodum exprimere Hebraicum illud כי אני הוא Esaiæ c. 43. v. 10. qod in veteri codice nonnunqam occurrit, & cui nihil geminum hic adduxit Pfochenius. nec verò satisfacit, qod solum videri qeat, ex Aristophane illud, ἐκεῖνος εἰμὶ ἐγώ. qia responsionem comprehendit qæstioni subjunctam, unde necessario ex usu communi suppletur qicqid deesse videri poterat. Illud avtem si multi illi dixerint, qos stupiditatis & hebetudinis tam stupendæ insimulat; ipsi forsan Pfochenio stuporem havd minorem objecerint, qi duo tam disparata distingvere à se invicem neqiverit. Ejusmodi forsan subesse possit aliqid, qod Sect. 88. de *Rabbinismo, qem nescio qi latere avtument*

 in

in formulâ illâ, οὗτός ἐστι. Joan. c. 1. v. 33, 34. qæ respondeat illorum הָיִינוּ הוּא הוּא verum cum non liqeat, avt qi isti sint, qos notat, avt qid pronunciaverint, re in medio, donec indicium clarius nobis is dederit, relictâ, ad alia transitum faciemus.

CAPUT XXV.

Universa lege sinempse condita. Siracbida locus, perperam redditus; pejus expositus. Sed & Mosis verba, Gen. 2. 4. Error inde enatus, mundum totum uno momento productum. Error is Procopio falsò tributus. Dies *pro tempore, ætate.* σήμερον *&* αὔριον *pro tempore præsenti, mox futuro.* ביום *pro si, qibusdam; pro* qando, *sæpissimè. Aristotelis locus malè redditus.* ἔοικε, videri, Dies docebit. 1. *Cor.* 3. 13. Dies ægritudinem adimit. *Propertii locus expensus; in eoqe aliqid ex conjecturâ demutatum. Expressum, vel è proverbiali qodam dicto, vel forsan potius ex Euripideo. Hoc apud varies avtores variè corruptum, restituitur. Serrano & Grotio lectio vitiosa imposuit.* Ἵνα, ubi, in qo. *Gellii codices emendati. Euripidis senarius à Stephano frustra tentatus; aliunde restitutus.* Ἐν αὐτῷ, *ut* ἐνθάδ' αὐτῷ, *Pleonasmi poetici.* Βέλτιστος αὐτοῦ. *Graduum collationis* ἐναλλαγαί. *Absolutum pro gradu nunc primo, nunc secundo. Gradus primus, pro absoluto; pro secundo. secundus pro primo. compluribus Scriptura locis hinc lux data. Gradus primus vehementia cavssâ geminatus.* Μετάληψις, dies *pro diebus;* dies *pro ætate. Formula illa,* In diebus illis, *non tam exteris historicis familiare, qam sacris.*

Jesus

JEsus Syrachides *sapientiæ* suæ c. 18. v. 1. ὁ ζῶν εἰς αἰῶνα, ἔκτισεν τὰ πάντα κοινῇ. Qod Junius reddidit, *Qi vivit in seculum, is creavit omnia communi lege.* Et exponit, *rebus creatis omnibus, ut ortum & interitum habeant; & penès ipsum solum in rebus omnibus constet perfectio.* Hoc est, qod Cassius Hemina *annal.* l. 2. *Qæ nata sunt, ea omnia denasci.* i. e. τὰ γενόμενα πάντα καὶ ἀπογίνεσθαι, ut Plutarchus loqitur *ad Appollon.* & Seneca *Epist.* 99. *Omnes* (imo, *omnia*) *eadem conditio devinxit; cui nasci contigit, mori restat.*

At vetus interpres dum reddit, *Qi vivit in æternum, creavit omnia simul,* erroris ansam præbuit magnis etiam qibusdam, in qibus Avgustinus, qi *in Genes. ad liter.* l. 4. c. 33. inde concludit, *Deum universa semel simulqe, uno eodemqe temporis momento, e nihilo produxisse.* dierum vero plurium in singulis condendis mentionem factam, ad comprehensionis nostræ tarditatem juvandam. cui sententiæ etiam Thom. à Vio Cajetanus havd obscurè favere deprehenditur. nec improbandam esse affirmat Sixtus Senens. *bibliotheca sanct. l. 5. annot.* 24. E Judæis etiam, qos inter Jajrus, fuerunt, qi hoc idem tuerentur. Qin & eo progressus est Philo, *allegor.* l. 1. ut εὐηθες, *fatua simplicitatis,* esse pronunciet, si qis *sex dies* in mundo condendo exactos existimaverit. Eandem sententiam & Procopio Gazæo affingunt Sixtus Sen. ubi supra, & Villetus noster *in Genes.* c. 2. *sect.* 7. sed immeritò, ut mox videbitur. Qamvis avtem ea historiæ mundi conditi à Mose scripto traditæ ex diametro adversetur; ex Mose tamen ipsò excerpunt, qo eandem firmatum eant. illud nempe. Cap. 2. v. 4. *Ista sunt generationes* (sive, *origines*) *cæli ac terræ, qando condita sunt; in die qâ Dominus Deus fecit cælum & terram.* Ecce, ajunt, *in die, non in diebus,* cælum & terra condita perhibentur. Verum respondet Procopius, qi ex Philone, licet tacito nomine, sententiam hanc profert. non probat: *Non est inusitatum sacræ scripturæ dies multos unius nomine comprehendere.* sic enim Jesus filius Nave præcipiens populo, dicit; *Ne deficiatis à domino in diebus hodiè. nam præsens seculum nominatur hodiè. havd dissimili itaqe modo, multi dies in unam mundi absolutionem absumpti, havd abs re nominati sunt dies unus.* Hæc ille. Cæterum locus ex libro Joshuæ, qem lavdat, nusqam comparet. legitur tantum cap. 22. v. 18.

 ὑμεῖς

ὑμεῖς ἀποσφραγίσασθε σήμερον ἀπὸ κυρίου· καὶ ἔσται ἐὰν ἀποστῆτε σήμερον ἀπὸ κυρίου, καὶ αὔριον ἐπὶ πάντα Ἰσραὴλ ἔσται ἡ ὀργὴ κυρίου. ubi reverà σήμερον & αὔριον, *hodiè & cras*, non pro die hodierno crastinoqe præcisè sumuntur; sed alterum pro tempore qod modò pavlulum præcesserat, alterum pro eo qod confestim insecuturum sit. Et *ibid.* vers. 29. qem locum, opinor, is respexit: Μὴ γένοιτο οὖν ἡμᾶς ἀποστῆναι ἀπὸ κυρίου, ὥστε ἀποστραφῆναι ἐν τῇ σήμερον ἡμέρᾳ ἀπὸ κυρίου. ubi τὸ σήμερον in latitudine pari sumitur pro tempore præsenti, qod diem non unum comprehendat. nec secus ἡ σήμερον ἡμέρα, sive *dies hodierna*, dicta est, Genes. c. 19. v. 37, 38. et alibi passim, pro ætate sive seculo præsenti. Et reverâ usus formulæ ▭ ביום apud Hebræos solens satis nodum superiorem facilè exolvet. Castellio vult *pro conditionali* sæpiusculè usurpari. itaqe vertit, Genes. c. 2. v. 17. *si eâ vesceretur, moriturum esse.* Et cap. 3. v. 5. *Si comederitis.* Et Histor. Reg. l. 3. c. 2. v. 37. & 42. *qod si exieris*; & *si qoqam egredereris.* & Ruth. c. 4. v. 5. *cum agrum à Noemi emes*, sive *qo die empturus es*, vult esse qasi dictum sit, *si emeris.* qo modo Petrum Ramum (ni me fallit memoria) legi illam Maronianæ *Eclogæ nonæ* clavsulam explicantem, *cum venerit.* i. e. *si venerit ipse.* Fateor eqidem, cum istis, tum & aliis locis havd pavcis, posse ▭ בעם per conditionalem reddi; sed isthic, qo de agitur, Mosis loco id non convenit: verùm & illis potest, & isto debet reddi per adverbium temporis, *cum* vel *qando*; qod ad dieculæ spatium non est opus restringi, Sic Histor. Reg. l. 2. c. 22. v. 1. & in titulo Hymni 18. *die qo.* i. *qando, liberaverat ipsum dominus à manu Savlis, & à manu omnium inimicorum suorum.* neqe enim uno die confecta est ejusmodi liberatio. Esajæ c. 26. v. 1. *in die illo* (i. tempore illo) *cantabitur canticum istud.* nec hoc qicqam freqentius in toto illo vatis præstantissimi vaticiniorum volumine. Non malè ergò Pfochenius sect. 51. *diem* pro *tempore* poni, monet in illis. Matth. c. 3. v. 1. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, qod αὐτόχοον videatur illi Judic. c. 19. v. 1. ▭ ויהי בימים ▭ ההם *qod eisdem planè verbis* οἱ LXX *reddiderunt.* Verum *nec ab hoc Græcos abhorrere* contendit. nam & Sophoclem, τὴν παλαιὰν ἡμέραν, pro *ætate priscâ*; & Aristotelem τὴν νεότητα ἡμέραν, pro *tempore juventutis*; & Hesiodum ἦμαρ χειμέριον, pro *tempore hiberno*; & poetam Latinum, *diem pro tempore* dixisse. Atqe ego qidem horum nihil abnuo. qin & istis adjici posse non pavca concedo. qalia sunt apud principem poetarum passim obvia; ἤματι κείνῳ, pro *tempore illo*, *Il. β.* v. 37. & 481. &c.

qod

qod respondet Hebraico ביום ההוא & ἤματι τῷ, *Il. ibid.* v. 351. & 743. &c. qod ἀναλογεῖ Hebræorum illi ביום אשר *qo die.* i. *qo tempore, qando.* Qin & Aristotelico illi à Pfochenio allato, ex *Rhetor.* l. 2. c. 12. *edit. Wechel.* c. 14. *Gulston.* τῇ γὰρ πρώτῃ ἡμέρᾳ μεμνῆσθαι μὲν οὐθὲν οἴονται, πάντα δ' ἐλπίζειν. qod perperam vertunt. *primis enim temporibus nihil se meminisse arbitrantur; sperare autem omnia.* cum verti debeat, *nihil meminisse videntur.* οἴεσθαι enim illic *videri*: ut & Homero *Odyss.* ρ. v. 586.

Οὐκ ἄφρων ὁ ξεῖνος δίεται, ὅσπερ ἂν εἴη.

Hospes non fatuus, fuerit qicunqe, videtur.

& Platoni in *Progatorâ*: οὐ μόνον αὐτὸς οἴει καλὸς κἀγαθὸς εἶναι. *non tantum vir bonus & honestus esse videris.* illi, inqam, Aristotelico adjici potest, qod de senibus idem *capite* proximo, ubi horum affectus moresqe depingit; καὶ φιλόζωοι, καὶ μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ. *& vitæ avidi, sive vivendi cupidi sunt, idqe maximè in novissimâ ætate,* sive *extremo vitæ tempore.* Pindaricum item illud *Olymp. ode.* 1.

ἁμέραι δ' ἐπίλοιποι μάρτυρες σοφώτατοι.

h.e. qod vulgo dici solet, *dies docebit,* ἡ ἡμέρα δηλώσει. Apostol. ad Corinth. ep. 1. c. 3. v. 13. Idemqe *ibid. ode* 10.

ὅ, τ' ἐξελέγχων μόνος ἀλάθειαν ἐτήτυμον χρόνος.

Et Senarius ἀδέσποτος,

ὥρα τὰ πάντα τοῦ βίου κρίνει καλῶς,

Res tempus omnes optimè dijudicat.

Nec Latinis insvetus usus *diei* pro tempore. ut cum Terentianus ille senex sese puniens act. 3. sc. 1. ex veteri dicto, *diem adimere ægritudinem hominibus.* qod Diphilus apud Stob. *tom.* 2. c. 125.

Λύπης δὲ πάσης ἐστὶν ἰατρὸς χρόνος.

Omni medetur tempus ægritudini.

unde & Cicero *ad Attic.* l. 12. *Ep.* 19. *Impetret ratio, qod dies impetratura est.*

Illud avtem poetæ Latini à Pfochenio lavdatum, sed citra avtoris nomen,

Qâ pote qisqe, in eâ conterat arte diem.

est Propertii ex *libri* 2. *eleg.* 1. expressumqe censet Jos. Scaliger, ex senario illo proverbiali, qi apud Aristophanem in Vespis reperitur,

Ἔρδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

qod

qod Cicero *Tuscul.* l. 1. sic vertit.

Qam qisqe norit artem, in hâc se exerceat.

Flaccus sic expressit Epist. 14. l. 1.

Qam scit uterqe, lubens censebo, exerceat artem.

Stratonicus apud Athenæum. l. 8. musicum qendam, qi hortulanus pridem fuerat, de harmoniis disserentem, perstringendo sic allusit;

Ἄδοι τις, ἣν ἕκαστος εἰδείη, τέχνην,

Artem qam qisqe noverit, eandem & canat.

Conjecturam tamen meam de Propertii versu illo cum proposuerim, in medio relinqam. forsan legi debuit,

Qa pote, qisqe in eâ conterit arte diem.

ut non tam qid censeat ipse, avt qid fieri debeat, qam qod fiat solensqe sit, indicare voluerit. certè præcedentia lectionem hanc svadere saltem videntur. hoc enim eodem tenore decurrunt.

Navita de ventis, de tauris narrat arator;
Enumerat miles vulnera, pastor oves.
Nos contra angusto versamus prælia lecto.
Qâ pote, qisqe in eâ conterit arte diem.

Ita Evripideum illud respexerit, qod Plato in *Gorgiâ* commemorat verbis illis, à Gellio etiam lavdatis l. 10. c. 22. λαμπρός τέ ἐστιν ἕκαστος ἐν τούτῳ, κἀπὶ τοῦτ᾽ ἐπείγεται,

Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
Ἵν᾽ αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν.

Rectè admonuit H. Stephanus, versum primum ita legendo non stare, (neqe enim carminis rationem Plato videtur habuisse) in ultimo τυγχάνει legendum videri, ut ἵνα adverbium loci sit, nec finem, sed subjectum denotet. qemadmodum in Epicharmeo illo, qod proverbialitèr usurpatur, apud Platonem *Euthyphrone*, & Plutarchum *Agide*,

——— ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς.
——— *ubi enim pavor, & pudor illic.*

Cui finitimum est, τοῦ ἵνα usum qod attinet, Evripideum illud ex *Inone.* qod cum Æschyleo gemino ex *Prometheo Ignifero*, contendit Gellius noct. l. 3. c. 17. qorum utrumqe in Gellii codicibus vitiatum, H. Stephanus, sed successu havd pari, ivit emendatum. In Æschyleo siqidem fæliciter habuit; cujus senarium sic restituit,

Σιγῶνθ᾽ ὅπου δεῖ, καὶ λέγειν τὰ καίρια,

cum Σιγᾶν τε, & λέγων prius legeretur.

In tempore ut tacere, sic etiam loqi.

qo modo in Tragici ejusdem *Insaniis* hodiè reperitur. at in Evripideo, cui apud Gellium clavdicat iambus sic conceptus,

Σιγᾷν τε ὅπυ δεῖ, καὶ λέγειν ἀσφαλές.

havd ita commodè medelam adhibuit, τὸ ἀσφαλὲς, subsitimendo. quin & ex Plutarcho de garrul. & de exil. & ex Stobæo itidem *tom.* 2. *tit.* 89. emendatio aptior certiorqe habeatur.

Σιγᾷν θ' ὅπυ (sive ut alicubi, ἵνα, qod eodem recidit) καὶ λέγειν, ἵν' ἀσφαλές.

Ubi res jubet tacere, ubi tutum est loqi.

Proinde in Evripedeo apud Platonem illo prima fortean sic reconcinnentur.

——— λαμπρός ἐν τύτῳ τε γὰρ
Ἕκαστός ἐστι, κ'ἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται.

Verto itaqe: *Contingit enim Evripidis illud:*

Hac re triumphat qisqe, in hanc innititur,
In hâc diei maximam partem terit,
In qâ ipse sese fuerit excellentior.

Sive,

Excellere in qâ maximè se senserit.

is enim genuinus est verborum illorum sensus. qod & seqentia docent: ὅπυ δ' ἂν φαῦλος ᾖ, ἐντεῦθεν φεύγει,

In qo avtem minus valet, illud refugit.

Nec in aliam mentem usurpavit idem in *Alcibiade posteriore*, ubi vitiosa illa τῶ τυγχάνη lectio (qæ Gellii qoqe lavdantis codices invasit) interpretibus imposuit, dum vertunt,

Ipse ut seipso melior in dies fiet.

Nec his tantum, sed & V. C. Hug. Grotio, qi in *excerptis* reddidit,

Ut ipse sese evadat excellentior.

errore manifesto. Qum enim interrogasset, qalem censeret fore rempublicam, qæ sagitariis, tibicinibus, athletis, bellandi peritis, politicis, fastu tumidis, scientiæqe opinione inflatis, sed optimi scientiâ planè destitutis, peritiaqe suâ in rebus singulis probè uti nesciis, constaret: & respondisset alter, φαύλην, *pessimam*: subjungit, φαίης γε ἄν, οἶμαι, ὁπόταν ὁρῴης ἕνα ἕκαστον φιλοτιμέμενόν τε, καὶ νέμοντα τὸ πλεῖστον τῆς πολιτείας τέλος μέρος,

Ἵν' αὐτὸς αὑτῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν. λέγω τὸ κατ' αὐτὴν τὴν τέχνην

βέλτιστον γιγνόμενον. *Multo magis hoc diceres, cum unumqemqe eorum animadverteres, ambitiosè contendentem, maximamqe politiæ partem ei rei designantem,*

Excellere in qâ maximè se senserit, eam dicò artem, cujus peritiam maximam obtineret. hoc est, in repub. administrandâ illud præ cæteris omnibus promovere studentem, in qo ipse maximè præstat. φιλοτιμούμενον hîc dixit, qod ibi λαμπρὸν ἐστὶ, & Evripidis esse puto. κράτιστος hîc, qod per βέλτιστον tamen, qod ibi positum est, explicat. utrum avtem sit Tragici, incertum est. nam Aristoteles βέλτιστος exhibet *rhetor.* l 1. c. 11. καὶ τὸ, ἐν ᾧ βέλτιστος δοκεῖ εἶν, ἐνταῦθα διατρίβειν, ἡδύ. *in eo versari qemqe juvat, in qô maximè excellit.* cui firmando Evripidis illud adducit. cum tamen in *problemat.* eidem tributis, *sect.* 18. *qæst.* 6. κράτιστος legatur. ἐν οἷς οἴεται ἕκαστος κρατιστεύειν, ταῦτα προαιρεῖται· ἃ δὲ αἱρεῖται καὶ ἐπὶ τοῦτ᾽ ἐπείγεται, &c. sed errore fatali & istic τυγχάνει, pro τυγχάνῃ, κράτιστος ὤν. Plutarchus avtem, qi ter minimum lavdasse deprehenditur, istud constantissimè retinuit: qod eo magis Evripidis fuisse suspicor. Cæterum verbum illud, qod cum Henrico Stephano vitiatum censemus, apud Plutarchum in editis variè exhibetur. in libello *de garrulit.* τυγχάνει. φίλαυτος γάρ ὢν καὶ φιλόδοξος ὁ ποιητής,

Νέμει τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος,
Ἵν᾽ αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ κράτιστος ὤν.

ἐν ἱστορίαις ὁ ἀναγνωστικός· ἐν τεχνολογίαις ὁ γραμματικός· ἐν διηγήμασι ξενικοῖς, ὁ πολλὴν χώραν ἐπεληλυθὼς καὶ πεπλανημένος. *Symposiac.* l. 1. c. 4. ad veram scripturam propius accedendo, τυγχάνοι. ἡδέως γὰρ εἰς τοῦτο ἕκαστος ἄγεται, καὶ προθύμως, ἵνα αὐτὸς αὐτοῦ (legend αὑτοῦ) τυγχάνοι κράτιστος ὤν. at *ibid.* l. 2. c. 1. comparet vera scriptura, τυγχάνει. οὐ γὰρ πράττων μόνον ἕκαστος, οὐδὲ διημερεύων, ὡς Εὐριπίδης φησὶν, ἀλλὰ καὶ διαλεγόμενος, ἵνα αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνει κράτιστος ὤν, ἡδέως διατίθεται. qibus verbis Propertii mentem planissimè ac plenissimè expressit. est enim διαλεγόμενος, qod iste,

Navita de ventis, de tavris narrat arator, &c. πράττων καὶ διημερεύων, qod iste, *in eâ conterit arte diem.* qod si scripturam illam, qam Plutarchi codices alicubi exhibent, admittimus, ἵνα αὐτὸς αὐτοῦ, illud ἵν᾽ αὐτοῦ responderet Hebræorum אשר בו vel אשר בה ubi alterum πλεονάζει, qomodo & Aristophani in illis,

κ᾽αὐτός μοι δοκῶ ἐνθάδ᾽ αὐτοῦ καταμένειν.

Et in Midæ epitaphio apud Platonem in *Phædro*,

Αὐτοῦ τῇδε μένουσα.

nec Evripidi insolentes pleonasmos istiusmodi, satis doceat illud, qod ludos toties faciunt Comici, in *Orest.* v. 279.

Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλήν' ὁρῶ.

Sed hoc vix est ut asserere avsim: nec adeò est insveta formula illa βέλτιστος αὐτοῦ, vel κράτιστος αὐτοῦ, qin facilè ferri qeat. Qam sit enim freqens etiam in sacris, graduum enallage, nemo nescit.

Τὸ ἀπόλυτον ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ, sive *Absolutum* pro *gradu primo*, qem *comparativum* dicunt, habemus apud Lucam *Evang.* c. 10. v. 42, ubi Marthæ Christus; Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο. *Maria partem bonam.* i. *meliorem, potiorem elegit.* & c. 18. v. 14. οὗτος δεδικαιωμένος, ἢ ἐκεῖνος. *iste potiùs qam ille justificatus.* qod Hebraismum planè resipit. Hebræis enim cum συγκριτικὰ nulla sint, horum loco *absoluta* cum particulâ מן usurpant. Ecclef. c. 7. v. 1. טוב שם משמן טוב Græci: ἀγαθὸν ὄνομα ὑπὲρ ἔλαιον ἀγαθόν, *nomen* (bonum scil. sive fama bona) *bonum est præ oleo bono.* i. melius est ungvento optimo, præstantissimo. nam & *absolutum* istic ἀντὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ sumi videtur. sicut Genes. c. 9. v. 25. בן הקטן Græc. ὁ νεώτερος. *junior.* Lat. *minor.* at Junius, *minimus.* optimè: tres enim fuerant. ut τὸ ἀπόλυτον ἀντὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ, sit positum, *absolutum* pro *gradu secundo*, qem *superlativum* nuncupant. qo modo Julius Capitolinus in Marco: *Sed multum ex his* (qos plures havd pavcos retulerat) *Frontoni detulit. multum.* i. plurimum. Apud Ennium idem observavit Priscianus l. 17. (ex *Annal.* l. 8. si Pavl. Merula rectè conjicit) versu illo;

Optima Cælicolum Saturnia, magna Dearum.

magna, inqit, dixit *pro maxima*, *positivum pro superlativo*, cum apertissimè superiùs, *Optima Cælicolum*, dixisset. Nec secus idem, opinor, apud Æl. Donatum de *Schematib.*

Respondit Juno Saturnia, sancta Dearum.

Sancta, i. sanctissima; ut *magna* pro maxima: qod sine schemate Catullus *epigr.* 65. *in Manlium*;

——— *Juno maxima Cælicolûm.*

Nec aliter ceperim Evripidis illud à Juliano *de Cynismo orat.* 2. lavdatum, Ὁσία πότνια θεῶν. *Pietas, dearum avgusta.* i. avgustissima. minus enim *commode, puto, Petavius, Sanctitas, veneranda Deorum.*

Sed ad pro *comparitivo*, qem vocitant, positivum positum redimus. Ita Græcus Senarius,

Καλὸν τὸ νήφειν, ἢ τὰ πολλὰ κραιπαλᾷν.

Sobrietas melior est qam multa crapula.

Ubi H. Stephano καλὸν pro κάλλιον durum videtur. Græci tamen interpretes, Hymno 117. v. 8. & 9. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἄνθρωπον. ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι. Latinus vetus: *bonum est confidere in domino, qam confidere in homine: bonum est sperare in Domino, qam sperare in principibus.* Plavtus *Rudent.* 4. 4.

Tacita bona est mulier semper, qam loqens.

i. melior. Et *Menaech.* 5. 1.

Qin vidua vivam, qam tuos mores perferam.

Tacitus *Annal.* l. 1. *Pacem, qam bellum probatam.* Et l. 4. *claris majoribus, qam vetustis.* Sed & Hebræi simpliciter Genes. c. 10. v. 21. אח הגדול Græc. ἀδελφὸς μείζων. *frater magnus.* i. major, qanqam Jun. ibi *maximus.* melius, ob cavsam supra dictam. sed sic ibid. c. 25. v. 23. רב יעבד צעיר *magnus serviet parvo.* i. *major minori.* ut Latinus. Et Græcus: ὁ μείζων τῷ ἐλάσσονι.

Rursus τὸ συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ἀπολύτου, sive *gradum primum* pro *absoluto* habemus, Act. c. 17. v. 25. ubi de Atheniensibus, tam civibus, qam & inqilinis, Lucas: εἰς οὐδὲν ἕτερον εὐκαίρουν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. *qam novi aliqid vel narrare, vel avdire.* Idemqe de eisdem Demosthenes, *ad Philippi epist.* Ἡμεῖς δὲ, εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, οὐδὲν ποιοῦντες ἐνθάδε καθήμεθα, μέλλοντες ἀεὶ καὶ ψηφιζόμενοι, καὶ πυνθανόμενοι κατὰ τὴν ἀγορὰν, εἴ τι λέγεται νεώτερον. νεώτερον dixit, qod καινότερον Lucas; & ante Lucam Theophrastus in *charactere* 8. qi est hominis *famigeratoris.* ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν, μὴ λέγεταί τι καινότερον: pro qo Plutarchus in eodem fere argumento (nam *percontator omnis idem est & garrulus* avtore Flacco l. 1. ep. 18.) εἰς τὸ βῆμα καὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τοὺς λιμένας ὠθοῦνται, Μή τι καινόν; prout & Theophrastus ipse, qi pavlò post subjicit, succensere eundem ei qi dixerit, ὅτι οὐδὲν καινόν. Locrios refert etiam Plutarchus idem multasse hominem, qod in patriam post absentiam diuturnam reversus, sciscitaverat, Μή τι καινόν; Lavdatqe hominem, qi φίλου τινὸς εἰπόντος, ἔχω σοί τι καινὸν εἰπεῖν πρᾶγμα, responderit, μᾶλλον εἴ τι χρήσιμον ἔχεις ἢ ὠφέλιμον. ita καινότερόν τι istic nihil est aliud qam καινόν τι simpliciter dictum. atqe

huc

huc etiam forsan referenda formula illa, qâ geminantur τὰ συγκριτικὰ, qod nec Græcis est prorsus insolens. Marci c. 7. v. 26. μᾶλλον περισσότερον ἐκήρυσσον. Et Paulus, Philip. c. 1. v. 23. πολλῷ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον. pro *multo melius*. Sic Isocrates *Archidamo*: πολὺ γὰρ μᾶλλον κρεῖττον μεγάλης καὶ τῆς τιμῆς ἀντιλλάξαι, ἢ μικροῦ χρόνου μεγάλαις αἰσχύναις ἡμᾶς αὐτοὺς περιβαλεῖν. Aristoteles *topic. l. 3. c. 1.* τὸ πρὸς τὸν βίον πλέον μᾶλλον αἱρετώτερον, ἢ πρὸς τὸ ἄλλό τι. Evripid, *Hecubâ*.

Θανὼν ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος,
Ἢ ζῶν. —— *Moriens sed ille sit magis fœlicior,*
Qam vivus. —— Aristophanes *Pluto*.
Τίς γὰρ γένοιτο μᾶλλον ὀλβιώτερος;
Qis namqe fuerit hoc magis beatior?

Sic etiam Latini. Maro *Culice*,
Qi magis optato qeat esse beatior ævo?

Val. Max. l. 3. c. 7. *Sed uterqe nostrum magis invidiâ, qam pecuniâ locupletior est.* ubi alterum vel est absolutè sumendum, vel πλεοναστικῶς ad vehementiam majorem positum.

Tum τὸ συγκριτικὸν ἀντὶ τοῦ ὑπερθετικοῦ, sive gradum primum qem & *comparativum*, pro secundo, qem *superlativum* dicunt. Lucas c. 9. v. 46. τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. *qisnam eorum major.* i. maximus esset. Sic Chion Platonicus *ad Matridem. ep.* 10. Ἀλλ' οἱ μὲν πλουτοῦσι· Σπεύσιππος δὲ χαριέστερος ὢν πένεται· *at illi divites sunt: Speusippus verò cum sit eorum politior* i. e. politissimus (sive reliqis omnibus politior,) *paupertate laborat.* Curtius l. 5. *In oculis duo majora omnium navigia submersa sunt.* i.e. maxima.

Denique τὸ ὑπερθετικὸν ἀντὶ τοῦ συγκριτικοῦ, sive *gradum secundum*, qem, & *superlativum*, pro *primo*. Joannis c. 1. v. 15. ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ἔμπροσθέν μου γέγονεν· ὅτι πρῶτός μου ἦν. *qi post me venit; præfertur mihi: qia primus* i. e. *prior me fuerat.* Sic Arnobius l. 2. *Omni vero verissimum est, certoqe certissimum.* Vero verissimum dixit, pro eo qod Martial, l. 8. ep. 76. *Vero verius.* Plato *de repub. l.* 9. Δεῖ ταῦτα πράττειν καὶ ταῦτα λέγειν, ὅθεν τοῦ ἀνθρώπου ὁ ἐντὸς ἄνθρωπος ἔσται ἐγκρατέστατος. *Ea oportet & facere, & dicere, qibus hominis exteriore interior homo potentior evadat.* Sic αὐτὸς αὐτοῦ βέλτιστος, ἢ κράτιστος. *ipse semetipso præstantior*, pro eo qod esset αὐτὸς ἑαυτοῦ βελτίων. qo modo Xonophon *de venat.* Ὅπου μὲν γὰρ ὁρᾶται ὑπὸ τοῦ ἐρωμένου, ἅπας ἑαυτοῦ ἐστὶ βελτίων. *Ubi enim qis est in amasii sui conspectu, se-*

metipso qisqe melior est, sive solito præstantius se gerit. De Athenæo Avtor incertus in operis argumento; κρείττων τε αὐτὸς ἑαυτοῦ γενόμενος, ὥσπερ οἱ Ἀθήνησι ῥήτορες, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ λέγειν θερμότητος, πρὸς τὰ ἑπόμενα τοῦ βιβλίου βαθμηδὸν ὑπεραίρεται· *Rhetorum Athenienſium more, per dicendi calorem, ipse se superat, & attollitur magis.* Ita Pythagoras apud Plutarchum *de defect. orac.* βελτίστους ἑαυτῶν γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὅταν πρὸς τοὺς θεοὺς βαδίζωσι· pro qo *de superstit.* idem βελτίστους, ψιλῶς dixerat; *homines semet-ipsis meliores fieri.* i. e. consveto longè melius affici, *ubi ad numina accedunt.* Et Plutarchus ipse *de luna*; αὐτὴ αὐτῆς λαμπροτέρα, *ipsa semetipsa multo splendidior.* idemqe de Pyrrho; (nî malè memini) αὐτὸς αὑτοῦ κρείττων ἐν τῷ μονομαχεῖν. *ipse sese in singulari certamine longe præstantior.* Alcibiades deniqe apud Xenophontem in *commentariis Socratic.* l. 1. εἴθε σοι, ὦ Περίκλεις, τότε συνεγενόμην, ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα ἦσθα. *Utinam tibi Pericles, tunc convixissem, qo tempore in istis excellebas.*

Sed, ut ad Propertium redeamus, sive Evripidis istud is respexerit, sive secus, in utriusqe dicto κατάληψίς τις delitescit. siqidem, primò *dies* pro *diebus*, qod Procopius supra, ponitur: tum *dierum* nomine, vitæ tempus sive spatium intelligitur. nec alia ratione ἀρχὴ καὶ τελευταία ἡμέρα, pro *prima atqe novissima ætate* adhibetur. Esto ergo; apud Græcos & Latinos pariter, *dies*, nunc pro *ætate*, nunc pro *tempore*, sumatur. at siqis rerum gestarum narrationem instituens, vel historiam describens, qoties והיה ביום ההוא & ויהי בימים ההם apud vates historicosqe sacros occurrit, toties, καὶ ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, vel τοιῶς, &c. inculcaret, qemadmodum Lucas unus, ut cæteros missos faciam, *Evangelii*, c. 1. v 39. & c. 2. v. 1. & c. 4. v. 2. & c. 5. v. 35. & c. 6. v. 12 & c. 9. v. 36. & c. 20. v. 1. & c. 23. v. 7. & c. 24 v. 18. & *gestorum Apostolic.* c. 1. v. 15. & c. 2. v. 18. & c. 6. v. 1. & c. 7. v. 41. & c. 9. v. 37. & c. 11. v. 27. nec Græci opinor, nec Latini etiam moris, si utriusqe linguæ scriptores excutiantur, id esse deprehenderetur. qod tamen nî fuerit, Hebraisare in formularum harum usu, tam freqenti præsertim, spiritus sancti amanuenses illi non immeritò dicentur.

CAPUT.

CAPUT. XXVI.

Ἅδης, pro sepulcro, *ab Hebræis sumptum. Ab Hebræis multa exteros hausisse.* Ἐν ᾅδῃ *Euripidi*, apud inferos. *Nihil à Pfochenio adductum, quod improbetur.*

SEct. 77. *Vocis*, inqit, ᾅδης *pro sepulcro usurpata*, Act. 2.v.27. *significationem peregrinam, insolentem, profanisque scriptoribus Græcis incognitam, ex Hebraico vocabulo* שאול *originem suam traxisse, proptereaque significatione Hebræum vocabulum esse multi asserunt. Verum falsam esse sententiam hanc* inde concludit, qia *Euripides in eâdem significatione hoc vocabulo fit usus; qem tamen nemo, nisi forte amota mentis homo, Hebraismos edoctum esse crediderit.* Euripidis locus est in Hecubâ v. 418. ubi Polyxena matri,

(Ὦ μῆτερ, ὦ τεκοῦσ', ἄπειμι δὴ κάτω·)
Ἐκεῖ δ' ἐν ᾅδου κείσομαι χωρὶς σέθεν.

(O mater, o qæ me peperisti, abeo ad inferos :)
Illic verò in sepulcro jacebo absqe te.

Senarium priorem à Pfochenio omissum, lucis amplioris fenerandi gratiâ transcripsi. Vertenda avtem hæc esse, *in sepulcro*, non *apud inferos*, (*nisi, per inferos sepulcrum etiam intelligatur*) Tile meridiano, ait, *clarius elucere ex versu seqente 726.* ubi Hecubæ Agamemnon,

Ἑκάβη, τί μέλλεις παῖδα σὴν κρύπτειν τάφῳ;
Hecuba, qid cunctaris filiam tuam occultare sepulcro?

Attamen, Vir optime, consequentiæ necessariæ nihil qicqam in tuis istis reperitur, Siqidem qi *nec amota tamen sunt mente* (nisi in eorum classe, qi curatoris egent, viros præstantissimos, ut cæteros omnes taceam, è vestris Heinsium, è nostris Seldenum, et Sandfordum ponendos censueris,) reperiuntur havd pavci, qi plurima admodum ex sacrâ, tum historiâ, tum & linguâ, in Græcum sermonem profluxisse, non adfirmant tantum, sed confirmant validissimè;

simè, & clarissimè demonstrant. hujus avtem generis apud Tragicos cumprimis segetem satis amplam à se indicant deprehensam.

Tum *Sol* ille tuus. *meridianus* havd ita liqidò se prodit, Qam enim, non illustris, sed ne conspicabilis qidem, est vis istius seqelæ? *Polyxena apud Tragicum ante mortem qeritur absqe matre se ἐν ᾅδου fore. Agamemnon avtem post ejusdem cædem, in eâdem qidem fabulâ, sed versibus ultra tercentum interjectis, ab Hecubâ sciscitatur, qare filiæ corpus non mandet sepulturæ. Ergo in versu priore illo τὸ ἐν ᾅδου non est vertendum, apud inferos.* Eqidem ambigo, an cuiqam, avtore excepto, cui mens saltem constiterit, luce meridianâ clarior videri possit argumentationis istius deductio necessaria.

CAPUT. XXVII.

Καλῶς ποιεῖν, *pro* εὖ ποιεῖν, *sive* εὐεργετεῖν, *Græcis priscis insolens, V. T. interpretibus freqens. Psochenii mira confidentia. crassus error non unus; alter qod inter* ποιεῖν, πράττειν, δρᾷν *nullam agnoscit differentiam; alter qod* εὖ ποιεῖν, & εὖ πράττειν *pro eisdem habet.*

EOs, qibuscum agit Psochenius, avt pro *stupidis*, avt *amentibus*, avt *cæcis* habere solet. Id supra sect. 76. & 77. vidimus. nec à more isto, cui jam assvevisse videtur, discedit sect. 78. καλῶς ποιεῖν, ἀντὶ τοῦ εὖ ποιεῖν, ἤτοι εὐεργετεῖν, usurpat Matthæus c. 12. v. 12. *Hebraismo hoc tribuere* nescio qos affirmat Psochenius. neminem enim nominat, istud qi dixerit. Et esse *Hellenisticam*, qam ei nuncupant, *formulam* non defuere forsan qi censerent. Siqidem apud Græcos veteris Instrumenti interpretes hoc significatu crebrò occurrit. Jerem. c. 4. v. 22. Zeph. c. 3. v. 21. Zachar. c. 8. v. 15. cum apud Græcos avtores rariùs, si usqam saltem, deprehendatur. Sed qid ad ista Psochenius? *qo jure*, inqit, *Hebraismo hæc phrasis accenseatur, nullus non videt.* At *Hellenismo* saltem, qem isti appellant, qo jure accenseatur, etiam hebetioris qi sumus visus, forsan videamus.

Sed

Sed urget Pfochenius; *si* καλῶς ποιῶν, *pro* εὖ ποιῶν *positum, idiotismum istiusmodi redolet; nihilominus* καλῶς δρᾷν, *&* καλῶς πράττειν *pro* εὖ δρᾷν, *&* εὖ πράττειν *collocata, eundem sapere necessum est; cum plane inter eas phrases nulla sit differentia· ποιῶν, πράττειν, δρᾷν eandem significationem obtinere, vel pueris in Scholis notum est. qam autem absonum &* ἄτοπον *sit posterius, vel cæcus palpando investigare posset. qanto magis* ὀξυδερκὴς *videre?*

Cæterum vereor valdè, ô vir confidentissime, ne imperitiam tuam nimis prodas, dum adversæ partis viros eruditos tam fidenter detriumphas. Primò enim, si ποιεῖν, πράττειν, δρᾷν eandem plane per omnia significationem obtinere, in scholis puer didicisti, in malos lingvæ Græcæ magistros incideris necessum est. Apud nos certè in Scholis docentur pueri, non magis idem esse Græcis ποιεῖν & πράττειν, qã Latinis *facere* & *agere*. qæ etiamsi in phrasibus qibusdam promiscuè usurpentur, tamen siqis, qia *asellum agere*, & *animam agere* Latinè dicitur, ideo *asellum facere*, & *animam facere*, eadem cum illis notione usurpata, non esse barbara planè, & à Latinitate aliena prorsus censuerit, *aselli* nomen in scholis nostris grammaticalibus nevtiqam defugerit; nec Orbiliorum nostrorum ferulas facilè evaserit, qi *fabulam facere*, & eandem *agere*, pro eodem habuerit. Imposuit forsan Pfochenio, qod apud Aristotelem legerat, *poetic.* c.3. Τὸ ποιεῖν, αὐτοὶ μὲν (οἱ Δωριεῖς) δρᾷν, Ἀθηναῖοι δὲ πράττειν προσαγορεύειν. Verùm advertere oportuerat philosophum eundem, *polit. l.* 1. *c.* 3. monuisse, διαφέρειν τὴν ποίησιν εἴδει καὶ τὴν πρᾶξιν: καὶ ὁ βίος πρᾶξις, οὐ ποίησις ἐστί. Et *Ethic. Nicomach. l.* 6. *c* 4. Τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν ἐστί τι καὶ ποιητὸν καὶ πρακτόν. ἕτερον δ' ἐστι ποίησις, καὶ πρᾶξις. ὥστε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἕξις πρακτική, ἕτερόν ἐστι τῆς μετὰ λόγου ποιητικῆς ἕξεως· καὶ οὐδὲ περιέχεται ὑπ' ἀλλήλων· οὔτε γὰρ ἡ πρᾶξις, ποίησις· οὔτε ἡ ποίησις, πρᾶξις. & c. 5. ἄλλο τὸ γένος πράξεως καὶ ποιήσεως· τῆς μὲν γὰρ ποιήσεως, ἕτερον τὸ τέλος· τῆς δὲ πράξεως, οὐκ ἂν εἴη. ἔστι γὰρ αὐτὴ ἡ εὐπραξία τέλος· qi idem habet & *Ethic. Eudem l.* 5. *c.* 5. & fusiùs explicat, *magnor l.* 1. *c.* 35. iste ergo sit primus censoris nostri tam severi error etiam puerilis, qod idem prorsus esse censet τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πράττειν.

Alter fuerit, qod ὁ ὀξυδερκέστατος non pervidit, τὸ καλῶς ποιεῖν, sive etiam τὸ εὖ ποιεῖν, & τὸ καλῶς πράττειν, sive τὸ εὖ πράττειν in locis adductis idem planè non valere, sed diverso prorsus sensu usurpari. id qod ex suâ etiam versione intelligere potuerat; qum in illo *Hecuba* πράξειν καλῶς, *acturum*, non *facturum benè*; in *Hippolyti*

illo, πάξεται γ' εὖ πεάξαντι, *praeclare tecum agitur*, *non à te fit*; reddiderit ipse: ut aliud planè sit εὖ ποιεῖν, sive καλῶς ποιεῖν, *alteri alicui benè facere*; aliud εὖ πεάττειν, sive καλῶς πεάττειν, *ipsum bene agere*, & *feliciter se habere*. nec verò, sicut καλῶς, ὥσπερ εὖ, ποιεῖν τινα, ita καλῶς πεάττειν, ἢ εὖ πεάττειν τινὰ, pro *beneficiis afficere aliquem*, qi Græcè loqi voluerit, dixerit qisqam.

CAPUT: XXVIII.

Εἰπεῖν in jubendi sensu, ab Hebraica lingua idiotismo descendisse meritò existimatur. Nec Græcis tamen insolens. Atticis peculiare.

SECT. 79. τὸ εἰπεῖν *in jubendi*, *seu imperandi*, *significatu adhibitum* Lucæ c. 19. v. 15. sicut & Matth. c. 4. v. 3. *ab Hebraica lingua idiotismo descendisse* sentiunt viri docti: in qibus & Livdæus noster; qui Hebræis τὸ דבר & τὸ אמר ita familiariter usurpantur; nec aliter ferè Græci interpretes hæc exprimunt. Hos ut refutet Pfochenius, ex Euripide loca duo producit, (Ezechielem enim si avt pro avtore ethnico, avt *insigni lingua Græca magistro* habuerit, erravit insigniter) qibus τὸ εἰπεῖν eo sensu sumatur.

At poterat, H. Stephano in *tract. de dialectis* consulto, non ex Euripide solo, avt poetis, qi à communi verborum usu discedunt sæpius, sed à sermonis soluti scriptoribus, exempla adduxisse; qorum in studiosorum usum describere nonnulla non gravabor. Sic ergo Thucydides l. 1. ὁ δὲ Ἀλκιβιάδης, ἐπαινέσας αὐτοὺς, ἐκ εἰπὼν, ὅταν τις καλῇ, παρεῖναι, οὕτως ἀπέστειλεν. *Alcibiades verò laudatos, cum jussisset, ubi vocarentur, præsto esse, dimisit.* et l. 7. Καὶ εἰπόντες ἅμα ἐν τῷ παράπλῳ, καὶ τοὺς πολεμίους, ἢν τι δύνωνται, ἀπ' αὐτοῦ βλάψαι. *Quumque edixissent, ut simul inter prætemavigandum, siqid possent, hostes damno afficerent.* Lucian in *asino.* ἐμὲ δὲ ἐπιβάντων ἀπελευθέρω τινὶ τῶν ἑαυτῶ νεανίσκων, καὶ εἰπὼν κατηχεῖν ἐμὲ ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν

αὐτὸν

αὐτῷ ἐνδιδόναι. *Elberto cuidam ex adolescentibus suis tradidit me, qui dixitque, ea me doceret, qibus ipsum qam maxime possem oblectare.* Qi-bus adjicere licet Epicteti illud apud Arrian. dissert. l. 1. c. 14. καθάπερ ἐκ προστάγματος τοῦ Θεοῦ, ὅταν ἐκεῖνος εἴπῃ τοῖς φυτοῖς ἀνθεῖν, ἀνθεῖ· ὅταν εἴπῃ βλαστάνειν, βλαστάνει. *Tanqam ex* Dei *præstituto, ubi stirpes florere ille jusserit, florent; ubi germinare jusserit, germinant.* Atqe hæc usus istius exempla magis forsan idonea fuerint, qam poetica illa; nec evicerint tamen, non ab Hebræis potius, qam à Græcis (nam *Atticorum peculiare* hoc esse contendit Stephanus) eum verbi istius usum sumpsisse Evangelistas.

CAPUT. XXIX.

Sangvis super caput alicujus *Hebraismus.* Caput *pro persona, sive* homine, *exteris usurpatum, contra quam non contendit formula ea reperitur, & ubi tropus ille abest.* [illegible] *in partes duas, Syriasmum censeri. id qo refellitur, unus tantum è Luciano locus,* ἀπὸ ἀνδρὸς *phrasis Græcis vix usurpata.* ὁ κύριος τῆς οἰκίας, *pro patre famil. ac Hebraisantibus familiare. Diogenis tantummodo dictum à Plutarcho, ac Laertio relatum opponitur.*

SEct. 80. formula illa, Actor. c. 18. v. 6. τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν *sangvis vester esto super caput vestrum: Hebraismus videtur, qia Hebræi sic loquuntur,* Reg. l. 3. c. 1. v. 38. ubi LXX τὸ αἷμά σου ἐπὶ τὴν κεφαλήν σου. sed & Reg. l. 2. c. 1. v. 16. & Ezech. c. 33. v. 4. Hoc qo refellat Pfochenius, opponit *caput* pro *persona* cum Græcis, tum & Latinis usurpari.

At verò non tam de synecdoche ipsâ istic agitur, qâ *caput* pro *homine* usurpatur; qam de formulâ illâ, qâ *sangvis* hujus, vel illius, *super caput* hominis alicujus esse perhibetur, cui cædes vel exitium ejus jure merito imputatur. ea autem ab Hebræorum usu desumpta non immerito affirmatur, etiam ubi tropus ille abest; sicut Matth.

c. 27. v. 25. *Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς. sanguis illius super nos esto.* qod & Beza ibidem adnotavit.

Sect. 82. In illo Matth. c. 27. v. 51. ἐσχίσθη εἰς δύο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. ait *qosdam Hebraismum, vel Syriasmum potiùs, somniare*, in verbis εἰς δύο.

Hice qinam sint, ego nescio. verum siqis illud ἀπὸ ἄνωθεν Græcè loqentibus minùs solens esse censuerit, havd facilè credo qis contrarium evicerit. Sed nec aliud qicqam præter Luciani locum unicum Pfochenius adducit, qo alterum illud Græcis usitatum comprobet.

Sect. 83. Marc. c. 13. v. 35. ὁ κύριος τῆς οἰκίας *phrasi Hebræis familiari* pro eo qod Græci οἰκοδεσπότην dicunt, usurpari censetur. qia *Hebræi* בעל בית *dicere solent*. Exod. c. 22. v. 8. ubi & LXX ὁ κύριος τῆς οἰκίας. & Judic. c. 19. v. 22. Verum & *Diogenem sic locutum* objicit Pfochenius, prout citatur à Plutarcho *in vitis illustrium virorum*. Atqe ita certè refertur locutus ille Cynicus à Laertio cognomine in *vitis philosophorum*; à Plutarcho, necne, incertum mihi. Verum an his ipsis vocabulis usus sit dicti avtor, qibus Historicus enunciat, ambigere licet, nec Græcis perinde atqe Hebræis, eosqe æmulatis, familiaris est illa locutio; qam ab Hebraisantibus potiùs sumpsisse Evangelistam, vix cordatus qisqam non censuerit.

CAPUT. XXX.

Ἐκ *pro* propter, *Joan.* 4. 6. *non necessario sic redditur.* ἐξ & ex, *sæpe caussam efficientem designat. Æsopus pro lingua Græca autore probo frustra laudatur.* Ἐκ χειρός. *Eccles.* 7. 7. *Nahumi* 3. 11. *expositiones variæ.*

SEct. 84. Joan. v. 4 c 6. ait Prochenius, in verbis illis, ἐκ τῆς ὁδοιπορίας, *opinari multos,* τὸ ἐκ *significationem* τοῦ *propter ex Hebraismo habere. sic enim usurpari* τὸ מן Nahum. c. 3. v. 11. מאויב LXX ἐξ ἐχθρῶν. *desiderabis robur propter inimicum. Sed eandem,* inquit noster, *significationem hac præpositio obtinet apud probatos Scriptores profanos. Æsopus enim sic loquitur.* Ὁ ὄνος, πεσὼν ἐκ τοῦ κόπου, ἐτελεύτησεν. *Asinus, concidens ex (i. e. propter) labore, emortuus est.*

Primò, scire pervelim, qinam *multi* illi, qi *Hebraismum* in Evangelistæ verbis delitescere monuerint; qive ἐκ ibi *propter* reddiderint. Certè *ex itinere* vertunt, Vulgatus Interpres, Calvinus, Castellio, Illyricus, Beza, Piscator. eeqis alitèr? qanqam poterant &, *ab itinere*; qo modo Plinius *hist. nat. l.* 2. *c.* 8. *a solis vicinitate ardentis.* Et. *l.* 24. *c.* 5. *si caput à sole doleat.*

Tum Æsopicarum fabellarum qi farraginem confecit, pro *autore probato* frustrà obtruditur. nec reverâ opus erat, ut ad obscurum ejusmodi incertumqe scriptorem provocaretur. cum è probatis, & extra exceptionem positis, exempla τοῦ ἐξ eo sensu usurpati qo Evangelista adhibuit, ut *caussam* scil. *à qâ* res aliqa producatur, designet, proferri possint havd pavca. Sic enim apud H. Stephanum præstò habere poterat, ex Thucydide, ἐξ ὧν ἐφθείροντο. h. e. *è qibus,* sive, *qibus* simpliciter *peribant.* ex Aristophane, ἐκ χειρὸς ἀπώλετο. *manu periit.* ex Sophoclis *Ajace*;

Ἐφθαρμένας γὰρ ἀρτίως εὑρίσκομεν,
Λείας ἁπάσας, καὶ κατηναρισμένας
Ἐκ χειρὸς, αὐτοῖς ποιμνίων ἐπιστάταις.

Omnino namqe perditos deprendimus
Passim palantum pecudum totos greges, ——
Manuqe cæsos, ipsis cum pastoribus.

qo modo Deus apud Esaiam c. 50. v. 11. מיד היתה זאת לכם Græc. δι' ἐμὲ ἐγένετο ταῦτα ὑμῖν. Hieron. *de manu meâ factum est hoc vobis.* e *manu.* Jun. Et Heman, Hymn. 88. v. 6. מידך נגזרו Græc. ἐκ τῆς χειρός σου ἀπώσθησαν. Jun. *manu tuâ excisi sunt.* nonnihil qe Piscator מן ibi *efficientem* designare. qo pertinet & phrasis illa Polybiana apud Svidam, ἐκ χειρὸς βοηθεῖν τοῖς πράγμασι, ἀντὶ τοῦ μετὰ πάσης ἐπιμελείας, ἀνατεταμένως, συντόνως. e *manu rebus succurrere*; pro eo qód est *omni studio, summâ cum contentione.* Sic & Latini. Plaut. *Cistell.* 2. 6.

Ergo corculum assudascit jam ex metu. Et ibid. 3. [illegible] *ex amore quam te vidi neminem.* Idem *Asinar.* 5. 1. [illegible] *more hujus corruptum oppido.* Teren. *Andr.* 3. 1. [illegible] *ex peregrina?* Et *Eunuch.* 2. 1. *Adeone homines im*[illegible]*re.* Idemqe *Adelp.* 2. 1. *Minime miror, qi insaniunt* [illegible] *ex injuriâ.* Id qod Solomon dixisse videtur plerisqe verbis illis, Eccles. c. 7. v. 7. *Oppressio ad insaniam adigit sapientem.* Etiamsi Piscator in Schol. aliô abeat. Ita denique Cato in *Epistola ad filium*, referente lib. 7. Prisciano: *Ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis.* pro eo, qod citra præpositionem Virgilius, *Georg.* 1. 3. eidem ibidem laudatus, —— *asperge sitis aqua exterritus æstu.*

Verum illud τὸ LXX ἐξ ἐχθροῦ. qo Nahumi מאויב c. 3. v. 11. exprimere volebant, inter Hebraismos non immerito poterit collocari. siqidem istic מן & ἐξ *causam impellentem* potius qam *producentem* designat. *ob inimicos.* i. e. *ut inimicis tuis resistas.* Vatabl. *inimicis persequentibus.* Hieron. qanqam, Camnum si seqimur, a Prochenio adductum, ellipsis futura est. *ab inimicis.* i. e. *ab inimicis tuenris tibi.* hoc est enim qod ille מפלטי מאויב *ab inimicis meis.* vel etiam, *geres robur, qo ab inimicis defendas te, sive tutus sis.* alioqi verti possit מאויב *præ inimico,* ἕνεκα τοῦ ἐχθροῦ. ut Latini dicunt, *præ multitudine.* i. e. *ratione multitudinis,* ἕνεκα τοῦ πλήθους. Vetus Lat. *Qæres auxilium ab inimico.* qod alio plane trahit Fr. Ribera, ac si dicatur, *Necessitate cogeris eos etiam suppliciter precari qos oderas.* sed prior sensus magis placet; prout & Calvino, qi utrumqe proponit.

CAPUT XXXI.

Dispares plane sunt formulæ, ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστρέφεσθαι, & ἐν σοφοῖς, ἢ μικροῖς εἶναι. *nec sunt iidem prorsus*, ἐν σοφοῖς, ἢ ἐν μικροῖς εἶναι, & σοφὸν, ἢ μικρὸν εἶναι. *Perperam redduntur loca illa, Hymn. 54. 6. Param. 22. 26. & 23. 20.* τὸ ἐν [illegible] *Tit. 3. 3.* [illegible] *1. Pet. 4. 4.* [illegible] voluptatis loco, *Euripidi* [illegible] *frustra huc trahi.* In iniquitate, *Hymn. 51. 6.* [illegible] *1. Joan. 5. 19.* In veritate, astute & c. *Hebræorum idiotismi*, ἰδίᾳ & [illegible] *formulæ peculiares.*

S Ect. 85. confundit Pochenius formulas illas, τὸ ἐν ἀσελγείᾳ ἀναστρέφεσθαι. Petri ep. 2. c. 2. v. 7. *in lascivia conversationem*, pro *lasciviam*; & ἐν σοφοῖς, vel ἐν μικροῖς εἶναι. *e sapientibus, vel tenuioribus esse* pro *sapientem, vel tenuem haberi, esse.*

At istæ multum à se invicem discrepant. alterâ enim abstractum cum præpositione pro concreto usurpatur, reique subjectæ denotatur affectio. alterâ concretum ipsum retinetur, & plurali formulâ adhibitâ, classis, in qâ qis censendus sit, designatur. itaqe non est necesse vertere, ἐν σοφοῖς ἦν, *sapiens essem*, sed *e sapientibus*, vel *in sapientibus essem*. i. e. in sapientum numero censerer. nec ἐν μικροῖς ὤν, *tenuis*, sed *e tenuioribus*, *cum sis*, infimæ sortis unus cum sis. ut personæ de qâ sermo instituitur, sors non singularis aut peculiaris, sed cum aliis eidem communis denotetur. Qin nec illud Psalmi 54. v. 6. אדני בסמכי נפשי à LXX. rectè vertitur, ὁ κύριος ἀντιλήπτωρ τῆς ψυχῆς μου. hoc est *Deus est sustentator animæ meæ*. qanqam eo inclinare videatur Drusius qæst. l. 2. c. 11. qum sensus simplex sit, qod & verba sonant, *Deus est in eis*, sive *inter eos, qi sustentant animam meam.* i. e. *inter milites meos*, ut Piscator, vel *assistit mihi & comitatui meo*, ut Junius. Vitiosa autem est versio, qæ minus exprimit, qam textus ipse exhibeat. Nec qæ ex Paræmiis adducit

ducit ille loca, aliter debent explicari. Cap. 22. v. 26. *ne sis ex spondentibus debita.* Et c. 23. v. 20. *ne sis ex ebriosis vino deditis.* amplius est enim, *ne sis è talibus*, qam, *ne sis talis.* perinde est enim ac si diceret, *ne sis talis, quales multi existunt, vel tametsi non desint qi sint ejusmodi haud pauci*: vel etiam, *talium consortio ne te adjungas.* nam illud Psalm. 99. v. 6. aliter sumendum agnoscit ipse.

Verum formula prior illa est reverâ scriptoribus sacris peculiaris propemodum. et occurrit apud hos freqentius. Sic enim Pavlus ad Tit. c. 3. v. 5. *τὰ ἐν δικαιοσύνῃ ἔργα. ἀντὶ τῶν δικαίων. opera in justitiâ*, pro *justis*, sive, *justè factis*, ut Beza. nec possum probare Tho. Plajfiri nostri argutiam, qi *opera in justitiâ* exponit, *opera qæ fiunt in fide, in statu justificationis, in justitiâ, qvâ jam justificatis.* nam tempus præteritum, qod vocationem & conversionem antecesserat, ab Apostolo respici, contextus ipsa series indicat. qanqam sic accipi posse videtur, qod Petrus Ep. 1. c. 1. v. 14. *Ταῖς ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις.* supple *γενομέναις*, inqit, Piscator; *qæ in ignorantiâ vestrâ (vigue-runt) cupiditatibus*, Beza. at Syrus etiam hîc simpliciter, *Qæ concupiscentes eratis absqe scientiâ.* ut concupiscentiæ cæcæ intelligantur. qod & optimè constare potest.

Nec cum istis geminum plane est illud Evripidis ex *Iphigeniâ Tauricâ.*

Ἔστι δέ σοι τοῦτ' ἐν ἡδονῇ μαθεῖν.

potest enim hîc *τὸ ἐν ἡδονῇ* verti, *voluptatis* loco: cum *ἐν ἀγνοίᾳ*, sive *ἐν δικαιοσύνῃ ignorantiæ*, vel *justitiæ loco*, illic non possit. Et illud multo minùs ex *Hecuba*,

Τύχην δὲ πάντα τὰν βροτοῖς ἐπισκοπεῖν.

τὰ ἐν βροτοῖς enim istic apertè significat, qod primâ fronte præfert, *qæ in hominibus*, vel *apud inter ve, homines geruntur.*

Vatis autem regisqe ejusdem Hymno 51. v. 6. verba qi cum Pfochenio sic exponunt, ut, *formatus sum in iniqitate, & in peccatis concepit me mater mea*, nihil aliud sonet, qam *iniqus formatus, peccator conceptus sum*; aut *cum iniqitate, cum peccato*; qod Piscatori placuit; vim dicti, havd parum enervare videntur. aliud enim est *cum peccato*, aliud *in peccato* nasci. aliud *peccatum alicui inesse*, aliud *ipsum esse* qodammodo *in peccato.* sicut aliud nave fractâ in aqis marinis demersum totum existere, aliud ad litus subductum, aqæ marinæ aliqid in visceribus exceptum gestare. hæc etiam regenitorum est affectio, penes qos manent ad huc vitii innati reliqiæ. Rom. c. 7. v. 17. 23. illa verò

nondum

nondum regenitorum conditio, qi vitio illo toti qasi immersi habentur. qod illi cæco à Domino sanitati restituto, Joan. c. 9. v. 34. ἐν ἁμαρτίαις ἐγεννήθης ὅλος. *In peccatis totus es genitus.* Et Pavlus ad Ephes. c. 2. v. 1. & Coloss. c. 2. v. 13. νεκροὺς ἐν ἁμαρτίαις καὶ παραπτώμασι, *in peccatis mortuos*, sive *peccatis immortuos*. et aliâ formulâ Simoni Mago Petrus Act. c. 8. v. 23. εἰς χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. *video esse te in bile amarissimâ, & iniqitatis vinculo.* h. e. video esse te bile amarissimâ occupatum. & iniqitatis vinculo prorsus obstrictum. Et Joannes ep. 1. c. 5. v. 19. ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, *Mundus iste totus in malo*, sive *in malitiâ situs est*. prout Plavtus *Casin.* 2. 5.

Nunc in fermento tota est: ita turget mihi.

Et *Merc.* 5. 3.

Nunc mea uxor propter illam tota in fermento jacet.

ἐν ζύμῃ κεῖται. ut verbo unico absolvam; οἱ μὲν ἔχουσιν, οἱ δὲ ἔχονται. *habent illi, habentur isti.* sed hoc ἐν τῷ παρέργῳ.

Cæterum priori illi finitimum est, si non idem prorsus, qod Sect. 96. habet, de periphrasi, qâ adverbia Hebræi efferant. באמת *in veritate*, h. e. *verè*. בצרקה *in justitiâ*. i. e. *justè*. בערמה *in astutiâ*. i. e. *astutè*. & pariter, ἐν τάχει, pro ταχέως, *citò* Rom. c. 16. v. 20. ἐν ἀληθείᾳ; *in veritate*, i. e. *verè*. Matth. c. 22. v. 16. qo eodem refert & illa sine particulâ præfixâ, ἰδίᾳ *privatim*. Cor. ep. 1. c. 12. v. 11. δημοσίᾳ *publicè*. Act. c. 16 v. 37. κύκλῳ *in orbem*, Marc. c. 4. v. 34. Eisqe affinia qædam profert ex Græcis Tragicis.

Verum illa ἰδίᾳ, δημοσίᾳ, κύκλῳ sunt formulæ peculiares, & in adverbiorum classe censentur. nec qia ἰδίᾳ pro *privatim*, δημοσίᾳ pro *publicè* usurpatur, pari ratione κρυφῇ pro *clam*, avt φανερῶς pro *palam* dixeris; etiamsi analogia eadem sit planè. Sed nec tam Græcorum, qi adverbiis abundant, qam Hebræorum, qibus ea pavca sunt, periphrasis illa, idiotismus est.

CAPUT.

CAPUT. XXXII.

Hebræorum idiotismus, qo vehementius affirment, contrarii negationem subjungere. Hoc qi Drusius, aliis qoqe usurpatum idem non negat, imo locis allatis probat. Sangvis *pro cæde, iisdem familiare, sed plerumqe in plurali.* ῥαπίζειν, & ῥάπισμα *Hellenistarum, non Græcorum priscorum, vult Hejnsius. hoc ex Iustiniani Novellis refellit Pfochenius.* ἐν ὁδῷ, *pro* ratione, instituto, *Hebræorum idiotismus; nec Græcis tamen insvetum prorsus. Stoicis admodum familiare.* via justitiæ, & injustitiæ, *Hebraismus.*

SEct. 86. *Hebræorum idiotismus esse creditur*, inqit, *ubi aliqid affirmaturi vehementèr, negant ejus contrarium.* atqe Drusium hîc advocat, à qo loci passim notati sint.

Sed num Drusius, avt alius qisqam ἴδιον, sive peculiare, istud esse Hebrææ lingvæ unqam affirmavit? ἰδιωτισμόν, sive *formulam vulgarem usitatamqe* Hebræis, luculenter satis indicant loca illa à Drusio lavdata. ἴδιον sive peculiare horum non esse, idem ipse è scripto profano prolatis exemplis ostendit, qod & alibi monemus; ut frustra hoc in rem suam Pfochenius hîc proferat: qanqam à suis potiùs, qam ab extraneis, cum Dominus ipse, tum & Evangelista, eam formulam havsisse meritò censeantur. qo modo & ἐκνεύειν pro *evadere, emergere*, Joannes c. 5. v. 13. (de qo sect. 87.) à Græcis Vet. Test. interpretibus potiùs, qi & sæpius usurpant, qam ab Evripidis *Hippolyto*, ex qâ solâ hic adducitur.

Sect. 89. Τὸ αἷμα pro *cæde* usurpatum, qi *Hebræorum idiotismum* esse, qibus in usu existere freqentissimo deprehenditus, qi affirmant, num à Græcis usurpari id negant? qanqam דמים in plurali freqentius hac mente illis usurpatur.

Sect. 90.

Sect. 90. ῥαπίζειν, pro *palmâ cadere*, ῥάπισμα pro alapa ex *Hellenistarum, non Græcorum more*, τοὺς ἑβδομήκοντα imitatos, *usurpasse Evangelistas*, monet Cl. Hejnsius in *Aristarch. sacr. c.* 28. Hoc ut refellat Pfochenius, *Justiniani codicem ac Novellam* accersit; qasi ista Græcæ puritatis normæ sint legitimæ. de vocabuli interim significatu videri possunt Petr. Faber. *agonist. l.* 1. *c.* 19. & Cl. Hejnsius loco supra indicato.

Sect. 91. qærit Pfochenius, an *formula illa* ἐν ὁδῷ δικαιοσύνης, *in via justitiæ*, Matth. c. 22. v. 32. *aliæqe huic consimiles, qibus* ὁδὸς *sive via, pro ratione, modo, vitæ instituto usurpatur, ex Hebraismo derivatæ sint nec ne.* Et certe ab Hebræis eorumqe interpretibus, qibus formulis istiusmodi nihil est familiarius, sumpsisse Evangelistas ac Apostolos, non est, opinor, qi negaverit.

At, inqit Pfochenius; *sic loquuntur etiam Græci scriptores profani.* solum interim Evripidem profert, qi in *Hippolyto*, γνώμης ὁδὸν, pro *mentis, sive consilii, ratione* bis dixerit. qod idiotismum Græcorum esse nevtiqam probat. Ejus loco poterat Thucydidem l. 3. adduxisse; Μετὰ γὰρ Ἀθηναίων ἄδικον ὁδὸν ἰόντων ἐχωρήσατε. *Athenienses viâ injustâ incedentes secuti estis.* ὁδὸν ἄδικον dixit, qam ὁδὸν ἀδικίας Græcus interpres, Hymn. 119. v. 29. qo modo ὁδὸν δικαιοσύνης Evangelistæ; qi est manifestus Hebraismus. Sed & Isocratem itidem *ad Demonic.* Ὅσοι τῷ βίῳ ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπορεύθησαν. *qotqot hanc vitæ viam, sive institutum, ingressi sunt.* Nota obiter, apud Stoicos, Marcum præcipuè Antoninum, *commentar.* l. 1. S. 9. ὁδῷ ἐξευρίσκειν καὶ τάττειν. l. 5. S. 24. ὁδῷ ὑπολαμβάνειν. l. 3. S. 11. ὁδῷ ἐλέγχειν. & l. 6. S. 24. ὁδῷ περαίνειν. &c. freqentissimè occurrere, pro eo qod est, *certâ aliqâ ratione, viâ, methodo excogitare, disponere, censere, redarguere, perficere aliqid, &c.*

CAPUT. XXXIII.

Ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, *Matth.* 21. 42. *malè redditur*, Coram nobis. *Aliud ab hoc est Evripidis*, ἰδεῖν ἐν ὄμμασιν. ἰδεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς, *& similia, Hebræorum idiotismus. Poetica locutio-*

nec idiotismum non probans. Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς. *Hebræorum idiotismus, fæmininum neutrius loco usurpare.* Ὁσίη, *las*, pietas. *Absqe tâ cultus omnis inanis.*

SEct. 92. καὶ ἐστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Matth. c. 21. v. 42. *Et admirabile est in oculis nostris.* i. *coram nobis*, inqit Pfochenius. insinuans pro Hebraismo haberi. estqe revera ex Hebraico textu desumptum, Psalm. 118. v. 23. Verum *ita Hebræi*, inqit, *non loquuntur soli. patet ex Euripide in Hippolyto*, ὡς ἰδεῖν ἐν ὄμμασιν.

At primo, *in oculis nostris*, non satis fæliciter exprimitur per *coram nobis*, qis enim sic loqeretur, *Hoc est mirabile coram me*? potius, *hoc est mirabile in conspectu nostro*, i. e. conspicientes nos in stuporem trahit. qod *coram nobis* non explicat plane. imò siqis diceret, *Mirum est hoc coram nobis fieri*; aliud prorsus dictum, velle jure censeretur, qam hoc loco vates ὑμνῳδὸς voluit.

Tum ἰδεῖν ἐν ὄμμασιν est diversa ab hac formula; illi potius compar, ἰδεῖν τοῖς ὀφθαλμοῖς. Matth. c. 13. v. 15. Joan. ep. 1. c. 1. v. 1. Et Genes. c. 31. v. 10. qod ibid. c. 45. v. 12. dicitur ὀφθαλμοὶ βλέπουσι. sed & alibi freqentissime, tam in Græcâ Veteris versione, qam & in novo instrumento, qod & ipse observavit infra sect. 101. ubi etiam ex Græcis, sed Poetis solis, gemina multa congessit. qibus istud qoqe adjicere poterat, nisi qod ἐν hic habetur, qod in illis havd extat. Poterat avtem convenientius istic adduxisse, proverbiale illud, Αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς. ubi commodius etiam reddi potest ἐν ὀφθαλμοῖς, *in oculis, coram.* Nec verò si prorsus conveniret, idiotismum evinceret unicus è poetâ locus. nec à formulis poeticis ad usum familiarem satis est firma consecutio.

Cæterum, qum neminem Pfochenius hic nominet, qi Evangelistæ verbis Hebraismum subesse censuerit, subit animum suspicio, Casavboni *annotationes* ὁλοσχερῶς θεωροῦντα, ut cum Marco loqar, qum *purum putum Hebraismum*, ad incisum illud adnotatum legeret, de formulâ illâ ἐν ὀφθαλμοῖς dictum cepisse, atqi aliud ὁ μακαρίτης voluit. qum enim tam apud Matthæum, sed & Marcum c. 12. v. 11. qam & in Hymnorum versione Græcâ Hymn. 118. v. 23. legatur, Παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη. καὶ ἐστι θαυμαστή, &c. qod V. C, Fr. Junius, cum *in annot.* tum & *parall.* l. 1. c. 40. ad γωνίαν referri postulat: eam

concinnationem

concinnationem ut minùs commodam rejicit meritò Casavbonus; Et *Hebraismum parum putum* esse affirmat, αὐτῇ respondentem τῷ זאת. Hebræorum est avtem, non et Græcorum, *femininam formam neutraliter* usurpare. qod nec Pfochenius, opinor, ipse negaturus est. qanqam ejusmodi qiddam forsan qibusdam videri possit, illud Homeri *Odyss.* π. v. 423.

——— οὐδ' ὁσίη κακὰ ῥάπτειν ἀλλήλοισιν.

Et *ibid.* χ. v. 412.

οὐχ ὁσίη κταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάασθαι.

ubi ὁσίη dicitur poetæ, prout & aliis nonnullis, qod ὅσιον Sophocli in illis, οὐ θέμις, οὐδ' ὅσιον. et Phocylidæ,

οὐχ ὅσιον κρύπτειν τὸν ἀναίτιον αἷμα ἀνδρῶν.

Verum ellipticam formam hanc esse, vult Evstathius; supplendamqe βουλὴν, δίκην, πρᾶξιν avt aliud ejusmodi. nec desunt, qos hic seqi malim, qi substantivum potius esse censeant, qod *fas* reddunt nonnulli, *pietatem sanctitatem* ve alii. Ita planè usurpavit Julianus *de Cynism. orat.* 2. Πάσαι, inqit, ἑκατόμβαι τῆς ὁσίας οὐκ (ita enim leg.) ἀντάξιαι. *Non sunt dignæ, qæ cum pietate conferantur, hecatombæ universa.* Eandem & in *divarum* numerum relatam ex Evripide ibidem allato discimus, qod & aliâ occasione alibi tetigimus. Non possum avtem continere me, qin subjiciam hic, qæ pietati veritatiqe qam maximè consentanea adjecit eodem loci idem ille pietatis veræ omnis expers exorsqe prorsus. Ὅτι πάντα καὶ τὰ μεγάλα καὶ σμικρὰ μετὰ τῆς ὁσίας τῷ θεῷ προσαγόμενα τὴν ἴσην ἔχει δύναμιν· ἐστερημένα δὲ τῆς ὁσίας, οὐχ ἑκατόμβαι, ἀλλ' ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χιλιόμβη, ἀνάλωμα μόνον ἐστὶ, ἄλλο δὲ οὐδέν. *Tantundem valere minora ac majora cum pietate adhibita numini, hæc verò semotâ, nec hecatomben, sed nec chiliomben, aliud qicqam qam impensam sumptumqe inanem existere.* Veram αὐτῇ τῆς ὁσίας utcunqe se habuerit; misso, qi intendebatur, Hebraismo, alium de suo substituisse Pfochenius videtur.

Deniqe ab Hebræis sumpsisse cum interpretes Græcos, tum & Apostolum, negari non potest: nec amplius qicqam ex qoqam Pfochenius istic.

 CAPUT.

CAPUT. XXXIV.

Ἐκτὸς εἰ μὴ, 1. Cor. 15. 2. inconcinnitatis à nescio qibus insimulari. καὶ insertum qi postulant, à Bezâ rejecti. Matth. 3. 7. ἡ μέλλουσα, respondet Hebr. הבא futurâ *aptius qam* ventura.

SEct. 94. *Locutionem illam* ad Corinth. Ep. 1. c. 15. v. 2. *ἐκτὸς εἰ μὴ qibusdam valdè* ait *inconcinnam videri. Sed & Lucianum sic locutum.* qibusnam hoc visum fuerit nullus dicit. Beza monet tantùm qibusdam placere καὶ subavdiri ante verba illa ex *Hebræorum idiotismo*, ut dictionis series sic profluat, εἰ κατέχετε, καὶ ἐκτὸς εἰ μὴ εἰκῇ ἐπιστεύσατε. qod ipse tamen respuit, qia ἐκτὸς tunc redundaret. de *Hebraismo*, avt *inconcinnitate* aliqâ in formulâ ipsâ ipse ne γρῦ qidem.

Sect. 97. ait qosdam cavillari textum Græcum Matth. c. 3. v. 7. qasi non dicatur Græcè μέλλουσα ὀργὴ, sed μέλλουσα ὀργὴ ἔσεσθαι: qibus *insignem* imputat *linguæ Græcæ imperitiam*. nec immeritò, id siqis censuerit. Verum μέλλουσα ibi τῷ Hebraico הבא respondere, liqet satis. nec frustra penitùs Erasmum notat Beza, qod *venturâ* reddidit, qasi esset μελλούσης ἐλθεῖν, cum *futurâ* posset aptiùs.

CAPUT. XXXV.

Dispares formulæ, Canticum canticorum; *&* Rex regum. *Hebraismus in illo; non & in isto.* ἐπίτασις *congeminatione vocum expressa, Hebræorum idiotismo meritò deputatur. Erasmus sine causâ reprehensus. Cothurnus ab idiotismo diversus.*

SEct. 98. *Hebraismum latere* opinari qosdam ait in illis Apoc. c. 19. v. 16. βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος κυρίων. ipse concedit, verum esse, *Hebræos singulare & excellens qippiam expressuros, sic solere effari.* qod ex inscriptione cantici Solomonis apertum sit שיר השירים *canticum canticorum.* h. e. *canticum excellentissimum.* negat tamen Hebraismum idcircò esse. Sophoclem enim *Electrâ*, δειλαία δειλαίων, pro infælicissimâ dixisse. notatqe Erasmum, qi in adagio, ἔσχατα ἐσχάτων κακά, *hunc sermonis typum Græcos videri* scribit *ab Hebrais mutuò sumpsisse.*

Cæterum perperam confunduntur istic formulæ dispares. siqidem illa, βασιλεὺς βασιλέων, καὶ κύριος κυρίων, sicut & *Deus Deorum* Hymn. 50. v. 1. citra Hebraismum aliqem (qem qinam in istis *latere* monuerint, nescio) usurpantur, eumqe designant, prout verba ipsa sonant, non qi *rex dominusve singularis & eximius* sit, sed qi regibus ipsis imperitet, in dominosqe ipsos, qicunqe ei sint, dominium exerceat. Siqidem ut Seneca *Thyeste*;

Omne sub regno graviore regnum est.

Et Flaccus *carm. l. 2. od. 1.*

Regum timendorum in proprios greges;
Reges in ipsos imperium est Jovis.

Atqe, ut Naso *Tristium l. 4. Eleg. 7.*

Nil ita sublime est, ———
Non sit ut inferius suppositumqe Deo.

Itaqe ad Hebraismum confugere nulla istic necessitas; & imminuit etiam appellationis vim ipsam.

Cæterum cur *typus ille sermonis*, qo ἐπίτασις ejusdem dictionis congeminatione significatur, non ritè censeatur Erasmo *ab Hebræorum*, vel orientalium aliorum, *usu* profluxisse, nihil hîc affert Pfochenius; nec qid, consecutionis necessariæ qod sit, afferri possit à qoqam, video. Apud hos certè idiotismus est, *sanctus sanctorum*, Dan. c. 9. v. 24. Et *sanctum sanctorum*, sive *sanctitas sanctitatum*, Exod. c. 30. v. 10. qod LXX ἅγιον τῶν ἁγίων Exod. c. 26. v. 33. Et Levit. c. 6. v. 29. qomodo & Apost. Hebr. c. 9. v. 3. & *sanctitates sanctitatum* Ezech. c. 42. v. 12. apud illos havd item. neqe enim idiotismum facit, si formula aliqa è cothurno semel aut iterum prosilierit; qantam illud ἔσχατα ἐσχάτων, ubi gradus ipse geminatur;

minus

minùs durum & insolens videri possit, qam alterum illud δικαία δικαίων, & qæ ex paginâ sacrâ supra-posuimus.

CAPUT XXXVI.

θέλομεν, Marc. 10. 35. velimus, *potius*, *qam* volumus, *aut* optamus. *Aliud* velle, *aliud* optare. *Aliud* optare, *aliud* rogare. *Optamus*, *& qæ nec rogamus, nec rogare fas est.* θέλω, *Ioan.* 17. 23. velim, ἐρωτῶ, rogo, *Augustinus Bezæ non immeritò notatus. Bezæ cod cet correcti.* Κλύοις, *audias.*

SEct. 99. Marc. c. 10. v. 35. θέλομεν, i. e. *velimus, multi contendunt,* inqit, *idem esse qod optemus. qam significationem & à Syro sermone tractam; qia Syris* צבא *& velle & optare significat.*

Beza qidem, θέλομεν, inqit, *ad verbum volumus*, i. e. *optamus. est enim rogandi, non imperandi significatione positum. sic autem Græci solent convertere Hebræorum* חפץ. Nec tamen ideo Hebraisantibus solis peculiarem vult esse eam vocabuli istius significationem. Idem enim ex Cicerone profert: *Eum honorem Deos tibi fortunare volo.* Qanqam reverâ nec eadem sunt prorsus *velle* & *optare*: & hæc duo distingvit Orator qoqe ipse, Orat. *pro Cluentio: Nihil est mali, nihil sceleris, qod illa non filio voluerit, optaverit.* Sed nec *optare* & *rogare.* siqidem optamus multa, qæ non petimus, aut rogamus tamen; imò qæ petere à Deo ac rogare nevtiqam par est. τὸ θέλειν verò, hoc qidem loco, non tam *optare*, qam *petere* ac *rogare* significat. Optimè itaqe Vir doctiss. idem, & istic, θέλομεν, non *volumus*, prout vetus interpres, & Erasmus, sed *velimus* reddidit; & cum Marc. c. 6. v. 25. tum & Joan c. 17. v. 23. θέλω velim, Augustino etiam notato, qi *Ep.* 178. (ita enim restituendus in Bezæ codicibus numerus, qi perperam centenario minor designatur) *Patris & Filii æqalitatem* inde satagit probare; qia *non diceret*, inqit, *inferior superiori, volo, sed supplicans, rogo.* Idemqe Homil. 42. *Sed jubet Pater, ut faciat Filius. Voluit Pater, efficit Filius. Ecce ostende, qia vult filius, & facit Pater. Ecce Filius jubet,*

&

ô Pater, facis, avdis voluntatem potestatis, potestatem voluntatis; at verò τὸ θέλω nihil hîc est aliud qam ἐρωτῶ *rogo*, qo modo supra locutus fuerat verſ. 9. & 20. Aptiſſimè avtem *velim*, Vir doctiſſ. vertit. eâ enim, qæ eſt optandi, formulâ ſuperiores ſuos alloqi ſolent inferiores. qod monuiſſe memini Dunæum noſtrum ad illud Lycophronis, qo famulus Regem Dominum ſuum in operis exordio ſic affatur, Κλύοις ἄν, ὦ ἄναξ.

Avdias, o Rex

nos diceremus, **May it pleaſe you to heare.**

CAPUT. XXXVII.

Φῶς *pro* igne, *Hebræorum idiotiſmus. Rheſi Avtor. Ab Orientalium uſu multa in lingvam Græcam profluxerunt. Ex communibus notionibus Tragici qædam, qæ uſu communis non erant.* φλὸξ *pro* igne *ejuſdem farinæ. In ſimpulo fluctus.* μόσχος, *pro bove; ut* πῶλος *pro eqâ.* πίπτειν, cadere, *pro mori.*

SEct. 100. fruſtrà φῶς Marc. 14 v. 54. *pro igne* uſurpatum *Hebræorum* ſolùm *idiotiſmum* eſſe Pfochenius pernegat, qia Evripides (ſi is ſaltem eſt; nam Ariſtarcho aſſerit Sam. Petitus *miſcell. l. 3. c. 22.*) in *Rheſo. v.* 81. φῶς pariter uſurpavit, φῶς ἄψαι dicendo, pro *ignem accendere.* ejſqe qi hoc ſtatuunt, inſultando juvenilius, qærit *à qo Tragicus hic Hebraiſmos edoctus fuerit*, avt *qem Rabinum præceptorem habuerit.* qod qidem nihil neceſſe fuit, prout & alibi ſæpe monuimus; cum & ab Orientalibus in lingvam Græcam fluxerint havd pavca; & potuèrit poeta ex notionis communis ratione, cum lumen ignis accenſi comes ſit jugis, *luminis* vocabulum pro *igne* uſurpaſſe, præter gentis ſuæ uſum vulgarem; qi idiotiſmus proprie dicitur.

Ejuſdem eſt farinæ, qod φλόγα pro *igne* uſurpatum Luc. c. 16. v. 24. & Jobi c. 18. v. 5. ad eandem cum priore claſſem pertinere non patitur; qia Tragicus ſcil. idem *ibid. v.* 120. φλόγα ἐμβαλεῖν, pro

ignem ἀψίσεν, dixerit, magnosqe inde in sympulo fluctus ciet, qasi ex adversâ parte qispiam ad hunc τὸ πάλη usum observatum intulisset; *Qvis itaqe Græcus posset hunc Græcum Novi Testamenti intelligere, nisi prius etiam veteris Testamenti textus Græcus & Hebræus, unà cum reliqis linguis Orientalibus ipsi probè fuerit cognitus?* Subjungitqe ἀλλὰ ἡμεῖς, *Evripidem aliosqe cum eo Græcos, qod ad verba attinet, qamvis sensus & interpretatio genuina textus spiritualis homines istos carnales & irregenitos forte fugisset, æqè hunc textum intellecturos esse, certò sibi persvasum.*

Verum ecqis, qæso, tam non à mente, sed à sensu omni alienus unqam extitit, ut negaret Græcum ullum absqe tantâ textus Græci ac Hebræi V. Instrumenti cæterarumqe lingvarum Orientalium supellectile corrogatâ, lingvarumqe tot peritiâ havd mediocri comparatâ, verba illa Evangelistæ posse interpretari, ὅτι ὀδυνῶμαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ? hoc esset utiqe ad stipulam diffindendam cuneos ferreos cubitales Herculeamqe clavam poscere. nam de sensu spiritali in parabolæ verbis illis, non intelligo qis tam profundus, avt arcanus subsit, qem crassi isti, qos appellat, non facilè capiant. Ipse tu, credo, Pfocheni, etiamsi nullus te Evripides tuus istud docuisset, imò nec apud avtorem ullum, vel Græcum, vel Græcanicum, φλόγα, qod *flammam* propriæ significat, pro *igne* usitatum deprehendisses, facile tamen ex tuo ipsius ingenio, nî plane bardus sis, qod non esse te docent tua ista, dignosceres, ita istic usurpari. Nec caret ergô prorsus aliqo nigræ loliginis succo, qod viris eruditis, ista tam ἄλογα planè, qam & ἄτοπα, affingis.

Consimile est, qod Sect. 103. μόσχον *pro bove*. Apoc. c. 4. v. 7. qod à LXX mutuatus Evangelista videtur, (& ab eis potius mutuatum, qam a poetis, qos soles hîc adducis, qis sicipitis saltem sani non verisimilius censuerit?) tam *à Græcis hominibus* statuit *posse intelligi, qam* πῶλον *pro eqô*, (qod poeticum itidem) usurpatum.

Nam qod Sect. 102. πίπτειν. i. *cadere*, sive *occidere*, pro *mori*, ad Cor. Ep. 1. c. 10. v. 8. non *Hebraisantibus solis*, sed *Græcis* qibusvis etiam, esse in usu contendit, & ex eadem *Rheso* demonstrare conatur, ludit operam; cum hoc ipso non Græcis tantùm, sed & Latinis. tam soluti, qam & vincti sermonis avtoribus, nihil sit usitatius. nec tamen, si qis dixerit, (numqis enim, incertum mihi) Apostolum in hoc vocabuli usu interpretes LXX secutum; ideò negat qicqam qod à Pfochenio hîc dicitur.

CAPUT.

CAPUT. XXXVIII.

Mortem gustare, *&* videre, *pro mori, Hebræorum idiotismi. Ex locutione poeticâ idiotismus non statuitur. Aliud* mortem sentire, *aliud* mori. ἄλγος ἰδεῖν, *Tragico, est id qod doloris caussam dat, intueri. Aristoteles frustra accersitus.* Visus, *sensuum nobilissimus. In notatione hujus nugas agit Isidorus*; Videre *à Græco* ἰδεῖν. Visus, *pro intellectu. pro sensu qovis. Pro auditu.* Avditus *an pro visu, incertum. Stobæi codices emendati. Pro tactu: pro olfactu. Nec ideò tamen* mortem palpare, avdire, olfacere, *pro* mori *dixeris.*

SEct. 104. θανάτου γεύσασθαι, *mortem gustare*, Hebr. c. 2, v. 9. & θάνατον ἰδεῖν, *mortem videre*, Luc. c. 2. v. 26. & Psal. 89. v. 49. *pro mori*, inde probare vult esse *Græci sermonis idiotismos*; qia Evripides κακῶν γεύσασθαι dixit, in *Hecubâ*; πένθους γεύσασθαι, in *Alcestide*; ἄλγος ἰδεῖν, in *Supplicibus. dolorem* enim *videre, esse experiri, persentiscere*; *qomodo & mortem gustare, & videre, nihil aliud esse, qam mortem sentire, hoc est, mori.* qibus subjicit Latinos dicere, *somnum non vidisse, pro non dormivisse*: Et Aristotelem *in sophist. elench.* τὸ ὁρᾶν αἰσθάνεσθαί τι εἶναι.

At ista plane nihil qicqam evincunt, qod Pfochenius hîc avt voluit, avt velle debuit. Nec ex locutione Poeticâ idiotismus statuitur; nec phrasis ipsa eadem utrobiqe deprehenditur. nec *mortem* avt *gustare*, avt *videre*, est *mortem sentire*, avt ita animam per cruciatus prorelatos sensim exhalare, ut (qod Cajo Imper. in ore subinde fuisse narrat. c. 30. Svetonius) *mori se qis sentiat*; sed simpliciter *mori*: qod & citra sensum creberrimè contingit. nec ἄλγος ἰδεῖν necessario apud Tragicum, *dolorem persentiscere* significat, sed simpliciter *videre*. ut tropus sit non in ἰδεῖν *videre*, pro *sentire*; sed in ἄλγος *dolor*, pro eo *qod dolore afficit.* sic enim sese ipsa interpretatur, qæ hoc loqitur.

Ἐμοὶ δὲ τῶν παίδων μὲν εἰσιδεῖν μέλη
Πικρὸν· καλὸν θέαμα δ' εἴπερ ὄψομαι
Τὴν ἄελπτον ἡμέραν,
Ἰδοῦσα πάντων μέγιστον ἄλγος.

Qæ sic interpres reddidit;

Mihi vero mortua liberorum membra videre
Acerbum: sed tamen erit pulcrum spectaculum, si videro
Insperatum diem,
Conspicata maximum omnium dolorem.

Nec huc qicqam facit, qod ex Aristotele adducitur, non magis, qam qod *sect.* 64. ex Artemidoro adduxerat. *videre esse sentire qoddam*, hoc est *visum* esse speciem qandam τῆς αἰσθήσεως *sensus*; qod nemo nescit. nam & ὀσφραίνεσθαι est etiam αἰσθάνεσθαί τι. & *olfactus sensus* externi species. nec tamen ideo opinor, vel Græcè vel Latinè loqetur, qi θάνατον ὀσφραίνεσθαι, avt *mortem olfacere*, pro *mortem sentire, subire, mori* dixerit. sed nec qi πένθος, καὶ ἄλγος ὀσφραίνεσθαι, *luctum doloremqe olfacere*, pro *luctum doloremqe persentiscere*, sive *lugere, ac dolere.*

Qanqam & illud observatu non indignum, (qod nemini tamen hactenus animadversum memini legisse) τὸ ἰδεῖν ἀντὶ τοῦ ὀσφραίνεσθαι qandoqe usurpari. Est *visus* certe sensuum omnium nobilissimus, unde & sensuum reliqorum objectis verbum *videndi* adaptari consvevit. Isidorus Origin. l. 11. c. 1. *visus dictus, qod vivacior sit ceteris sensibus atqe præstantior, sive velocior, ampliusqe vigeat, qantum memoria inter cætera mentis officia; vicinior est enim cerebro, unde omnia manant. ergò fit, ut ea qæ ad alios pertinent sensus, videre dicamus; veluti cum dicimus, vide qomodò sonat, vide qomodò sapit, et cætera.* De vocabuli notatione nugatur. ab ἰδεῖν, Græcorum est *video* Latinum, ut ἶς *vis*, ἴον *viola*, ἰτέα *vitex*, ἰταλὸς *vitulus*, ἰξὸς ἰσχὸς *viscus*. de re ipsâ rectè pronunciavit. Visus enim inter sensus exteriores principatum obtinet. unde oculus in corpore dicitur perinde habere ac in animâ mens ipsa. Celebre est, & ubiqe ferè obvium, Epicharmi illud, Νοῦς ὁρῇ, νοῦς ἀκούει. *Mens videt, Mens avdit: cætera sæca & surda sunt.* Verum *menti visus* peculiari magis ratione tribuitur. Genes. c. 8. v. 8. *Emisit columbam, ut videret,* (i. e. intelligeret, experimento facto cognosceret) *an aqæ diminutæ essent.* Matth. c. 2. v. 16. Herodes, *cum à Magis delusum se videret.* i. intelligeret. Ibid. c. 9. v. 3. *Jesus, cum cogitationes eorum videret.*

i. e.

ile. animo perciperet. Jacobus c. 2. v. 24. *videtis, hominem justificari ex operibus.* h. e. intelligitis; ex eis, qæ disserui hactenus perspectam habetis enunciati hujus veritatem. frustra est enim vir doctissimus, qi sensum hunc vult subesse, *hominem justificari, perspectum ex operibus habetis.* Sed de loco hoc alibi vidimus. Avgustinus in Exod. qæst. 73. *Ponitur visus pro generali sensu corporis & animi, ut cum dicimus, videatur de eis qæ dixi. Sic* Genes. c. 42. v. 1. *Vidit Jacob,* &c. *nam & videre pro intelligere, qod est visus mentis.*

Sed ad sensus exteriores redeamus. Avgustinus idem in Joan. tract. 121. ad illa Domini Christi, Joan c. 21. v. 29. *Qia vidisti me credidisti. Non ait,* tetigisti me, *sed* vidisti me. *qoniam generalis qodammodò sensus est visus. nam & per alios qatuor sensus nominari solet; velut cum dicimus;* avdi & vide qàm benè sonet; olfac, & vide qam benè oleat; gusta, & vide qam benè sapiat, tange, & vide qam bene caleat. *ubiqe sonuit* vide, *cum visus propriè non negetur ad oculos pertinere.* qanqam in istiusmodi loqendi formulis *videndi* verbum non tam ad sensum exteriorem qo res objectæ simpliciter percipiuntur, qam ad interiorem, qi de eis judicium fert, referri videtur. Verum primo loco, avditum qod attinet; De sonis & vocibus *visus* disertè usurpatur. Exod. c. 20. v. 18. *Populus totus videbat voces illas, & fulgetra, & sonum tubæ.* Ubi rursum Avgustinus: *comprehendit sensum auditus brevitate sermonis sub nobiliore & generaliore visus.* Deuter. c. 4. v. 12. Moses à majestatem divinam simulacro ullo exprimendi conatu populum avertendo, *Cum in monte,* inqit, *Deus vos allocutus est, similitudinem nullam vidistis, sed vocem tantum.* tanqam si cum Avsonio *de Echo. epigr.* 11. dicere vellet;

Et si vis similem pingere, pinge sonum.

Ubi et Avgustinus *locut. l. 5. qasi videre ad omnem sensum referatur.* Sic exteri. Æschyl. *Promethco vincto.*

Ἵν' οὔτε μορφὴν, οὔτε του φωνὴν βροτῶν
Ὄψει. ——— *Ubi nec effigiem, nec vocem mortalium*
Visurus es. ——— & *adv. Thebas,*

Κτύπον δέδορκα ϗ πάταγον οὐχ ἑνὸς δορός.
Sonum strepitumqe intueor hastæ haud unius.

Oedipus cæcus apud Sophoclem in *Oedip. Coloneo;*

——— φωνῇ γὰρ ὁρῶ, τὸ φατιζόμενον. ———
——— *voce video, Qod dicitur.* ——— Idemqe in *Oedipo Rege;*

Τυφλὸς τά τ' ὦτα, τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα.

Auresqe cæcus, mentemqe ipsam, & lumina.

Nicander in *Theriac.*

Ἀλλ' ὅταν ἢ δοῦπον νέον ἠχὴν ἠὲ τιν' αὐδὴν

Ἀθρήσῃ. ———

Aure sonum insolitum, aut vocem si qando videbit.

ubi Schol. αἰσθηθῇ, ἀντὶ αἰσθήσεται, ὡς ἐπὶ τοῦ, Ὁρῶ οἷα λέγεις. Lucretius l. 4.

Sex etiam aut septem loca vidi reddere voces,

Unam cum jaceres. ———

At vice versâ *auditum* pro *visu* poni placet Bern. Martino *Var. lect. l.* 1. *c.* 5. in Aristophaneo illo ex *pace*;

Ἤκουσας, ὁ κόραξ οἷος ἦλθ' ἐξ Ὠρεοῦ.

Audisti, corvus qalis iste ex Oreo?

sed de hoc meritô potest ambigi. Certe apud Xenophontem in *Laconum Politiâ*, uterqe sensus *auditus* nomine comprehenderetur, si vera esset Stobei lectio, qi Xenophontis verba *tom.* 2. *c.* 44. sic exhibet: Ἐκείνων δ' οὖν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἢ ἀκούσαι, ἢ τῶν λιθίνων, ἧττον δὲ ὄμματα στρέψαιτο ἢ τῶν χαλκῶν. *Illorum igitur minùs erat vocem audire, qam si lapidei, minùs oculos versantes, qam si essent ahenei.* Verum aliam scripturam Xenophontis codices habent, hanc nempe. Ἐκείνων γοῦν ἧττον μὲν ἂν φωνὴν ἀκούσαις ἢ τῶν λιθίνων, ἧττον δ' ἂν ὄμματα μεταστρέψαις ἢ τῶν χαλκῶν. *Vocem illorum minùs audieris, qam si lapidei; minùs oculos flexeris, qam si essent ahenei.* Itaqe & iste pro controverso locus jure censebitur. Et pro lectione vulgatâ facit Dionys. Longinus περὶ ὕψους. l. 3.

Visum pro *tactu*, & *videre* pro *tangere* positum observat Did. Stella comment. in Luc. c. 1. verbis illis, Joan. c. 20. v. 27. qibus Thomæ Christus, *Cedo huc digitum, & vide manus meas.* pro eo qod est, *tange, tangendo explora.* Et Didacho prior Augustinus in Joan. *tract.* 121. *Cum,* infer, *inqit,* digitum, & vide. *qid aliud ait, qam* tange & vide. *nec tamen oculos ille habebat in digito.* faciunt, illud Comicum *Asinar.* 1. 3.

Semper oculatæ manus sunt nostræ, credunt qod vident.

Et qod altera, *Truculent.* 5. 1. dixit,

Manus vetat, prius qam penes se habeat, qicqam credere.

Cui licebit adjicere Evangelistæ alterius de Petro illud, Matth. c. 14. v. 30. βλέπων δὲ τὸν ἄνεμον ἰσχυρὸν, ἐφοβήθη. *Cum ventum validum videret,*

videret, h. e. perciperet & persentisceret, *extimuit.* Sed omnium clarissimè apud Esajam c. 44. v. 16. faber lignarius, à furno rediens, *Evge, concalui, ignem vidi*, h. e. calorem ejus sensi. Cui affine est Græcorum adagiale illud, qod ex Clearchi Peripatetici, *Proverbiorum collectaneis, dipnosoph.* l. 7. lavdat Athenæus, Ἴδε πῦρ ἀφύη, *vidit ignem apua*; inde ortum, qod pisciculus ille statim atqe ignis fervorem senserit, percoqatur illicò. Et de salsamento nescio qis apud eundem l. 3, Τάριχος ὀπτὸς εὐθὺς, ἂν ἴδῃ τὸ πῦρ. Nec ab hoc abit longe Hebræorum illud, qo filum stupeum incendi ac dirumpi dicitur, בהריחו אש *statim at qo ignem olfecerit.* Judic. l. 16. v. 9.

Ita, præterqam qod *gustando* qoqe *videri* qid dicitur. Hymn. 34. v. 8. *Gustate & videte, qam benignus sit Dominus.* de qâ formulâ superius aliqid est dictum. pro *olfactu* qoqe visus usurpatur. Miles Plavtinus *Act.* 4. *sc.* 6. ubi ex odore ipsum havd longè abesse mulierqula deprehendisse se dixerat,

Naso, inqit, *pol jam hac qidem videt, plus qam oculis.*

Et Alexis in *Tarentinis*, apud Athenæum l. 4.

——— τοῦτο γὰρ νῦν δεῖ σοι
Ἐν ταῖς Ἀθήναις ταῖς καλαῖς ἐπιχώριον,
Ἅπαντες ὀρχοῦντ' εὐθὺς, ἂν οἴνου μόνον
Ὀσμὴν ἴδωσι. ———

Pulcris Athenis factum est hoc populare jam,
Omnes simulatqe vini odorem viderint,
Saltant confestim. ———

Pro nullo ergò non sensu *visus* usurpatur. nec tamen inde concluseris, tam *mortem odorari, avdire, tangere, palpare*, pro *mortem oppetere, perpeti, experiri* legitimè dici, qia in mentem eandem *mortem gustare*, & *videre* dicitur.

CAPUT. XXXIX.

Παραδειγματίζειν, Græcis non insolens. idqe Bezæ monitum. Δίκαιος, ἀντὶ τοῦ χρηστοῦ, pro benigno, moderato, misericorde. Et δικαιοσύνη, pro benignitate & beneficentia, ab Hebrææ lingvæ sunt idiotismo.

Sect. 106.

SEct. 106. Matth. c. 1. v. 19. *binos*, inqit, *latere putant Hebraismos. alterum in verbis δίκαιος ὤν; qia in voculis צדיק vel צדק Græce vertendis LXX interpretes usurparunt vocem δίκαιος. alterum in vocabulo παραδειγματίσαι, qod hoc verbum tribus Hebræis vertendis ab iisdem est usurpatum.* Verum qinam isti qi hoc putant, non exprimit; sed nec posse credo. certè enim tam obesæ naris esse qenqam vel mediocriter eruditum, qi ideo *Hebraismum* in verbis illis δίκαιος ὤν *latere* censeat, qia צדיק LXX per δίκαιος reddunt, fidem apud me mereri nullo modo potest. παραδειγματίζειν itidem apud Græcæ lingvæ avtores probatos deprehendi, Beza qoqe monuit; vixqe est ut in Græcorum scriptis diligentius pavlo qis versatus ignoret. Ista ergò ne *pali vulnera* sint vereor.

Verum ut δίκαιος αὐτὶ τοῦ χρηστοῦ ὅτοι ἀγαθοῦ usurpetur qandoqe: & δικαιοσύνη qomodo צדק & צדקה Hebræis, pro *bonitate*, qâ *benignitatem, beneficentiam, liberalitatem, misericordiam, eleemosynam* designat, vix alibi qam apud Hebraisantes reperias. Sic avtem usurpatur Hymn. 111. v. 3. & 112. v. 3, 9. Matth. c. 6. v. 1. (ut qidam codices exhibent) & Cor. ep. 2. c. 9. v. 9, 10. Inde qæstio de vocibus illis δίκαιος & ἀγαθὸς Rom. c. 5. v. 7. utrum eandem eo loci notionem obtineant, an à se invicem distingvantur. de qâ alibi disseruimus.

CAPUT. XL.

Γεύεσθαι, gustare, *pro comedere, tam Græcis ac Latinis est qam Hebræis familiare.* Ἀνδρὸς γεύεσθαι, *de virum expertâ* Cibum tangere, attingere; *pro esitare.* Col. 2. 20. Εἰς τέλος, *Luc.* 18. 5. *respondet Hebræorum* לנצח *Aliud apud Tragicum, qam apud Evangelistam.*

S Ect. 107. γεύεσθαι *gustare*, pro cibum sumere, comedere usurpatum. Reg. l. 1. c. 14. v. 25. & Act. c. 20. v. 11. nullus ambigo esse Græcis pariter ac Latinis usitatum; etiamsi locus unus e Tragico in *Iphigen. Aulidens.* à Prochenio adductus ad idiotismum constituendum, imbelle nimis sit argumentum. alioqi & ἀνδρὸς γεγεῦσθαι *virum gustasse*, pro eo qod est *cum viro rem habuisse*, Græcorum esset idiotismus, qia Æschylus de virum experta dixerit, ἥτις ἀνδρὸς ἦ γεγευμένη; qod vix qisqam, opinor, affirmaverit. Sed sic alii solent. Thucydid. *l.* 2. Τὰ γὰρ ὄρνεα καὶ τετράποδα, ὅσα ἀνθρώπων ἅπτεται, πολλῶν ἀτάφων γιγνομένων, ἢ οὐ προσῄει, ἢ γευσάμενα διεφθείρετο. *Siqidem alites & qadrupedes, qotqot humanis cadaveribus vesci solent, cum insepulta jacerent multa, aut non accedebant, aut si gustassent, interibant.* qo loco etiam τὸ ἅπτεσθαι καὶ τὸ γεύεσθαι, *attingere* & *gustare*, tanqam ἐν [illegible], pro eo qod est *vesci* ponuntur. qo modo & in *Antonio* Plutarchus de Antonii militibus fame afflictis. τρεπόμενοι δὲ πρὸς λάχανα καὶ ῥίζας, ὀλίγοις μὲν ἐνετύγχανον τῶν συνήθων· ἀναγκαζόμενοι δὲ πειρᾶσθαι καὶ τῶν ἀγεύστων πρότερον, ἥψαντο πόας τινὸς ἐπὶ θάνατον διὰ μανίας ἀγούσης. *Ad olera atqe radices versi, usitatorum qidem pauca offenderant: cæterum, cum periculum cogerentur eorum facere, qa anteà neutiqam degustassent, herbam qandam attigerant, qæ per insaniam ad necem adigeret.* Qo loco adducto, firmat versionem suam interpres venerandus Jo. Calvinus loci Paulini ad Coloss. c. 2. v. 20. illius, Μὴ ἅψῃ, μηδὲ γεύσῃ, μηδὲ θίγῃς. *Ne esitaris, neve gustaris, neve attigeris*, Vulg. *Ne tetigeris*, alii, *Ne attrectaveris*, prius reddiderant; cum admissâ tautologiâ manifestissimâ, tum & gradationis elegantissimæ gratiâ ac venustate penitus abolitâ. Cicero *de nat. Deor. l.* 2. *Capras in Creta feras, cum essent confixæ venenatis sagittis, herbam qærere, qæ dictamnus vocaretur; qam cum gustavissent, sagittas excidere dicunt e corpore.* Idem pro *Muræn. Cretes, qorum nemo gustavit unqam cubans.* Et *Epist. ad famil. l.* 7. *Ep.* 16. *Cum qidem biduum ita jejunus fuissem, ut ne aqam qidem gustarem.* Arbiter *Satyric. Gustantibus adhuc nobis, repositorium allatum est cum corbe.* Et post; *non potui amplius qicqam gustare.*

Par dari posset judicium, de eis qæ Sect. 108. de phrasi illâ εἰς τέλ☉ disseruntur. Luc. c. 18. v. 5. usurpatum hoc, *Hebræorum* τῷ לנצח *respondere*, Drusius adnotaverat. nec secus LXX aliqoties reddiderunt. Nam nec ideò avt phrasi illi Hebraicæ non respondere, avt à LXX illis non sumpsisse Lucam, inde probatur, qia Euripides scil. unus in eadem fabulâ semel ita usurpavit; nec *interpretes illos* necesse est *legisse Tragicum*, si phrasin aliqam, qam ab eis hausit Evangelista, & ipse aliqandò usurpavit. ut ne adjiciam fieri posse, ut aliud τὸ εἰς τέλ☉ apud illum, apud istum aliud planè designet: & qod illi *perpetuò, assiduè, jugiter* significet, isti *ad finem usqe*, vitæ scil. sive *ad mortem usqe*, (nam & τέλ☉ per inde ac τελευτὴ pro *morte* sumitur) simpliciter denotet.

CAPUT XLI.

Ἀνάγκη pro Afflictione. πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ Cæli facies: διχοτομῆσαι *pro separare*, μέρ☉ τιθέναι *sortem aßignare*: Χορτάσαι, *pascere, Hebraismis accenseri dicuntur. Qod refellas à Pfochenio nihil.* Πολυπρόσωπ☉ οὐρανος, *& cælum, aliud, & aliâ ratione, qam Lucæ, Lycophroni dictum. Lycophron qalis scriptor.* Dictio *poetica qalis, ex Aristotele.* διατέμνειν *&* διχοτομεῖν *non sunt eadem. Non tam* μέρ☉ *vox, qam formula illa Hebraismo deputatur.* Χορτάζειν *non nisi de brutis, Græcis usurpatum. Ridiculus error* ὑῶν *pro* υἱῶν *apud Platonem legentis.*

QUÆ restant, levi brachio perstringemus, neqe enim sunt tanti, ut discutiendis diuturnos hærere necesse sit.

Sect. 110 ἀνάγκην Lucæ c. 21. v. 23. & Apostolo ad Cor. ep. 1. c. 7. v. 26. & Ep. 2. c. 6. v. 4. & c. 12. v. 10. &c. αὐτὴ ἡ συνοχῆς καὶ θλίψεως. pro afflictione sive pressurâ usurpatam, negat esse *lingua*, qam appellant, *Hellinistica proprium*; qamvis apud *LXX interpretes agnoscat creberrimè sic sumi*; qia & *apud Græcos poetas* in eodem sensu occurrit.

Sed

Sed & Sect. 113. τὸ πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ *faciem cæli* Matth. c. 16. v. 3. *Hebraismum* negat *sapere*; eo qod *non multum ab hoc abludat, qod Lycophron vetus* qidem *poeta* (sed poeta tamen & poetarum, si qis alius, imò ultra qam alius qis, dictionis extraneæ atqe insolentis, qâ legentibus crucem figat, studiosissimus affectator, qin & epitheti illius ipsius, qod hoc adducitur, nomine, qod nec Pfochenius ipse tacuit, ab Aristotele *Rhetor. l. 3. c. 3.* reprehensus) *cælum* πολυπρόσωπον vocarit. Ut enim missum illud faciam, aliâ ratione πολυπρόσωπον οὐρανὸν, *æthereum stelligerum* Lycophroni, aliâ mente οὐρανοῦ πρόσωπον, de *aere nubifero*, Matthæo dictum: qorum ad prius illud accedit proximè qod πολυπρόσωπον γενεὰν, Herodis stirpem numerosam Josephus bell. Jud. l. 1. c. 18. appellavit. Bonum factum, si addidisset Pfochenius, qod apud Rhetoricæ magistrum eodem loci legisse poterat. Ὅτι ποιητὴς ἐξαλλάττει τὸ εἰωθὸς, καὶ ξενικὴν ποιεῖ τὴν λέξιν. *Poesis id, qod est usitatum demutat, & dictionem peregrinam facit.* Lingvarum nos idiotismos, non insolentiora qærimus. Qo apud Pfochenium tamen gratiam aliqam ineamus; ex Gellii observationibus, noct. l. 13. c. 28. illud adjiciemus, *faciem mundi & cæli & maris dici.* ut pro Latinismo saltem formula illa haberi possit, qod *cæli faciem* Matthæus, terræ qoqe Lucas c. 12. v. 56. dixerit. nisi qod faciei nomine figuram ille intellexit, qod ex exemplis adductis liqet; qam Evangelistis facies aliud designet.

Nec aliud qicqam regerere opus est ad ea, qæ Sect. 111. habentur de Evangelistæ verbis illis, Matth. c. 24. v. 51. διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει. ubi *duplicem* ait à qibusdam *Hebraismum* fieri: alterum in διχοτομεῖν, qod pro *separari* hîc sumatur: alterum in τῷ μέρος. qod tamen qidnam sit, nullus dicit. ipse utrumqe respuit; qia sc. Homerus τὸ διατμαγῆναι, (qod ex Beza habet.) Evripides τὸ μέρος, eodem uterqe, qo Evangelista, sensu usurparit. Verum *duplicem Hebraismum* qi hic faciant, in eos ego autores nondum potui incidere. *Hebraismum nostrum putare* se profitetur V. Cl. Casaubonus, *ob frequentia* & *dona similia.* Joan. c. 13. v. 8. & Apoc. c. 21. v. 8. de hoc *sensu separandi*, qem Bezæ, cum Junio & Piscatore tribuit, nihil adjecit. id fortasse voluerat, qod D. Dieusius opinatur, a Victimis piacularibus translatum. In seqentibus autem tum Camerarius, tum, &, Beza Hebraismum haberi existimant. alter, qod *pars* hîc *communicationem, societatem, conjunctionem denotat.* alter, qod τὸ μέρος τιθέναι, *partem statuere*, sic *genus dicendi sump-*

tum a dominorum consvetudine in demenso servis assignando, prout fides se præstiterint. Ea vero qod attinet, qæ adversus hæc Pfochenius, Primo nec constat satis, τὸ διχοτομεῖν, eo loci an id, qod hic dicitur, significet; de qo alibi disseruimus. nec Casavbonus, avt qis alius, qem ego qidem vidi, Hebraismo deputat. Tum nec idem sunt, τὸ διχοτομεῖν, qâ voce usus est Evangeliste, & διατέμνειν, qâ poeta. Deniqe nec Hebraismum non esse evincit vox eodem significatu tragico semel usurpata. nec vero tam vox ipsa sic sumpta, qam phrasis integra, qæ apud poetam non est eadem, Hebraismo ut accenseatur, facit.

At Sect. 112. lapsus occurrit ridiculus, ab avtore, an ab operis incertum. in phrasi illâ Matth, c. 15. v. 33. ὄχλον χορτάσαι *Hebraismum latere* ait qosdam suspicari. et χορτάζειν, hîc τῷ הטריף *Hebræorum respondere.* dixere forsan, præter lingvæ Græcæ usum de *hominibus* pascendis usurpari. hoc est enim qod rationis vice adjectum illis Pfochenius refert; qia de *pecudibus* proprie, *qæ gramine vescuntur*, non de *hominibus* prædicetur. nam τῷ הטריף respondeat an τῷ שבע, qod eo vocabulo LXX freqenter interpretentur, ad rem præsentem parum interest. Verum hoc ut evertat Pfochenius, & de *hominibus* qoqe a Græcis usurpari ostendat, Platonis locum ex de repub. l. 2. in hæc verba producit. Εἰ δὲ ὑῶν πόλιν κατεσκεύαζες, τί ἂν ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζες; atqi ὑῶν non ἰῶν, Plato scripsit. *Qod si*, inqit, *suum, sive porcorum urbem conderes, qo alio qam istiusmodi pabulo eos pasceres?* avt lectionem genuinam Pfochenius non advertit, avt si advertit, mirum non animadvertisse, nihil qicqam pro se facere.

CAPUT. XLII.

Ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς & πονηρὸς pro ingenio, *sive* indole *tali, Hebraismis accensetur. ex Euripide solo* ὄλβιος ὀφθαλμὸς *in hanc forsan mentem adducitur. alia aliorsum, qod ex Nebrone maxime, abeunt.* Βασκαίνω fascino, *unde.* Ἀπὸ *pro* ὑπὸ *passivis subjunctum Hebræorum* τῷ מן *respondet.* ἀπὸ *apud Euripidem, ipso etiam id fasso, aliud sonat.* ἐν στόματι μαχαίρας ore gladii cadere, *Hebraismus.* διὰ στόματος μαχαίρας *Græcis*

cis, anceps, *Latinis*. ore gladii cadere, *non magis Græcum, qam capite Latinum*. Δύναμιν ἐνδύσασθαι, Κεκοιμημένοι, *pro defunctis*; οἶκος Δαβίδ, *pro familia*; *Hebraismi censentur. Nihil contra, præter poeticum dictum unum & alterum Pfochenius: & ex Pseudo-Areopagitâ nonnihil.*

SEct. 114. *Hebraismo deputari* dicitur, qod Matth c. 6. v. 22. in illis ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς & ὀφθαλμὸς πονηρὸς *oculos* pro *ingenio sive indole* sumitur. et est certe Hebræis formula illa admodum familiaris; cui nihil obest, si Tragicus unus & alter eâdem fere notione aliqando usurpârunt. qanqam si Evripidis δόλιον ὄμμα exceperis, qod idem forsan sonuerit. nec αἱματηρὸν ejusdem, nec Callimachi βλοσυρώπιτον qicqam huc faciunt, cum oculi aspectus ipsius, non indolis habeant epitheta. De Synesio, etiamsi excipi posset, qod excipiam nihil est necesse. qod avtem ex Virgilio adducitur, qi dixerit,

Nescio qis teneros oculus mihi fascinat agnos;

qi aliud plane istic sonare non videt, nihil videt. fascinare est Græcorum βασκαίνειν, qod qasi τοῖς φάεσι καίνειν dictum volunt Grammatici. istud avtem aliorsum longè abit ab eo, de qo impræsentiarum agitur.

Sect. 115. ἀπὸ pro ὑπὸ Luc. c. 9. v 22. *passivis subjunctum Hebraismum aliqem resipere existimatur*; qia LXX *ita* מן *Hebræorum reddere consueverunt*. reclamat Pfochenius: sed unico tantum Evripidis loco ex Iph. Avl. adducto; qi si accuratius attendatur, vix qicqam huc faciat. verba sunt,

Μόνη, μονωθεῖσ' ἀπὸ πατρὸς καὶ μητρός.

at vero ἀπὸ hîc non est idem qod ὑπὸ, nec est cavsæ qicqam efficientis, sed separationis, ac disjunctionis localis index. neqe enim separantes respicit, sed eos, a qibus separatur. mirum, hoc ipsum non vidisse, qum verterit, *segregata a patre & matre*: avt si viderit, illud chartis illinere voluisse, qod ad rem ipsam nihil facere videret. qod ex Synodis veteribus (Bezâ facem allucente) attingit, locum non habet, ubi de Græcâ priscâ qæritur.

Sect. 116. qod ἐν στόματι μαχαίρας, *ore gladii*. i. *acie, cadere* dicitur Luc. c. 21. v. 24. & alibi apud LXX interpretes, (qa phrasi apud

 Hebræos

Hebræos nihil tritius) *Hebraismo* meritò accensetur. refragatur tamen & hîc Pfochenius, & *purum putum Græcum* esse contendit, qia ξίφ@ δίστομον qasi *gemini*, ὀξύστομον, qasi *acuti oris gladium*, Evripidi, illud in Helenâ, hoc in Supplic. sit dictum. At ego unum tantummodo hic qæram. tu mihi, Pfocheni, bonâ fide respondeas, siqis *in capite gladii cadere* in pugna cæsos diceret, nam puritati Latinæ congruum censeres? tam esse te dictionis Latinæ imperitum, ut illud offertici qeas nullus credam. qum tamen & apud Catullum in Argonavt. *ferrum anceps*, & apud Lucretium l. 2. *ancipitem mucronem* legere possis; & ξίφ@ δίστομον apud Evripidem, *gladium ancipitem* ipse reddideris. qod & ideò τῷ δίστομῳ, respondet, qamvis a *capite*, qo modo *biceps, triceps, centiceps*, descendat, (neqe enim a *capiendo*, ut *forceps*, qod nonnullis visum: *ancipem* tum, ut *forcipem*, non *ancipitem* progigneret) qia ad *caput os* pertinet, & *capitis pars* est.

Ad illa Evangelistæ Luc. c. 24. v. 49. ἕως ὗ ἐνδύσησθε δύναμιν ἐξ ὕψους, adnotatat Beza. i. *usqeqo Sp. Sanct. e cœlo in vos illabatur. sic enim loquuntur Hebræi*, ut Jud. c. 6. v. 3, 4. *Nos autem hunc qoqe Hebraismum, qia perelegans videtur, libenter retinuimus.* Huic adjungit Pfochenius. Sect. 118. illa Apostoli ad Cor. ep. 1. c. 15. v. 53. & *Hebræos ita loqi* agnoscit, Job. c. 8. v. 22. & c. 39. v. 19. Psal. 35. v. 30. & 132. v. 9, 17, 19. qibus alia ejusmodi adjici poterant havd pavca, qæ nos alibi congessimus. Hebraismum tamen dici Pfochenio non placet. qia *Homerus sc.* ὁ πίνοντι τὰ ἑρμῇ τε ποτοῖσιν, *tam in Iliade, qam Hymno in Mercurium* ἀναιδείην ἐπιειμένε dixerit. qæ ratio qam sit futilis, qam toties sit indicatum, nihil est opus ulterius dicere. Cæterum de formulæ hujus elegantiâ, menteqe, sed & usu tam apud sacros, qam & exteros scriptores, fusissimè alibi disseruimus.

Matthæi non c. 1. v. 27. prout Pfochenii codices Sect. 119. sed c. 27. v. 52. οἱ κεκοιμημένοι *defuncti* dicuntur. id *ex Hebraismo fluxisse*, inqit Pfochenius, *pleriqe existimant*. & qin ita existiment, nihil est. qum Hebræis qam sit familiaris in omni sermone formula illa, nescire neqeat, qi codices sacros Hebraicè exaratos vel levissimè attigerit. Verum id noster dici ægrè fert, & *tam Græcis, ac Latinis, qam Hebræis convenire* contendit. qia Homerus utiqe semel τὸ κοιμᾶσθαι, de morte usurpavit; *dormire* Catullus. nam qod ex Areopagitâ ἀποβολιμαῖον, de vocabuli usu isto H. Stephanum ait adnotasse, qodqe de κοιμητηρίου voce, qo *sepulturæ locus* Christianis designetur, subjicit, qis unde sint tracta, nisi sit in politiâ Christianâ peregrinus planè, non intelligit?

Luc. c.

Luc. c. 1. v. 27. *οἴκ☉ Δαβίδ*, *pro familiâ Davidis, Hebraæ linguæ idiotismus esse statuitur*, inqit Pfochenius. Verum *tenendum est*, inqit. *Græcos eodem qoqe modo loqi*; Euripidem utiqe in Iphig. Taur. & in Supplic. atqi istud nec aut Hebræorum idiotismum non esse, aut esse Græcorum etiam satis confirmat.

CAPUT. XLIII.

Petri locus Ep. 1. c. 1. v. 9. expenditur. τέλ☉ τῷ אחרית, & τῷ עקב *respondere*, *utrumqe hoc* mercedem *qandoqe denotare conceditur*. τέλ☉ *istic* mercedem *Bezæ*. finem *malim*, merces fidei, *vita æterna nusqam dicta*. *tam* τέλ☉ *κομιζόμενοι*, *qam* ἐλπὶς ὑπομεμένη *dicitur*. τέλ☉ *si novè pro mercede, qo modo priscis sic usurpata? pro mercede Bezæ acceptum Hebraismo deputas. pro lucro usurpavit Euripides. aliud a lucro merces.* θυμὸς *pro irâ, sive excandescentiâ. Bezæ affingit Pfochenius qæ apud illum non comparent.* excandescentiam *cum Cicerone ubi reddidit Beza, non* ὀξυχολίαν, *aut* iram præcipitem, *sed* gravem *designatam voluit. respondet ea* τῷ חרון *Hebraico, potius qam* τῷ פנים ἐξουσία *pro* potestate, *sive* autoritate, *Hebraismus censetur. Herodianum sic usurpasse, nihil hic valet. Lucianus pro* licentiâ *tantummodo usus, adducitur.* χαρᾷ χαίρειν, *qod Hebræo* gaudendo gaudere; & μεγάλην σφόδρα, *qod Hebræo* רב מאד *respondet; Hebræorum idiotismi geminationibus istiusmodi nibil eis tritius.* τῷ מאד *usus crebrior, qia collationis gradus non habent.* Cor *pro animo, eorundem idiotismus.* ἐκεῖ *pro eô. Locus Apoc. c. 19. v. 1. contra interpretes plerosqe à Pfochenio explicatus. Dativus pro genitivo an in usu Græcis. Verborum Hesiodi syntaxis ambigua.* γῆ *pro* urbe. ἐδὲν μοι σύνοιδα, & ὁ χαμαὶ πεσοῦται *Platoni dicta. qorum alterum pariat cum Apostoli dicto ad Cor. ep. 1. c. 4. v. 4. alterum cum Regis* Iehu *effato; Reg. l. 4. c. 10. v. 10.*

Ad

